Mr Dinaux

Il y a une édition de Francisci Philelfi orationes, cum quibusdam aliis ejusdem operibus. Mediolani in 4° 1481. 1481 est l'année de la mort de Franc. Philelphe, dont [illegible] l'édition [illegible] les epistolae furent imp. in f° sans date, mais probablement Venise, Jean de Spires, 1472. -

Delandine annonce une édition des Lettres de Philelphe, impr. à Urbin, (sans nom d'imprimeur) 1481, in 4°.

Paris, Jehan Petit, 1498, in-4° assemblé à celle-ci

Il y a encore Epistolare Fr. Philelphi (sine anno et loco) et Epist. fr. Philelphi continuatio sine anno. (Catal. Motteley n° 1403, 4 35). L'édition de Venise, 1502 contient 37 livres de lettres, tandis que celles antérieures n'en portent que 16. Ces lettres sont curieuses pour l'histoire du XVe siècle. Philelphe mourut à 83 ans en laissant une foule d'écrits [illegible] trois femmes.

[illegible] l'édition de Paris, Venise, Bâle, 1505, [illegible] recueil, [illegible] 1857 [illegible]

Une guisse nouvelle de pour [illegible] vives les [illegible]
[illegible] le [illegible] de fere [illegible] ou de [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] point de [illegible] [illegible]
Ville [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible]
[illegible] de [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] bon pour [illegible] [illegible] [illegible]
pour [illegible]

Vinaigre d'un lymon [illegible] aultrement [illegible]
pour [illegible] mal
[illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
de [illegible] [illegible] [illegible] fait [illegible] [illegible] mettre [illegible]

Eaue de vie

Cinamome girofle [illegible] gingembre blanc macis cardamome
[illegible] muscade [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] mettre [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] mettre [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

Vna salus victis nullam
sperare salutem

Vna salus

Vna

Vna

Francisci Philelfi epistolarum Liber primus.

¶ Franciscus Philelfus Leonardo iustiniano Salutem plurimam dicit.

Quod nichil apud me duxerim antiquius beniuolentia tua: nichil sanctius tua fide: facile vel ex hoc potes existimare. Leonarde iustiniane: quod et Constantinopolim nouā Romam michi iucūdissimā: et regē ipsum Johānem paleologum de me q̄optime certe meritum tua causa reliquerim. Non enim me mouit spes amplissima: quā tuis tam crebris: tāq3 liberalissimis litteris michi ostēdisti: vt tibi obsequerer: sed ipse tu cui me carissimum eē iāpridem multūq3 cognoram. Nec est quicq̄: quod malim: q̄ et haberi me et esse gratissimū. Nam liberalitas opulenti est nonnunq̄: at gratitudo iusti semp et boni viri. Cum igitur ad sextum kalendas septembres soluissem ex vrbe Constantinopoli: hoc die circiter meridiem post annum septimū ac menses quinq3 posteaq̄ hinc primum nauigarem in Thraciā: ad vos redij: ductus sane consilio tuo: cupiensq3 et tibi et ceteris patricijs viris referre eam quā debeo gratiā pro virili mea. Nam pristina vestra illa erga me et pulcherrima beneficia neq3 obliuisci vnq̄ possim: nec minus digna censere: quibus sim obstrict⁹ perpetua obseruātia. Utinā seuiēs hec atq3 perhorrenda pestilentie vis: qua vrbē video acerbissime laborare: non impediat cogitationes meas. Non enim possum non metuere huiusmodi sagittas quales ex iunone cognitas hoc est ex aere: virum etiā fortissimū achillem permouisse sapientissimus poeta Homerus docet. Nam scimus huiuscemodi vulneribus celesti impetu concitatis remedia nulla satis certa afferri posse. Quo fit: vt quid me agere oporteat in tanta pnicie: non intelligam. itaq3 mihi gratissimū sis facturus: si per te certior fact⁹ fuero: quid michi consilij capiundū censeas. Video enim vniuersam propemodum ciuitatem ab vrbe eminus abesse preter vnum te: qui murani inter vitrea ista vasa: quasi clypeo tectus vulcani ictus Apollinis contemnas. Uale ex venetijs. vj. idus octobres. Anno a natali christiano M. cccc. xxvij.

¶ Frāciscus Philelphus Leonardo iustiniano sal.

Reddite sunt michi littere tue: et phumane ille quidem ac plane indices amoris summi erga me tui. Quod autem mones: bono vt sim aio: quoniam omnia michi pro mea opi

nione:proq3 inueterata iam et maxima amicitia nostra sint abun de respōsura:et si non erat monitore opus: nō fuit tamen ingratum audisse:eo te esse in me animo:quo semper fueris:amico & p benigno. Faciam aūt qđ hortaris me domi continebo. Mea oīs consuetudo erit cum musis. Nullius hominis vtor familiaritate aut congressu:qui p hanc tempestatis calamitatem diutius venetijs fuerit. Te non prius adibo q̄ iusseris

De familia mea quod scire cupis michi est vxor annos nata sedecim:et ex ea puer annū natus vnū menses duos:dies septem ac decem:noīe iohannes marius iacobus:serue quatuor:seruus vnus:minister mercennarius itē vnus Uale ex venetijs. v. idus octobres. M.cccc.xxvij.

Franciscus Philelfus. Francisco barbaro sal.

Quod tibi iucūdissimū eē puto:nudiustertius venetias ex vrbe Constantinopoli adueni:vnde abesse te et doleo:quia suauissima tua consuetudine frui non licet:et gaudeo:q salutis tue rationē habeas. Nam furor pestilentie parcit nemini. Nec vllis remedijs:aut arceri pōt:aut reprimi:ne si Esculapius quidem ipse huiusue filius Podalyrius et Machaon cum Apide vna illo:qui primus medicinā dicitur inuenisse:ppulsatores:et curatores adsint. Quare cū vita sis dignissimus:facile et equo animo patior absentiam tuā dum tamē litteris creberrimis pn̄tis tui desideriū resartias. Uale Ex venetijs. iij. idus octobres. M.cccc.xxvij.

Franciscus Philelfus. Marcho lupomano salu.

Accepi litteras tuas:quib⁹ nō dubio declarasti tibi meum reditum in italiam voluptatis plurimum attulisse: quippe qui dubitasses me non litteraturā solū:sed naturam etiam grecorum adamauisse:ob idq3 factū oīno grecum presertim cū grecā vxorem:q̄ latinā ducere maluerim. Petisq3 quantum librorū mecū aduexerim. Demūq3 hortaris:vt venetijs mali agere:q̄ alibi vsq̄ gentiū. Michiq3 tuā oēm opē:atq3 operam pvetere nostra beniuolentia polliceris. Oim primū tuū liberalissimū pmissū:quo in litteris vsus es:et audio nō inuitus: et amplector perlibenter: eoq3 michi semp:quotiēs opus fuerit:vtēdum volo. quod si qua etiā in re meo tibi officio opus est illud tibi peculiare ducito:poteris tu quidē bn̄ficijs me supare:at ego te voluntatis gratitudine:id qđ eo me puto facilius consecuturum q venetijs agere vitā institui:quātū sc3 in me fuerit. Hic autē nō nulla psepe offerat occasio:et tibi bn̄ficij conferendi: et michi rur

sus vel referēde vel habende gratie. Librorum vero nō nichil aduexi mecū. Est etiam Venetijs multum cū apud te et barbarū: tum apud Leonardum meum. Reliquos aūt meos codices. cū venetias reuerteris: nō modo videbis oēs: sed etiam his fruere ex snia tua. Nam vt scis Et sum latinus: et fui semp. Nec aliud quicq̄ ex grecia reportaui: q̄ litteraturaꝫ atq3 disciplinā: quāq̄ sunt item hoc tpe apd grecos pmulta ⁊ vtilia et pclara: que non solum ornent: sed efficiant bonos viros. Nam sine inuidia audienda est veritas. Sed de vxore qd purbane iocaris mecū: duxi sane vxorē illius Chrysolore filiam: quē non latini minus admirātur q̄ greci. Accedit ad generis vel bonitatem vel claritudinē: q nata est mea vxor ea matre: que et auria ipsa sit et mulierum oīm pudicissima atq3 optima. Sed de his hactenus: vehementer cupio reditū tuū: quē vt deus maturet: opto. Multa enim sunt q̄ cupio coram tecum cōmentari. Vale ex venetijs idibus octobris. M. cccc. xxvij. ¶ Frā. Philel. Danieli veturio sal.

Ago tibi gratias imortalis q tanta beniuolentia me cōplecteris. Non eniꝫ sine magna quadam amoris vi me hortaris vt in tantis pestilentie ignibꝰ venetiis esse nolim: sed vel patauium cōcedam: vel alio vbi tutius vite mee consultum sit. Si dixero me eē oīno expertē metꝰ: plane mētiar. Me tuo enī sed non tam michi: q̄ cū infanti filio: vxorisq3 adolescentule: tuꝫ relique etiā familie: que minus fortasse sibi cauere norit Nec satis scio quid faciam. Nam patauij quoq3 et in reliquis ppinquis vrbibus efferatam hanc morbi īmanitateꝫ audio īcrudescere. Quare aut nusq̄ ē mouēdꝰ pes aut fugiendū lōgiꝰ vbi pacatior sit aeris clemētia. Cōsiliū tñ tuū non possuꝫ nō pbare. Vale ex Venetijs kal. nouēbribꝰ. M. cccc. xxvij. ¶ Fran. Phi. victorino feltrēnsi sal.

Ago te virū nō solū mei amātissimū: sꝫ ⁊ prudētem et bonū iāpridēꝫ eē cognoui. Admonitionē tuā nō possuꝫ nō pbare: sꝫ q̄ mare ingressus sit: nō hꝫ vētos in manu. Aduersus cōtrarios etiā flatꝰ tātisper nitendū ē: duꝫ vel fortuna vel deus aliq̄s portū obtulerit: si minus optatū salteꝫ tutuꝫ. Sententiā meā tenes. vale ex venetijs. vi. kal. decēbres. M. cccc. xxvij.

¶ Franciscus Philelfus Francisco ferreto salutem.

Litteris tuis sum mirifice delectatus. Video enim nostrā Cōstantinopolitanā illā cōsuetudinē tibi mēte nō excidisse. Qd aūt hortaris: si qñ ad tholentinates rediero: Ancone vt iter faciā: tibi bona fide polliceor nō antea me ad tholētinates rediturū: q̄ et Ancona ⁊ te videro. Sꝫ q̄ ad tps id sit futuꝝ: nōdum

satis scio. Vale ex venetijs idibus decẽbribus. M.cccc.xxvij.

Franciscus Philelfus. Leonardo iustiniano salutem.

Quoniã natalis christian⁹ iã ppemod pulsat fores: facies michi rẽ gratissimã: si quas arcas anteq̃ ego forẽ ex cõstãtinopoli soluturus: p illi⁹ tpis naues ad te misi michi reddi curaueris. Non enĩ solũ libris nõnullis michi opus ẽ: q̃ arcis seruant͛ sz ẽt vestimẽtis: tũ meis: tũ vxoris. Et vt d me sileã: me q̃tidie vxor rogat: ne se diutius priuẽ voluptate sua xvestiũ. Quare nisi ad pximũ natalẽ huic morẽ gessero: se ab me deludi existimabit. Nam neq̃ te latere dz igeniũ muliebre: z ego vxori ea negare nõ ausim q̃ vite cultui decoroq3 debent͛ adolescẽtule p̃sertim michiq̃ morigere. Vale ex venetiis. xvj. kal. ianuarias. M.cccc.xxvij.

Franciscus Philelfus Antonio capanorẽsi salu. P. D.

Quod meũ in italiã redituz iucũdissime acceperis: ẽ michi exploratissimũ. Noui eñ bonitatẽ tuã: z aĩm erga me. qd aũt certior fieri vis de reb⁹ meis exponã breui. Vereor i eã fabellam incidisse: q̃ de cane dr: q̃ vmbratilẽ secutus imaginẽ: quã ferebat rictu carnẽ reliq̃t. Erant michi Cõstãtinopoli leta oĩa z scd́a Dũ amicis his obsequor duct⁹ ingẽti spe: captusq̃ pmissis: icertam fortunã certis ornatissimisq3 cõmodis añposui. Et ne longior sim michi delusus videor. Quo fit: vt aliũde michi cõsulẽdum sit. De versura qd scire vis: dupl'r exponi solet: cũ aut fenus fenore: aut creditor creditore vertitur. Et vt aptius loq̃r: si q̃n es alienum nobis cõflatũ fuerit: nec tñ nobis pecuniarũ sit: vt id dissoluere liceat: aut vbi tps dissoluẽdi aduenerit: fen⁹ additũs priori fenori: aut mutam⁹ creditorẽ: ab altero. s. vsurariũ es accipiẽtes: qd alteri reddam⁹. Vale ex venetiis. xv. kal. ianuarias. m.cccc.xxvij.

Franciscus Philel. Leonardo iustiniano salutẽ.

Nolo mea causa quicq̃ patiaris incõmodi. Naz tua michi vita nõ libris solũ z vestimẽtis: sed mea etiã vita carior ẽ. Postea q̃ id cubiculi vbi mea illa bona cõtinẽtur suspectũ ẽ pp eũ: q̃ eo in loco pestilẽtiali morbo correptus excessit e viuis: nõ solũ expectabo: sed diu etiã multũq̃ expectabo: quoad aer ad salubritatẽ redierit. Sz iterea tpis vt michi rebusq̃ meis cõsulas: te pl'imũ rogo. Nã diutius ita agere nec possũ: nec volo. Si pmissa mihi seruant͛ manẽdũ ẽ: id qd eo libentius sum factur⁹: q̃ video me tibi cũctisq̃ patricijs eẽ carissimũ. verũ diuturniorẽ spẽ p̃cio emẽdã nequaq̃ censeo in hac p̃sertim tẽpox pernicie. Vale ex venetijs. xv. kal. ianuarias. M.cccc.xxvij. Frãci. Phi. Leonardo iustiniano sal.

Quod me hortaris ad paciẽtiã: nõ conteno. Est eñ ea que

dam species fortitudis: q̄ res arduas difficilisq̧ ꝑpetimur hone=
statis vtilitatisue gratia. Ego me honestati ita video satisfecisse ī
tāta ꝑiculorū ac tam ītolerabili magnitudīe: vt plus michi hone
stas iam debeat: q̄ȝ ego honestati. Reliqua ratio ē vtilitatis: quā
in hanc diē scio mihi fuisse nullā: posteaq̄ȝ ex grecia ad vos redij.
Nec que futura sit possuȝ augurari. Suȝ equidē apud vos ꝑlibē=
ter. Sȝ diu ita eē nō possum. Itaq̧ te etiā atq̧ ēt rogo: vt ꝓspici=
as rebus meis. Uale ex venetijs ex edibus nostris. xiiij. kal. ianua
rias. M. cccc. xxvij. ¶ Frācis. Philel. Kyriaco anconitano salu.

Singularem tuū erga me amorē si nō vehemēter amem in
gratus sim. Amo te inq̄ȝ mi Kyriace cū ob tuā in me be=
niuolētiam: tū ob eā inquisitionem atq̧ diligentiā q̄ vteris ma=
xima in earū rerū inuētione: q̄ vel nimia vetustate: vel patruȝ no=
strorum negligētia apud nos ꝑierāt. Incūbe igitur vt facis: in tā
liberale tamq̧ laudabile munus renouāde vetustatis: vel ab inte=
ritu potius vēdicāde. Non enī parū ꝛ voluptatis et commodi pre
se ferunt istiusmodi eulogia atq̧ epigrāmata: que tāto cū studio
et labore vndiq̧ ex vniuerso ꝓpe orbe in italiā aduehis. Et horū
quidē gratia non solū viuos tibi concilias: sȝ mortuos quoq̧ red
dis obstrictos beneficio sempiterno. Et hac de re satis ac super.
Petis a me: vt tibi declarem que publij Uirgilij maronis sñia
fuerit in scribēda eneide. Nam communē illam opinionem quā
ludi magistri afferunt: voluisse Uirgilium et imitari Homerum:
et laudare Augustum: nequaq̄ȝ tibi admodum ꝓbari. Non medi
ocrem ꝑfecto rem petis: neq̧ breuis orationis opus a me preser=
tim qui hoc tp̄e ociosus non sum: et angor animi non iniuria: tū
ob hāc pestilentie acerbitatem: qua me venetijs obsessum intue=
or: tum q̄a hic inutiliter tēpus tero: ab his delusus: a quibus mi=
nime cōueniebat. Sed ne me difficilem voces: aut in amore tibi
minus respondentem: dicam breui qđ sentio. Qđ Uirgilius vno
eneidos carmine melisigenis Homeri iliada Ulysseamq̧ imita=
tus: Eneam laudans: Augustum quoq̧ laudarit: nequaq̄ȝ infici
or: sed diuinum eius ingenium altius suspexisse nescius certe nō
sum. Quippe q̄ humanam conditionem contemplatiue actiueq̧
describens: eo cogitatus omnis consiliaq̧ direxerit: vt qua via
summum bonum in hac vita parari posset in vnius enee sapien=
tia virtuteq̧ ostenderet. Id aūt non obscure prima ipsa grauissi
mi huius sui et elegantissimi operis propositione significat.
¶ Ait enim se canere arma quo ad virtutes bellicas et actiuas:
nam in bellandi pugnandiq̧ instrumenta sunt arma.

Et virum quo ad virtutes vrbanas intellectiuasq; in quibus sapientia tenet & prudentia principatũ. Nam sapia ea michi virtus sola videri solz: qua ceteris aiantibus egregie añcellimus Quod eni animal in terris eã cõsiderat veritatẽ: que in celo ẽ: hãc sola sapientia ẽ que et inquirit & nouit. Prudẽtia em̃ sapiam ita vt ars naturã imitata veritatez quidẽ inqrit: sz non rerũ superiorũz atqz diuinarũ: sed inferiorũ et humanarũ. Nam consultatio eorum q̃ sint hoi emolumenta detrimenta ve allatura: quid aliud efficit: q̃ vt verũ a falso in hac tpali et mometanea mutabilitate decernamus: hoc scilicet sequẽtes: illud autem aspernantes? In vita igitur ciuili prudentia sola est: que moralibus cũctis virtutibus dñatur: easqz sola et moderatur & regit. At prudentia fracta est & debilis nullorumqz neruorũ: nisi manet ab vna sapia: ad eamq̃ tanq̃ ad principem reginãqz referatur. Quare qui prudentiã a prouidendo dictã mediã posuerũt: inter moralis intellectualisqz virtutes: eãqz iccirco pfectam noluerũt esse virtutez in ciuili felicitate: qm̃ virtutũ ciuiliũ oim principiũ sit et forma: hi nichil sensisse a veritate alienũ existimãdi sunt. Cum ergo proponit Uirgilius eneam a se canendum vt virũ: hoc est vt sapientẽ eundẽqz prudẽtem. Que quidez virtutes: aut intellectus sunt ambe: aut intellectus altera: et rõnis altera. Nam ratio tpaliũ est: intellectus autẽ eternorum: ita vt hec tota in contemplãdo sit posita: illa autẽ in consultando. Qua quidẽ ppositione q̃q̃ vsus est virgilius Homerum imitaturus: non solũ quo ad rerũ: verũetiam quo ad ordinis similitudinez: non tñ exequit eo ordine quo proponit. Quippe qui primũ virtutes vrbanas canit: postea vero bellicas. Et id quidez prudentius mea sententia q̃ Homerus: q̃ primũ de achillis virtutibus locutus est in iliade: postea vero in Ulyssea de sapientia prudentiaqz Ulyssis. Natura em̃ fit vt antea intelligam⁹: deide agamus Itaqz i primis sex eneidos libris cõtemplatio maxime et cõsultatio locũ habet. In secundis autem libris sex actionis est laus. Et hoc quidem summatim intelligi velim de vniuerso eneidos carmine. Nec tamen negarim et in primis sex libris p multa inueniri: q̃ actionis sunt moraliũqz virtutum: et in alteris quoqz sex libris inueniri quedam non solum consultationis: sed contemplationis propria. Et qm̃ dixi a Uirgilio marone describi hũanã vitaz: hoc ita intelligi cupio vt moralis quã greci noiant phiam .i. naturali cõiũcta sit. Qd eius rei vt propius accedã: illinc orditur: cũ de iunone & eolo acutissime fabulatur. Scimus em̃ iunonẽ et regno p̃esse & ptui. Quare & lucina di

cta est et regina. Animū trifariā partitur plato: in rōez cupiditatē ꝛ irā. Rōni loc⁹ daṫ in cerebro tanq̄ in arce toti⁹ corpis. Hec eoli noīe iō figuraṫ: qm̄ eolus ꝛ variū significat ꝛ mobilē et agilē ꝛ versatilē: q̄ quidē oīa rōis sunt munera. Ira p̄cordia sibi vēdicat. Cupiditas aūt iecur. At vētis pturbatiōes significari: quis ē q̄ ambigat? Preterea moraliū virtutū formā siquis inq̄rat eā nullaz iueniat nisi rōem eē. Perturbatiōes vero materiā. Versaṫ inq̄ circa pturbatiōes moralis virt⁹: q̄s ratio ipsa cohibet atq̃ moderaṫ Quare nō absurde legim⁹: Mollitq̃ aīos ꝛ tēpat iras: aīos eadē rōne p cupiditatib⁹ poni existimo qua apud grecos: et aīm significat ꝛ cupiditatez. Quis em̄ ignorat nisi tanta eēt rōis vis vt pturbationū ipetuz oēm cōpesceret facile futurū: vt ab his oē sanum a nobis consilium: oīs recta cogitatio auferatur. Rex igitur his datus est rōnis principatus ab oīpotenti deo qui rerū oīm et pater est ꝛ creator: ea lege: ea ptāte: vt ꝛ iubere sciat: et vetare oīa pro arbitrio iussuq̃ diuino. At vide queso: quāta cū breuitate et ordine oēm etatis hūane cursuz Virgilius est cōplexus. Initium sumit a ptu infantis: q̄ piculosissim⁹ ē: ꝛ ei q̄ parit ꝛ infanti ipsi: q̄ paritur. Itaq̃ turbulētissimi vētorū flat⁹ tēpestatesq̃ describuntur: q̄ quidē aduersa oīa naufragioq̃ obnoxia: iccirco apparente Neptuno cōtinuo cessant: qꝛ cū primū infans ē matris vtero veluti enatarit: vterq̃ oī piculo liberaṫ. Nec em̄ absurdū cuiq̄ videri debet: si Neptun⁹ a duobus verbis grecis q̄ ē nare et q̄ volare significat deduci affirmem⁹. Nā queadmodū tarditas parientis piculosa est: ita celeritas ꝛ quasi volatus in lucem leuationem dolorum affert salutiferāq̃ quietē. Nā q̄ rursus ad eolum spectat agitare significat ꝛ versare ꝛ variare: q̄ oīa ac similia hūane vite cōpetere ambigat nemo: vel eolus q̄si eonolus: hoc est vite deletio. Nam euū vitāq̃ significat vero delere. Nascētibus em̄ oībus vite discrimē interitusq̃ īminet. Infantia vero q̄ in septimū vsq̃ annū ptēditur tota in alēdo versatur: id q̄ p septem ceruos illos: quos eneas venat⁹ fingitur: nō obscure licet ītelligi. Post infantiā pueritia seq̄tur: q̄ fabularꝫ auditione admodum delectari cōsueuit. Hic ilij captiuitas vastatioq̃ narratur ꝛ enee troianorūq̃ errores. Deinceps adolescētia ē: q̄ pp vehementissimū sanguinis augmētuz atq̃ ardorē tota est dedita voluptatibus. Vn̄ quāta sit vis amoris: quāt⁹ ignis iucūda expositiōe ondītur. Cōsequēs ē iuuēta laudis cupida ꝛ plane ambitiosa: Quare honorifici ludi cū pulcherrimis p̄mijs referuntur. Post iuuētam seq̄tur etas grauior q̄ in hui⁹ vite cōsideratiōe ꝛ iveritatis p

spicientia tota versatur. Quo factū est vt descēsus ad inferos fieret: eaq3 narrarentur q̄ a pythagoricis ⁊ platonicis de animis hominū rebusq3 diuinis disputata sunt. Et hec quidē in sexto eneidos libro. Nā reliq̄ sex libri circa vitā actiuā distributi: q̄d ad mores attinet mirabili artificio cōplectūtur. vbi quāq3 multa de iusticie: multa de pietatis munere appent: fortitudinis tn̄ laus imprimis floret. Et quēadmodū initiū sumptū est a primo infantie ortu: ita etatis humane finis est mors. itaq3 nō inepte vltimo loco subdidit. Vitaq3 cū gemitu fugit indignata sub vmbras. Turnus ei qui se iniusticie fecerat ignauieq3 obnoxiū: in obscuritate nomis moritur sempiterna. Eneas vero vir iustus ⁊ fortis q̄i numen in dies magis atq3 magis diuturnitate gl'ie illustrał. Et hec sunt que michi ad tuas litteras in hac temporum difficultate respondenda occurrerūt. Vale ex venetijs. xij. kał. ianuarias. M. cccc. xxvij.

Franciscus Philel. iohāni aurispe salu.

Quod michi gratularis de meo in italiā reditu: letor equidē meū tibi ꝓbatū iri consiliū. Verū in hanc diē fortuna cōsilio nō r̄ndet. Nā quā michi spem apud venetos amplissimā ꝓpositā sum secutus: ea me video frustratum iri. Jtaq3 me facti mei iā penitet: ⁊ si consiliū nequaq3 est accusandū. Hic enī diutius michi cunctandū non est: cui neq3 ꝓmissa seruātur ⁊ morbus pestifer quo vniuersa ciuitas est correpta iminentē interminatur interitum. Vale ex Venetijs. x. kalen. ianuarias.

Frāciscus philelfus federico cornelio salutē.

Tuam erga me singularē beniuolentiā iā multos ānos et ꝑspectā ⁊ cognitā habeo. Jtaq3 nullius homis testionio opus est. Q̄d aūt tua oīa in mea ꝑtāte posita eē affirmes: habeo tibi gratias: q̄nquidē vel veterē illo grecorū ꝓuerbio mecū vti nō dissimules. Faciat deus vt aliq̄n vna esse possimus. Nā vereor fore vt longius diiungamur q̄3 vellem: ita pestifer hic morbus indies magis magisq3 incrudescit. Verū vbicūq3 futuri simus tui profecto erimus. Jnterim vale: ⁊ nos ama vt facis. Ex venetiis. vj. kał. ianuarias. M. cccc. xxvij.

Franciscus philelfus Gabrieli mauro salutē.

Laudo te mi Gabriel q̄ te a litteris abdicare nolueris: vt solēt nōnulli vulgo: vbi ad gerendā rēp. se cōtulerit. lege sp̄ aliq̄d aut scribe cu3 tibi licet ꝑ publica munera. Magno tibi cōmodo michi crede: littere sunt future si his vti pro ingenij tui magnitudie ꝑstātiaq3 volueris. Nūc ad id q̄d petis. Vis. n. scire q̄d itersit iter feciales ⁊ caduceatores. Feciales eos fuisse cōstat apd̄ ꝑscos q̄ certa iur̄ solēnitate bellū hostib⁹ idicebāt. At cadu

ceatores eẽ pacis legatos dictos a caduceo quẽ manu gestabãt. caduceũ quid ipm Apollinẽ inuenisse ⁊ eo donasse mercuriũ a q̃ ipe lyra donat⁹ sit. de q̃ q̃dẽ re apd Horatiũ mẽtio ẽ i eo carie qd icipit Mercuri facũde nepos atlãtis. Ubi ẽt ptз mercuriũ aucto rẽ extitisse nõ lyre solũ sз ⁊ eloquẽtie ⁊ palestre ⁊ p̃stigiorũ. Uale ex venetiis pridie kal. ianuarias. M.cccc.xxvij.

Frã. Philel. petro thomasio pħo ac medico salutẽ.

Recte mones ⁊ pamice: vt nõ vite min⁹ q̃ cõstãtie habeã rõez. Frustra. n. eã eẽ ↄstãtiã q̃ sil' cũ vita pitura sit. At ego vt tibi ꝟa loqr ⁊ ex aĩ sñia nihil ẽ qd mali q̃ me ↄstãtissimũ simil'q̃ gtissi mũ ⁊ eẽ ⁊ haberi. Multa hoim opioni: mlta fame ↄsentiẽda sũt. Nõ ei qd iteri⁹ sit: sз qd exteri⁹ sepe hoĩes iudicãt. Itaq̃ q̃diu m̃ p hãc celi intẽperiẽ itegrũ fuerit: nõ patiar vl' ab iperitꝭ accusari officiũ meũ. At dixeris: satꝭ ac sup tuo es funct⁹ officio: cũ nõ ꝓ missiõe min⁹ q̃ spe tua frustrarꝭ. Et id quoq̃ tibi assentior: verũ nixi⁹ vrgẽdũ q̃ pudor me⁹ alios i pudorẽ agat vl' iuitos. Itaq̃ rẽ m̃ pgratã factur⁹ es: si q̃d ex te ⁊ mee ⁊ amicoꝝ sil' rei ꝓfutuꝝ ex cogitarꝭ. Uale ex venetiis. iij. nonas ianuarias. ãno a natali xp̃ia no. M.cccc.xxviij.

Frã. philel. Gabrieli mauro Sal'.

Quod scire a me vis q̃t fuerit amicoꝝ paria p̃scoꝝ mẽoria maxie celebrata: ea repio q̃tuor nũero extitisse. Theseũ ⁊ perithoũ. Achillẽ ⁊ patroclũ. Orestẽ ⁊ pyladẽ. phytiã ⁊ damona. Addũt etiã iuniores apd grecos Epaminũdã ⁊ Pelopidã. Uale ex venetijs idibus ianuariis. M.cccc.xxviij.

Frãciscus Philelfus Kyriaco naconitano salutem

Placuisse tibi lr̃as meas ⁊ ea q̃ de ꝟgilij maronis sñia scri psim⁹ in eneida: gaudeo. Qd aũt petis q̃ rõe Neptun⁹ ab Ouid. nasone cognoĩatus sit ãphitrites: ⁊ fortuna Rhamnusia: pau cis accipe. Rhamnusia q̃dẽ nõ est fortuna: vt vulgo exponũt ma gistri ludi: sз indignatõis dea: quã greci tui nemesin vo cãt. nã cũ narcissus forme bonitate abuteref supbius recte fingif eiusmodi dea aduersus illũ idignata iustis p̃cibus assensisse. Est enĩ indignatio animi egritudo aduersus eũ q̃ bonis p̃ntib⁹ sit in dign⁹. Nemesis inq̃ indignatõem sig̃t. Rhãnusia ꝟo dicta est a Rhãnus q̃ est attice vicus vbi colebaf. Cui⁹ q̃dẽ dee simulachrũ eo i loco pulcherrimũ fuisse tradũt factũ a Phidia vlnaꝝ in alti tudinẽ decẽ: illudq̃ marmoreũ. Neptun⁹ aũt neq̃q̃ ẽ ãphitrites cognominat⁹. dictio illa deprauata ẽ apd Ouid. librarioꝝ iscitia. Est ei fei. ge. decliaturq̃ more greco. ntio amphitrite. Genitiuo amphitrites. Fingitur autem a poetis esse neptuni vxor. Unde

Claudianus de raptu proserpine ita cecinit. Etiaz nereia glauco Neptunū gremio complectitur amphitrite. Nam amphitrite mare significat: dicta illa quidez ab amphi circum. & trin terrere. Mare enim circum se nauigātis pereundi terrore insequitur. Ex amphitrite autem et Neptuno Triton natus fingit a poetis. Si quid est: quod aliud a me velis: nunq̄ frustra requires officium meum. Vale ex Venetiis quinto kalen. Februarias M. cccc. xxviij.

¶ Franciscus Philelfus Andree iuliano salu.

Maximas tibi gratias habeo mi Andrea: quod omnibus i rebus michi gratificaris. Vellem aūt: michi aliqua te digna offerretur occasio: non habende solum sz etiā referende gratie intelligeres pfecto me vnum oīm esse gratissimum. Itaqz eo michi molestior est: eo inimicicior presentis pestilentie vis: q̄ vniuersus populus misere vexatur: quo futuruz video michi locum sublatum iri: declarandi tibi beniuolentissimi animi mei. Cogor enim habere vite rationem. Quare hic diutius esse non possim: ea presertim frustratus spe: qua ductus ad vos reuerteram. Nec est quod queq̄ accusem preterq̄ cum seuientem fortunā ipaz: tū nimiam meam credendi facilitatem. Vnū tibi tn̄ psuade me tuū eē sempqz futurū. Vale ex venetiis. iij. kal. februarias. M. cccc. xxviij.

¶ Franciscus Philelfus Leonardo Justiniano. sal.

Cum in dies magis atqz magis Venetijs tempus tero ea ductus spe: quā michi tot littere tue cum pulcherrime cōstantinopoli agerem: tanta cum charitate fideqz pmiserant: ecce nudiustertius repente febris pestifera seruā michi vnam adorta est quam hodie interemit. Quo fit: vt hic michi diutius cunctandum nō sit. Intra quatriduum sum hinc Bononiā versus abnauigaturus: vbi si honestam conditionē offendero: vlterius profecturus non sum. Sin minus honestam: ad Florentinos me recipiam. Tu si quid interea temporis me vis facturuz: significato literis. Nam post quatriduum frustra ad me scripseris. Vale ex venetiis. v. Idus februarias. M. cccc. xxviij.

¶ Franciscus Philelfus Francisco barbaro salutem.

Ad triduū vsqz ad summū soluere hinc decreui: idqz nō solū q: eoruz michi: quoꝝ spe ductus reuerterā in italiam: nihil oīno obseruatū iri intelligo: verūetiā q̄ pestilentia iā me intra cubiculuz obsedit. Heri vna michi serua eaqz puellula subito morbo et correpta & interempta sepulta est. Quanto igitur verser in periculo non te latet. Nolim: quantum in me

fuerit:ante diem constitutā a viuis decedere:ne qui annorū nume rus secundū Pythagoricos vtroqz homine michi sit explēdus altero expleatur. Et vt apertiꝰ loquar:vite malo ꝙ inani spei nul liqz cōsulere. Nam si vixero:et michi et amicis vsui esse potero. In morte enim boni quid insit:minime intelligo. Ubicūqz autez sum futurus:tuus certe semp futurus sum. Uale ex venetijs. iiij. Idus februarias. M.cccc.xxviij.

Franciscus Philelfus Leonardo iustiniano salu.

Quod me hortaris ne ꝓperē:neqz desperē. Fore.enizvt melius michi Venetijs ꝙ vsqꝫ gentiuz cōsulatur. Hor taris tu q̄dez recte:modo nō sit ꝑcio spes emēda. Qua re si ita certi quicquā intra cōstitutuz tempus illatuz fuerit vt in telligam non esse diutius michi aranduz littus: sequar cōsiliū tu um vel in hoc vite discrimine. Sin aliud nichil ꝙ verba animad uertero:faciam vt scripsi ad te antea. Neqz aut ad Bononiēses recipiam:aut ad Florentinos. Uale ex Venetijs. iij. Idus febru arias. M.cccc.xxviij.

Frācíscus Philel. frācisco barbaro sal.

Ego quod fore nunꝙ putaui:hoc vesperi nauim inscen dere institui. Ferrariā versus nauigaturus. Inde Bo noniam petā. Ubi si honesta michi cōditio proposita fuerit:eā accipiā. Naz si secus ceciderit:cōcedam ad Florētinos: quos audio grece litterature atqz eloquētie imprimis studiosos. Quicquid egero ꝙprimum tibi declarabo litteris:quo meos ad me libros aduolaturos cures. His enim michi vt scis:admodum opus est. Uale ex Venetijs Idibus februarijs. M.cccc.xxviij.

Franciscus Philelfus Joanni aurispe sal.

Ueni Bononiā mi aurispa secūdis vt aiunt auibus. Eo dem enim die quo vrbē sum ingressus:Is aūt fuit terti us:ex quo a te abij:tantus est concursus ad me salutan tum factus:non scholasticorum et doctorum solum:sed vniuerse prope ciuitatis:vt nihil neqꝫ frequētius neqz honorificentius di ci queat. Postridie venit ad me nomine apostolici legati Lodo uici alamādi cardinalis harelatensis: Albertꝰ florētinus vetusta ac nobili natus albertorum familia:questor apostolicus: precla rus iurecōsultus et vir omni virtute preditus. Is vbi me ꝑhūa ne et perbenigne allocutus est:hortatur vt secum vna ad cardina lem eam:quippe quem diceret esse percupidum videndi mei. Huic ego vbi obtemperassem:ad legatūqz venissem:essemqz bre ui apud eum:sed non incommoda vsus oratione:tanta me is cuz hilaritate et cū tanta verboꝝ honorificētia excepit:vt nichil neqz

hilarius nec honorificentius dici posset. Deinde permulta est vl- tro pollicitus: que iccirco non refero: ne videar cuiq̃ ambitiosior Et ne te diutius morer: ego Bononie sum futurus prefectus an- nuo docēde oratorie et moralis philosophie muneri cū salario au reorū quadringentorū quinquaginta quorum trecenti soluuntur michi ex ere publico: centum vero et quinquaginta priuatim mi chi legatus ipse daturus est: fecitq3 iam michi quīquaginta nu- merari: addiditq3 alia plura dono ad vsu3 cultūq3 domesticum. Quare quantum licet sperare q̃ optime nobis hoc initio consul- tum intelligo. Vale mi Aurispa: et me ama vt facis. Ex Bononia vij. kalendas martias. M.cccc.xxviij.

¶ Franciscus Philelfus Marco cannetolo equiti aurato ac iure consulto Salutem.

Qvibus me laudibus hesterno vesperi extuleris apud p̄ sulem hunc nostrum apostolicu3 legatū pleriq3 viri gra ues et amici michi renunciarunt. Ego autem et si mira tus certe non sum: quod eū ornaueris: qui te et amat: et obseruat plurimu3: malo tamen de me posthac partius loquaris: ne te qui grauissimus et habearis et sis: minus consideratum in laudan- do iudicent. Non enim ipse de me profiteor: at ne sentio quidem que tu tam fidenter et tam amplo ore et affirmes et predices: sed facis tu sane pro magnitudine: et benignitate animi tui: qui eos oīs tui similis esse iudicas: quos ī amicitiam tuā admiseris. ita q3 tibi habeo gratias: q me tuū esse dilucide cognoris. Vale Bo nonie ex edibus nostris. xij. kal. Apriles. M.cccc.xxviij.

¶ Franciscus Philelfus Joanni aurispe sal.

POllucem quē petis: dabo ad te ꝓpediē: ea tamen lege: vt cōmodato accipias non dono: hoc est vt cū eo vsus fueris michi reddendū cures. Ambrosius monachus camaldulē sis dedit ad me superioribus diebus litteras humanitatis plenas et officij: easq3 greco scriptas eloquio.

His me vehementer horta tus est: vt florētie q̃ bononie eē malim: seq3 daturū operā est pol licitus: vt honestissima michi conditio offeratur. Ad id ego ob eā rem nichil respondi: quod et hic ago pulcherrime: et nulla emolu menta cū grauitate et constantia cōferenda censeo. Vale ex Bo- nonia pridie nonas apriles. M.cccc.xxviij.

¶ Franciscus Philelfus. Leonardo Justiniano sal.

IOhannes corbicius mercator florentinus meo nomie te adibit: vt meos sibi des ad me libros vna cum reb9

rogo. Nam his diutius carere non possum. Vale ex Bononia. x. kalen. maias. M. cccc. xxviij.

Franciscus Philelfus. Antonio capanorensi. salu.

Quod iam diu meas nullas acceperis litteras: aliud certe nichil fuit in causa quam tuum diuturnum silentium. Quo factum est vt putarem te querende pecunie magis quam colende amicitie factum studiosum. Itaq3 verebar: si ad te scripsissem: ne importunus magis quam officiosus accederem. Nunc autem lecta pulcherrima tua ad me epistola: intellexi rediisse iam musas cum vetere amico in gratiam. Quare non possum non gratulari mutue nostre beniuolentie: que vel absentis vicissitudine litterarum conatur presentis reddere. Quod quidem humanitatis ac benignitatis officium ne vtiq3 pretermittamus: eque sperare de te debeo: vt de me ipso possum imutabiliter pfiteri. Quod autem laudas meam abitionem a Venetis: gaudeo consilium meum omne laudari abs te viro et optimo et prudenti michiq3 amicissimo Nam quod scire cupis quam me delectat bononiensis mansio: delectat sane plurimum. Nam et vrbs amena est: et ppls phumanus: et rerum omnium que vel ad victum vel ad vite cultum attinent: magna abundantia et laudatissimarum omnium artium studium vehemens. Preterea quod me maxime delectat omnibus sum gratissimus. Faciat deus vt nobis hoc gaudij sit perpetuum. Tu vale: et si quid est quod possim tua causa scribe. Ex bononia. iij. Idus maias. M. cccc. xxviij.

Franciscus Philelfus Nicolao fabe philosopho ac medico salu.

Queris a me certior fieri: vtrum Aristoteles (dico in ethicis ad nicomachum circa principium primi libri scriptum reliquerit apud grecos: ideo bene ostenderunt bonum esse: quod omnia appetunt: an potius bene ostenderunt summum bonum: quod omnia appetunt. Ego autem et si michi videor coniectare: quid ea me roges: obsequar tamen voluntati tue: et id quidem non ea ratione: vt sus mineruam doceam: sed ne vel imprudentior vel insolentior iudicer: vbi minus ad rogata respondero. Tu vero que ab me differentur: considerabis omnia diligenter. Dein quod tibi visum fuerit minus recte dictum: id michi vt significes rogo. Longe enim discere malim: quam docere: presertim abs te eruditissimo grauissimoq3 philosopho. Omnium primum hec duo audeo pfiteri: nec esse verbum copulatiuum vt dialectici vocant: nec item summum eo loco apud Aristotelem scriptum inueniri: quorum etiam alterum non sit admodum necessarium: esse vero omnino absurdum: et ambo quidem hac ratione proponit Aristoteles in hoc prohemij sui principio ea que in vni

uerso ethicorum ope precepturus accedit. Ea vero duo sunt precipua secundum duplicem finem eorum que expetuntur in vita. Quedam enim expetuntur ꝑpter se et propter aliud. Quiddã vero propter se tantum. Sola felicitas est: que expetitur ꝑpter se. Quippe quã consecutus qui fuerit: nichil est reliquuꝫ in bonis: quod sibi expetendum ducat. At reliqua bona oĩa etsi propter se digna sunt que expetantur: ea tamen natura sunt: vt etiam cui cõtigerint ei non satis sint: quominus aliquid appetat. Nunꝙ enĩ quiescit hominis desiderium: quoad non id fuerit adeptus: supra quod bonũ aliud est nichil. Hoc autem cuꝫ summũ vocamus et vltimũ et maximũ bonũ: tum vno cõmuniqꝫ verbo vel felicitatẽ vel beatitudinem. Recte igitur Aristoteles in huiusmodi propositione a bonis particularibus rem ipsam aggreditur vt ex iis qđ omnium vltimũ est ꝑ inductionem inferat. Quis enim ambigat: si finis cuiusqꝫ artis ꝛ cuo ad vitam actiuaꝫ appetitur: tanꝙ bonũ quoddam ipsius: et eodem modo quo ad vitam cõtẽplatiuã: finis cuiusqꝫ scientie affectat̃: consentaneũ esse: vt quidam sit finis omnium vltimus: ad quẽ reliqui referãtur: hoc est qđ reliqua omnia affectent. Bonũ eniꝫ ꝛ finis: vt nosti cõuertũtur. Actio auteꝫ duplex est: interior et exterior. Et interior quidem ea: quam greci nominãt. Nos vero suo ꝓprioqꝫ verbo agilitatẽ: hãc vos pleriqꝫ opationẽ appellatis: aut actũ primũ: at exterior simpliciter actio dicitur: ad quã ipsam interior est veluti dux ad res gerẽdas. Idem etiam de electione ostendit: scđm quaꝫ omĩs ẽ actio. Cum igitur cetera bona oĩa pticularesqꝫ fines ad vltimũ finem illum bonũqꝫ referãtur: subdidit Aristoteles: non absurde superiores philosophos pulchre ostendisse bonum illud scilicet summuꝫ quod oĩa affectant: id est ad quod inferiora oĩa referuntur. Quare si summũ etiã appositũ minus fuerit: intelligitur. Itaqꝫ quod ꝓposuerat latius ac dilucidius ostensurus: continuo subiicit differentiã quãdam esse finiũ: cum alii sint quedã hoc est interiores actiones seu agilitates tm̃: vt in speculatiuis sciẽtiis: alii preter illas opa quedã: vt in actiuis facultatibus vsu fieri videmꝰ et ita multa percurrẽs: tandẽ docet qui sit agibiliũ oĩm finis. Nã quod aiunt ꝑ definitionẽ dixisse Aristotelem bonũ esse qđ omnia appetũt: stulta sane definitio videri queat: non solũ ꝙ nulla ẽ copula hmõi in textu greco: sed etiam ꝙ ea definitio non magis boni esset: ꝙ aliarum rerũ ꝓpe innumerabilium. ꝙ si definiendi peritiam teneret: nunꝙ in tanto versarent̃ errore. Preterea de hoĩs bono loquitur Aristoteles: non ignis: non lapidis: non pecudis.

Et ita infinita sunt quodãmodo que a tuis istis philosophis de
prauãtur: corrũpunturq;. Quo fit vt eo sis dignus maiore laude
q nullum velis errori locum apud te esse. Ceterũ quod mõ dice-
bam hec velim: expendas argutius: ꝛ michi sñiam tuam liquido
declares. Uale ex Bononia ex edibus nostris pridie idus maias
M.cccc.xxviij. ¶ Frãcisc⁹ philel. iohãni aurispe Sal.

Admonitionem tuam libẽter admitto: ac ꝓbo. Idez etiã
ex aliis audiui. Si res vt cepit ꝓspere successerit: nusq̃
hinc mouebo pedem. Sin aliter acciderit: pro tp̃e naui-
gabo. Nã nescio quid monstri hos inter se ciues alere audio. Qd
ne q̃d pariat magne calamitatis: nõ possum nõ vereri. Ego autẽ
in oẽm fortunã paratus sum. Uale ex bononia sexto kal. iunias
M.cccc.xxviij. ¶ Fran. philel. Leonardo iustiniano salu.

Narrauit michi iohãnes corbicius: quãta me beniuolen
tia cõplecteris: ꝛ q̃ de nobis nõmodo amice sꝫ etiã ho
norifice es locutus. Addiditq; te ꝓpe diem effectuꝝ: vt
vel venetijs vel patauij q̃ honestissime esse possim. quare nõ eẽ
opus vt libros sibi meos ad me dares: cũ apud vos sim q̃ hono
rificentissime futurus. Beniuolentia tua michi certius nichil est
Itaq; mirandum nõ est si de me semper amice atq; honorifice et
sentis ꝛ loqueris. Tibiq; habeo gratiã q das operaꝫ ꝛ priuatim
et publice: vt oẽs intelligant me tibi esse carissimũ. De meo autẽ
ad vos reditu nichil est hoc tp̃e quod labores. Ea eñi michi apd
bononienses conditio est: vt hinc honeste abire non liceat. Nosti
tu sane iãpridem meũ ingeniũ: q̃ pluris facio quod honestũ est:
q̃ quod vtile. Itaq; rogo te q̃ possum diligẽtius vt ꝛ libros ꝛ ce
teras res meas cures ire ad me q̃primũ. Hoc michi facere grati
us hoc tempore nichil profecto potes. Uale ex Bononia kalen.
iunijs. M.cccc.xxviij.

¶ Frãciscus Philelfus Gasparino bergomensi salu.

Galeatius mediolanensis aulicus ducalis me adijt tuo no
mine: atq; saluere iussit: petijtq; te facerem certiorẽ quo i
statu essem: quippe qui id a me intelligere cuperes. Ago gratias
tue humanitati q tam beniuole mecum agis: facisq; nichil alie-
nũ a singulari meo erga te animo. Qd autẽ scire de me cupiebas
iccirco paucis ostendi: q is Galeatius tum me primũ adiuit cuꝫ
iam esset equũ ascensurus. Ego in italiam redij eo cõsilio vt ve-
netijs apud veteres amicos vitam agerem. Existimabãq; michi
honestissimã ꝓpositam esse fortunã: sed mea me plurimũ fefellit
opinio. Nã longe illic eram deteriore futurus conditione: q̃ pro

pactis promissisq; deberetur. Itaq; cepi ex tpe consiliũ. Neq; Bononiam recepi. Qua in vrbe et amplissima et bonarum omnium artium studijs munitissima honesta oia secundaq; sunt. Id quod ex optimis filijs tuis ioãne Augustino atq; Guniforto cognoscere potuisti. Ex quibus ipsis ego de omni re atq; statu tuo certior factus sum. Tibiq; plurimũ gratulor: q apud eum es principem: quo hec etas nichil habet neq; illustrius neq; prestantius Uale ex Bononia pridie idus iunias. M.cccc.xxviij.

¶ Franciscus Philelfus Ambrosio monacho camaldulensi sal.

Quod me nondũ visuz tanta humanitate psequeris vt iã non modo diligere: sz amare etiã videaris: habeo tibi gratiam equidem singularez. Es enĩ ingenio et facili et perbenigno. Quas autem michi laudes tribuis: eas ascribo bonitati et mãsuetudini tue. Non enĩ is certe sum: quẽ tanti facere debeas. Itaq; ñ possum te non existimare ingenti virtute preditum: qui ea de me predices: que esse oportet in eruditissimo eloquẽtissimoq; et sapientissimo quodam viro ac plane tali: qualẽ te iam binis litteris pspicue esse dignosco. Faciat deus vt aliqñ: quod tantope desideras vna esse possumus quo mutuo cõspectu iucũdissimoq; affatu vti liceat. Ad cetera vero que scribis cõmodius dabitur respõdendi tempus. Nam in presentia publice occupationes me lõgiorem tecum esse non sinũt. Uale ex Bononia. iiij. kal. iulias. M. cccc.xxviij.

¶ Francisc. Philel. Antonio capanorensi salutem.

Orationẽ quam petis: dedi ad te. Miror autem tam repẽte ea de re apud vos rumores increbruisse. Quod autem letaris nomen nostrum iam late p italiam in oim ore versari: ne me rideas: vereor. Non eñ is sum: qui mei ipsius sim nescius. Itaq; tibi cauẽdũ ẽ: ne aut me aut teipm fallas: quorũ alterũ iiustitie: alterũ ascriberetur imprudentie Nec pterea te latet rumoribus credi non oportere. Ego aũt quãtuz anniti potero dabo operã ne: secundi istiusmodi rumores falsi oino extitisse videantur. Uale ex Bononia nonis iulijs. M.cccc.xxviij.

¶ Franciscus Philelfus Uictorino feltrensi salutem.

Aristotelis artẽ ad Theodecten qd antea te monui ex Cõstantinopoli dedi ad virum clarissimũ Franciscum barbaruz: eo cõsilio vt eas tibi reddẽdas curaret. Quod ab illo factũ non esse miror. Itaq; velim: ad eum litteras des: atq; libros repe

tas:quos si minus q̄ primũ ad te miserit:tũc ego iusta vtar expostulatione. Quod de meo statu vis certior fieri:nos hic valemus perbelle. Suntq̄ nobis secũda omnia id quod in dies magis fortunet de⁹. Uale ex Bononia.iij. kal'. Augustas. M.cccc.xxviij.

Francisc. Philelfus Bartholomeo fracãcano salutem

TRiplicẽ esse vitã hominibus p̄cipue expetendam prestãtissimi philosophi tradiderũt Cõtẽplationis: Actiõis. Fruitiõis Cõtemplatiua tota ē animi cuius sapientia dux ē. Actiua corpori maxime opitulatur:quam prudẽtia moderatur ⁊ regit. Que vero in fruendo versatur:eam referunt ad voluptatem:que ipa qualis sit difficile est dictu. Et ne id quidẽ mirũ:habet enim magnos oppugnatores. Nam qui ita statuit voluptatem:vt nichil habeat cũ ratione coniunctum:is ab eneruata pecude nichil differt. Sed que voluptas est secundum honestatem:hãc nõ multo ea puto inferiorem si recte velimus interpretari:que vera ē voluptas et christiana. Est enim posita et constituta in ea animi securitate tranquillitateq̄ in qua nulli insunt stimuli:nulli tumultuarij motus: nulle perturbationes. Et hanc quidem greci alypiam nominant:quã nos haud absurde appellemus indolentiam At sunt qui insimulent voluptatem esse solius corporis ac turpẽ quasi cum dicimus:Tue michi littere voluptatem incredibilem attulerunt non animum letari dicimus:sed corpus:et id turpiter Excedat e medio istiusmodi omnis calũniosa interpretatio:⁊ ad animum enim et ad corpus refertur voluptas. Nec aliam id verbum significationẽ apud nos habet:q̄ hedone habeat apud grecos. Hedone enim et animi est et corporis:potestq̄ ⁊ honesta:et turpis esse:secundum aut rationis aut temeritatis vsum Preterea eque inter animi bona voluptatem reponit Aristoteles ac prudentiam et virtutem. Nec sane vero: vt michi videtur: insimulant epicurum:quem voluptarium ac lasciuum dicunt:cũ illum et temperantem virum fuisse constat et eruditum et grauẽ. Cuiq̄ preter crebriora mordacioraq̄ cauilla:q̄bus in ceteros philosophos vtebatur:aliud arbitror obfuisse nichil. Ceterũ constat eum virum non de corporis sed de animi voluptate et sensisse et disseruisse. Sed vt epicurum reliquosq̄ illius pristine antiquitatis philosophos:quibus verus de⁹ oĩno erat ignotus:omittam⁹ ego eam arbitror laudabilẽ voluptatẽ et maxime expetẽdã:q̄ ex intelligentia veritatis:et ex actione totius honeste vite conflatur Ueritatem vero in ijs rebus sitã existimo:que sunt incõmutabiles et eterne. Quid autem aliud sit huiusmodi preter vnum et im

mortalem deum. haud quaqꝫ intelligo. Actiones vero ad veritatis intelligentiam ita iudico oportere accommodari: vt sciamus eas omnis ad imperiuꝫ sapientie esse referendas. Sapientia enī sola est ea: que tanqꝫ regina quedam et imperatrix seqꝫ ipsa contenta: quo rerum istarum inferiorum et temporalium cura omni soluta: in sempiterni ac superni illius boni lucem et intendat et figat intuitum: ceteris morum virtutibus prudentiā preficit: que prebitoris instar per singulas actiones singulis pro suo cuiusqꝫ officio faciunda tribuat. Moralis igitur virtutes omnis ad prudentiam referamus: oportet: que rationis est virtus: at prudentie sapientia dominatur: que tota est intellectus. Qui autem ita vixerit: qui hunc negat in summa voluptate versari ac plane felicē et beatum esse: is michi non stultus modo: sed fatuus et insanus videtur existimandus: Quid enim huic obesse queat: quo minus semper sit conpos sui: et non modo nulli seruiat turpitudini: sed honesta sp ꝛ cogitet: et loquatur et faciat? Gratulor igitur mi Fra cancane tuis laudatissimis vite institutis: qui te ita contemplatiue viuendi regule dicaris: vt ab assidue actionis moruꝫqꝫ virtutibus nunqꝫ abhorreas: quinpotius vnus sis: qui eque omībus pro sis et consilio et ope atqꝫ ipsi tibi: tanqꝫ ibi voluptatem censeas eē maximā: si bonitatis tue pticipes oīs efficias: qui se hoīes esse qꝫ pecudes maluerint. quos ego de te rumores cuꝫ audio: audio autem quotidie: ita letor pro nostra vetere beniuolentia: vt pre leticia videar altius attolli atqꝫ exiliri. Quid aūt futurū putes si detur vnqꝫ: vt vna esse possimus. Id vero cū hoc tpe nobis sit interclusum: tue erit vel humanitatis vel officij: vt vicissitudine litterarum tollatur oīs corpoꝝ diiunctio. Hoc erit vtriqꝫ nostrū non minus facile qꝫ iucundum. Vale ex Bononia kalen. Augustis. M. cccc. xxviij.

Franciscus Philelfus iohanni aurispe salu.

Antonius capanorensis: qui a principe lucēsi orator it ad venetos: est michi ab ipsa adolescentia cōiunctꝰ tāta familiaritate: vt vix michi eius consuetudine sit dulcius quicqꝫ. Nam ꝛ patauij ante meā nauigationē in Thraciam fuimus cōdiscipuli: et ea est vrbanitate moruꝫqꝫ elegātia: vt vel ipsos lapides excitare queat in amorem sui. Nam quid loquar de prestanti hoīs ingenio et facundia: quid de liberalitate et animi gratitudine. Dignus est profecto queꝫ ames: quod si feceris egregie: me non mediocri abs te beneficio affectuꝫ iudicabo. Vale ex Bononia pridie nonas Augustas. M. cccc. xxviij.

¶ Franciscus Philelfus Nicolao fabe philosopho ac medico salutem. P.D.

Ridie idus maias vnas ad te litteras dedi: qbus ad id responderam: qd ex me quesieras de Aristotelis textu in prohemio primi libri ethicorum ad Nicomachum filiuz circa principium. Quesieras enim: sit ne in textu greco. Jdo bene ondnderunt summuz bonum: qd omnia appetunt: an potius bonū esse qd omnia appetunt. Jpse aūt respondisse memini: neqꝫ summum inueniri apud grecos: id qd felicitatem per inductionem significaret: nec item esse quod ipsum verbum: quandam pre se ferre videretur vel definitionis vel descriptionis speciem. Multa qꝫ in eam rem sum locutus: que tibi audio probari: vtpote que a philosophie preceptis non abhorrent. At ego sane cupiebam te differentem audire: quid ea de re sentires. Jn presentia vero post eaqꝫ admisisse te animaduerto: que per id tēporis scripta ab me sunt: illa ad te epistola aperte loquar vt textus ille apud grecos habet. Dicit enim: Jdeo pulcre ostenderunt bonum qd omnia appetunt. Nosti enim finem et bonum inuicem conuerti. Quare cū proposuisset omnem artem et omnem scientiam: eodemqꝫ modo et actionem et electionem bonum quoddam appetere: ex ijs conclusionem quandam inducit superioris philosophos pulchre ondisse vel etiam affirmasse aut statuisse potius bonum: scꝫ illud qd omnia appetunt. Non enim ratione solū: sed etiam vi nature omnia feruntur ad finē suum. Hanc autem propriam esse ac veram Aristotelis sententiam patet alio loco: cū in secundo magnorum ethicorum libro de voluptate loquens: quam ipsam bonum esse vult: ita scriptum reliquit ad verbum. Propterea videretur videlicet voluptas esse bonum: quod hanc omnia appetunt. Ex quibus quidem verbis haud obscure patet Aristotelem intellexisse de bono rei sensitiue: quod non cadit neqꝫ in ignem: neqꝫ in lapidem: neqꝫ in aliud quodquam: quod sensu careat. Sed hac de re alias. Habes tu sane: ⁊ qualis sit apud grecos Aristotelis textus et quo pacto intelligi oporteat. Nam reliqua tu pro singulari tua eruditione et ingenij magnitudine: summaqꝫ prudentia si vniuersum Aristotelis prohemium diligenter considerare volueris: dilucide perspicies. Jnuenies enim ex multiplicibus finibus vnū tandem offerri finem: ad quem ceteri omnes sint referendi. Vale Bononie ex edibus nostris nonis Augustis. M.cccc.xxviij.

¶ Franciscus Philelfus Pallanti Stroce equiti aurato salutē.

b Ononiensis huius reipublice status quibus procellis agitari sit aggressus proximis diebus: et quantuz iam impendeat naufragiũ: quia moui non esse obscuruz ti bi: illud dũtaxat significabo: rem oẽm esse penes cannetulos. Al terius factionis principes magna ex parte vite magis: q̃ʒ decoro consulentes: vrbem deseruerunt: alij alio se recipiẽtes. Nicolaus Tholentinas: quem sub federibus inter paciscendum canneteli cum magna coniuratoruz manuductu Lodouici seuerinatis clã adorti: ingenti detrimento affecerant. Immolam fugiens contẽ dit: vbi etiã eẽ in hanc diem cuz reliquiis exercitus narratur. Jo hannes eius filius: qui a patre datus Bononiensibus obses fue rat: ne quid transeuntes milites aut iniurie aut maleficij: in Bo noniensi agro inferrent: post has perpetratas insidias in carcerẽ est coniectus. Hic omnia tumultuaria sunt atqʒ turbulenta. Car dinalis harelatensis Lodouicus: qui in hac vrbe pro Martino pontifice maximo legatum gesserat: erepta supellectili preciosis sima et maxima: amissisqʒ bonis omnibus: hinc abire permissus est: vel expulsus potius. Que futura sint: ipse coniectato. Quare sequi institui adhortationem et consilium de me tuuz. Haud eñ debes esse oblitus: que mecum nuper locutus es: cum hac iter fa ciens ex brixiana obsidione vel deditione potius in patriam re uertisti. Si honesta michi apud vos conditio ꝓposita fuerit: istuc ibo. Vale ex Bononia. iij. kalen. septembres. M. cccc. xxviij.

Fracisçus Philelfus Joanni aurispe. salutem.

f Ant hic omnia procellarum tempestatũqʒ plenissima ob hanc reipublice ab ecclesiastica ditione defectionẽ Deus bñvertat. Bononienses ipsi de se viderint. Ego michi atqʒ rebus meis omnino consulere institui. Non eniʒ tutũ est musis inter gladios sicasqʒ versari. Jam ciuili cruore madent omnia. Nullus hic ocio: nullus paci relictus est locus in tãtis di scordiaruʒ seditionũqʒ fluctibus. Itaqʒ Florentiã petam necesse est. Nec suʒ oblitus consilij tui. Sed necessitati parẽdum est. Tu si quid melius habes ostẽde. Vale ex Bononia idibus Septem bribus. M. cccc. xxviij.

Franciscus Philelfus Pallanti Stroce equiti aurato salutẽ.

q Uid sapiẽtis dicto illo admonemur: qm̃ tps cognoscẽ dum ẽ: admittere cogimur conditionẽ: que offertur: ꝑ sertim cũ subdideris fore: vt in ꝓximũ annũ plus mi chi salarii detur. Quare quos trecentos aureos michi recipis in hunc annũ noĩe tue florentissime reipu. ita michi datũ iri volo: vt

sine quotidianis molestiis ij michi suis temporib⁹ numerentur. Existimo tibi consuetudinē meā non esse ignotā: nō mō fenerari non didici: sed ne parcus quidem eē. Haud em̄ cōsueui nunq̄ ser uire nūmis: sȝ ijs potius vti pro seruis. Verū hec tu pro tua beni gnitate q̄ amicissime curabis. ego me interī accingā itineri. Va le ex Bononia. xiij. kalen. Octobres. M. cccc. xxviij.

¶ Franciscus Philelfus Nicolao nicolo salu.

Quod ad cōstitutū diem Florentie me nō videris: aliud nichil fuit in causa q̄ inopia mulionū. Nam sine mulis quibus et libri et reliqua supellex quā abusq̄ Constantinopoli in italiā aduexi mecum: istuc cōuehatur: pedem hic mouere minime decreui. Itaq̄ si hoc laboris pro tua humanitate capesseris: rem mihi facies nō minus gratā: q̄ necessariā. Mulis michi sex opus est. Quod precium pro cōuectione pepigeris: liberrime prestabo. Que michi cosmi medicis noīe polliceris: et audio libenter: et vt ei me commendes: te rogo. Ambrosiuȝ Monachum: vt meis verbis saluere iubeas: a te peto. Vale ex Bononia pridie kalen. octobres. M. cccc. xxviij.

¶ Franciscus Philelfus Bartholomeo fracancano salutem plurimā dicit.

Queris quid ego de virginitate sentiā: cum sint nōnulli qui eam virtutem esse negent. Non enim temperantie esse speciem: nec vllum eius extremū: quod inter parū nimisq̄ versatur sed contrarium prorsus. Rem sane queris non paruam neq̄ contēnendam: vt qui celibatum coniugio pretuleris: nam quaȝ in muliebri sexu virginitatem dicimus: eam in virili non virginitatem sed celibatum prisci vocant: cupias pro tua in me singulari beniuolentia tuam animi grauem probatissimāq̄ sententiam meis etiaȝ aliquibus rationibus confirmari. itaq̄ altius michi repetēdū est: quo nō veritati minus satisfaciā: q̄ tibi hoī amicissimo ⁊ optimo. Oīm primū hoc nobis ꝓpositū eē volo ita cōiugiū virginitati subiici: vt parem numerū impari. Quecūq̄ paria in arca Noe seruata sunt aīalia: ea īmunda fuisse q̄s ambigat? Et vnus est deus: et numero deus īpare gaudet. Vt igitur impar numerus mundus est: ita paria oīa immundicie sunt obnoxia. Qd etiā idem poeta Virgilius Platonem Pythagoricosq̄ secutus: cum minime ignorasset: facit in sexto eneidos libro Dei phebum talia locutum. Ne seui magna sacerdos discedaȝ: explebo numerum: reddarq̄ tenebris. Respondet inquam Deiphebus turbate Sibylle: ne ob presentiam confabulationemq̄ suam

irascatur:quoniam continuo discedet:numerumq3 diminuet:im parem scilicet et ternarium. Non enim huiusmodi numerus cõ ueniebat apud manes:quibus etiam dum vano gentiu3 more sa crificaretur:non impari sed pari numero are dicebantur due. Nã diis superis tris aras poni mos fuerat. Versabatur enim super sticiosa illa gentilitas in eo quoq3 errore:vt et bonos quos voca bat:et malos deos venerandos opinaretur.alteros quidem vt es sent profuturi:malos autem ne nocerent. Nonne idẽ Maro pla tonicus quidem pythagoricusq3 poeta in animi quoq3 partitiõe ternario impariq3 numero vsus est? Quid enim cum ait Celsa se det eolus arce sceptra tenens:mollitq3 animos et temperat iras. aliud sensisse arbitremur poetam prudentissimũ:q3 animi ratio nem.cuius sedem in cerebro tanq3 in arce esse voluit:eiusq3 et cu piditates et iras in carcere quasi quodam intra precordia iecur q3 relegatas eoli sceptro:hoc est rationis imperio molliendas tẽ perandasq3 subiecit:illam quidem imparis numeri conclusione perfectam esse:duas partis reliquas imperfectas. Totum aute3 in se numerum et imparem esse:eundemq3 perfectum. Sed quid poetarum:quid philosophorum:quid gentilitatis illius vane vti mur testimoniis? Unde hauriamus aut locupletius aut verius argumentum:q3 ab eo quod et solum ꝛ semper est et idem per se subsistit? Una est diuina eademq3 substantia. Hanc in tribus eq̃ liter absoluteq3 personis inesse et aperte dicimus:et indubitato credimus. Nam quãq3 deus qui infinitus est nullo numero capi potest:numerum tamen non aspernatur. In eo enim quod tris esse dicimus:inesse numerum quis negarit? Qd si eum conside rare voluerimus qui sit tres:numerum non esse inueniam⁹. Nec sane michi videor ignorare eos numeros qui ad seipos recurrũt in suis partibus illis qua in summã redacte fuerint perfectos di ci solitos.et eos rursum dici imperfectos quorum istiusmodi p̃ tes vbi simul ducantur:nequeũt eosdem implere numeros quo rum ipsi sunt partes. Nam quorum numerorum partes etia3 ex cedere reperiuntur:cum abundantis:tum plusq̃ perfectos nomi nari manifestu3 est. Atqui in numero ternario ob quem ipm quo q3 Aristoteles diuinam sanctificationem venerationemq3 intro ductam esse testatur:eam video inesse perfectionem qd nulla est parte mancus:sed plane totus:quippe qui et principium hab3 ꝛ medium et finem. Ac ne in re perspicua videri voluisse vt iuuẽis argutior insimuler:nũ vlla paris in trinitate:an imparis numeri ratione vtimur? At vt omnis numerorum paritas ad vnius eius

quod cuius numeri & principium est & causa refertur imparitatẽ ita queq; parium perfectio ipsius imparis perfectioni subiecta ẽ vt agenti patiens. Ex quo fit vt perfectio coniugij quod aut ĩ remedium incontinentie: aut ad procreandos liberos est inuentu3 & constitutum: longe sit inferior perfectione virginitatis & celibatus: que ipsa sua quadam vi naturaq; laudatur: eoq; pluris duci tur ꝙ non precepti vi cogitur sed offertur vltro. Et matrimonio quidem crescit: ac multiplicatur hominũ genus: terraq; repletur Uirginitatis autem et celibatus bono chorus quasi quidam angelicus augetur: celumq; repletur. Itaq; tibi mi Fracancane nõ possum non gratulari: qui militare christi et virginale sagulum coniugali ociofeq3 toge seculi pretulisti. qui humanũ omne3 fulgorẽ ne minima quidem coruscationis scintilla cum splẽdore celestis glorie conferendum existimaris. Induisti te inq̃ Bartholomee mi dilectissime christi veste: & ea quidem veste que vnius est imparisq3 numeri. Hanc vt incorruptã purãq3 tueare: te non solu3 hortor sed etiam rogo. Uerũ decepisti Philelfum tuũ quẽ olim religionem diui benedicti inire cupientem: cũ venetijs ageret anteq̃ in Thraciã nauigaret: ne id faceret hortatus es: cũ diceres frustra me tam longũ studium suscepisse: si etatem oẽm in templo diui Georgij cognomento maioris orando contererem. Nec tñ accuso iudiciũ tuũ. Ita em̃ visum est ĩmortali deo. Itaq; vt tua tu: ita ego mea sorte contentus sum: quo ipse michi faueas apud superos: ego autem apud homines tibi. Hoc em̃ pacto cũ omnia amicis cõmunia sint: & celi vterq3 & terre gloriã consequemur. Sed tu eo es felicior iudicandus: ꝙ virtute quadam heroica clarus eris. Nam ego satis sim habiturus: si cõiugij lauder apud homines. Qđ autem scire vis quot ego in presentia etatis sum annos natus: accipe breuibus. Ago etatis annũ trigesimu3 quippe qui natus sim anno a christi natali die trecentesimo nonagesimo octauo supra annũ millesimũ. et id quidẽ ad octauum kalen. augustas. De hac vrbis conditiõe nichil est quod ad te scribam. Agitantur enĩ omnia procellis ac fluctibus. nec multum a naufragio absumus. Uale ex Bononia nonis decembribus. M cccc. xxviij.

¶ Francis. Philel. Andree Constantinopolitano theologo ordinis pđicatoꝝ ac Rhodiorũ archiepõ salutem.

Litteras tuas ex vrbe Roma cũ libenter vidi: tũ lectitaui q̃ iucundissime. Erant em̃ non grauissime solu3: sed etiam locupletissime testes singularis tue erga me charitatis.

ꝙ autem me hortaris istuc vt q̄primū veniam: id michi hoc tem pore nequaq̄ est integrum. Nam florētinis obstrictus sum in an nū docendi munus. Nec michi quicq̄ duco honorabilius fide. Quā si paterer meo aliquo emolumento infirmaz fieri: rumores quos increbuisse clarissimos de me scribis apud summū ponti ficem: leuissimos redderem ac mendacis. Verū cuz per studij va cationem dabitur: ibo in vrbem Romā: ꝛ quod me mones q̄ di ligentissime tuebor. Quando autem hinc michi mouendum sit: non satis scio. Dominicus em̄ Capranicanus qui electus firma nus pro Martino summo pontifice legatus apostolicus: maxis viribus vrbem obsidet: oppugnatq̄ constantissime: nondū michi concedere voluit tuti itineris litteras. Quid aūt in causa sit igno ro. Tu interea temporis vale: et quod ad tempus sis in Thraciā Rhodūve soluturus: me tuis litteris certiorez facito. Ex Bono nia idibus decēbribus. M. cccc. xxviij.

¶ Franciscus Philelfus Thome Sarsanensi sal.

Quam michi rebus reuerendissimi Cardinalis tui imo nostri conditionem ꝓponis apud nobilissimū istuz mu nificentissimūq̄ principem Nicolaum estensem ꝛ si perutilis est atq̄ honorifica: eam admittere nequaq̄ possum. Sum em̄ floren tinis obligatus annuo docendi munere: ꝛ id quidem ornatissime Itaq̄ īmortalis gratias velim agas nomine meo isti humanissi mo patri: cui me si diligentissime cōmendaris: rem facies amici tia nostra admodū dignam. Vale ex Bononia. xiiij. kalen. ianua rias. M. cccc. xxviij.

¶ Fran. Philel. Bartholomeo fracancano salu.

Quo frequentiores eunt ad me littere tue: eo maiore affi cior voluptate. In ijs enim lectitandis videor ꝛ esse et loqui tecum. ꝙ autē mirari te dicis a me voluptatem laudari: cū a Cicerone in questionibus tusculanis et in libris de finibus bo norum ꝛ malorum apprime vituperetur: nichil est opus vt mire ris. Nam quod Cicero in alijs reprehendit: in hoc ipse ꝑsepe pec cat. Litigat em̄ de verbo: rem negligit: quāq̄ ne de verbo quidē recte sentit. Nam ꝙ voluptas non omnis sit turpis: imo sepe eti am honestissima: cum alia pleraq̄ eius scripta: tum epistolarū li bri infinitis in locis liquido declarant. Preterea si bonum est se cundū Aristotelem: quod oīa appetunt: nū minus oīa que sensu mouētur natura appetūt voluptatē? Qđ aūt est scđm naturā: nū id bonū nō sit? Nā de animi voluptate q̄ ab honestis actionibus ꝓficiscitur: queq̄ ex contēplatione veritatis ꝛ dei capitur maxia

num eam quisq̃ neget esse bonum: et maximũ quidem bonum? At referti sunt grauissimorũ philosophorũ libri Aristotelisq̃ in primis subtilissimis et firmissimis questionibus: quibus ꝛ ꝓbatur prudentissime: ꝛ laudatur egregie voluptas. Qua de ipsa pluribus ad te scriberem: si essem ociosus. Sed cui esse ocij quicq̃ possit inter arma belliorũq̃ fragores? Atqui dabitur tempus: vt spero quo et tibi satisfaciam: ꝛ alios nõnullos istiusmodi imprudentia vna mecum liberabo. Nunc ignosce breuitati mee. Uale ex Bononia pridie kalen. ianuarias. M.cccc.xxviij.

Franciscus Philelfus Thome sarcanensi Salutem.

Ego mi Thoma dilectissime sum florẽtine reipublice iã obstrictus annuo munere. Itaq̃ aliam nullam conditionem possum amplecti. Quid enim dedecorosius q̃ vel esse vel haberi leuem? Nam fidẽ minus seruare hominis est non iniusti solũ: sed impij. At scio nõmodo Reuerendissimus pater cardinalis tuus id ab me factuꝫ iri nollet: sed nec etiaꝫ tu qui speculũ es imagoq̃ ꝛ ꝓbitatis ꝛ grauitatis. Uale ex Bononia pridie kalen. ianuarias. M.cccc.xxviij.

Franciscus Philel. Joanni aurispe salu.

Damnas tu Aurispa consilium meũ: q nolim eam cõditionem admittere quam humanissimus cardinalis Bononiensis Nicolaus vir sanctissimus michi proponit: scribisq̃ futurum vt me peniteat mei instituti: si maluero florentinis q̃ magnanimo isti principi nicolao marchioni gratificari. addisq̃ vt michi ante oculos ponam et manuelem nostrum chrysoloram doctissimorum virorum omniũ huius tempestatis principem dum vixit: et alios nõnullos eruditos ac disertos hoĩes quorum nemo diutius potuit agere Florentie ꝓpter varias quorũdam insidias: quoꝝ inuidentia terra celumq̃ vexatur. At ego tibi paucis respondeo. Et omniũ primũ maximas tibi et ago et habeo gratias: q amicissime consulis rebus meis. Sed quid michi facundũ suades? Nũ vt alicuius vtilitatis gratia quod honestũ est negligã? An es oblitus nichil apud me minus habere põderis q̃ rei pecuniarie rationẽ? Fidẽ dedi reipublice florentine: quã certe inuiolate constanterq̃ seruabo. Nec vlla patiar vtilitatis specie mee initia hec iuuente cuiusq̃ leuitatis noĩe accusari. Inuidentiũ autẽ morsus animi grauitate atq̃ magnitudine me facile vitaturũ spero. Qđ si minus michi diu licuerit: operã dabo vt aliorũ id culpa factum iudicetur: non mea. Uale ex Bononia kalen. ianuarias. M.cccc.xxviiij.

Franciscus Philelfus Leonardo aretino salutem.

Nulla ego in culpa sum Leonarde aretine: q ad consti-
tutum tempus ad vos non ierim. Scis enī vrbem hāc
non obsideri modo ab ecclesiasticis viribus: sed die no-
ctuq; acerrime oppugnari. Hi primo qui reipublice presunt: mi-
chi abeundi nullam dabant facultatem. Qui vbi ab me multis fa-
tigati: tum precibus: tum etiam quandoq; conuitijs expostulatio-
nibusq; eam cessere: tum legatus apostolicus qui martini pontifi-
cis maximi vicē in castris gerit. Dominicus capranicus tuti itine-
ris litteras petenti michi nullo pacto in hanc diem tribuit Itaq;
haud scio: quid ipse sim facturus. Versor profecto in maximis a-
nimi curis: nec qd consilij capturus sim: noui. Nisi fortasse mi-
chi iucundum putes aspectum quotidianum gladiorum ac seui-
cie cum alijs laqueis gule franguntur: alij obtruncantur: alii scin-
duntur in partes: alij defodiuntur: alij trucidantur. Quid pluribꝰ
Omnia humano cruore madent. Iure ne: an iniuria: non est meū
iudicare. Nam in ciuitate factionibus seditionibusq; ardenti ni-
chil est tam iniustum: tam impium: quod minus detur et pietati &
iustitie. Hac ī re vnum remedium dari posse intelligo: vt publicis
vestre reip. litteris contēdatur ab hoc legato apostolico: vt me ad
vos libere ac tuto ire patiatur. Tuū igitur fuerit id q̄primum cu-
rare. Quod si feceris: fore certo intelligo: vt propediem istic mu-
tuo colloquio & quotidiana consuetudine nobis inuicem vti lice-
at. Vale decus litterarū et eloquentie: meq; vt facis: ama. ex Bo-
nonia idibus februarijs. M.cccc.xxviij.

Franciscus Philelfus Gabrieli mauro salutem.

Nichil michi fuit iucundius tuis litteris Gabriel mi ca-
rissime: quibus humanitatem tuam ac morum suaui-
tatem bonitatēq; ingenij ita representas: vt te coram a-
spicere: alloqui et cōplecti videar. Non possum michi nō letari: qd
studiis olim meis ac lucubrationibꝰ in te adolescente instituendo
id me videam consecutū: vt florentissimus senatus tuus talē sit vi-
rum te habiturꝰ: q et amplissime patrie futurus sis ornamēto: et
amicis adminiculo atq; voluptati. Incūbe igit p viribꝰ: teq; am-
plificāde glorie totum dede. Non multos habiturus est nobilissi-
mus senatus tuus similis tui. Noui acrimoniā ingenij tui: noui
magnitudinē animi: noui consilium: noui probitatem. Nichil ha-
bet tua respubl. te vno continentius: nichil moderatius: nichil ad
omnis preclaras actiones: aut splendidius: aut strenuum magis.

Sz quid ego frustra sim longior:qui ita videar te adhortari: quasi non per te satis sis:qui et prouidendo:et consultando et agendo nulli rei deesse possis. De fratris tui Dominici moribꝰ q̄ scripsisti:non potui non dolere. Sed tu fer oīa moderate:etas enī fortassis eius animi acerbitatem aliquādo ad maturitatez aget. Quod si secus accidat:tu teipso contentus esto. Ego quod scire vis:bene valeo cū vniuersa familia:migraturus breui Florentiā:vbi honorifice et cōmode sum futurus. Titum Liuiū meū cōmēdo tibi Uale ex Bononia pridie kal'.marcias. M.cccc.xxix.

Franciscus Philelfus Leonardo aretino salutem.

IErunt ad me tandem littere ex castris a legato apostolico:quibus tuto hinc ad vos ire permittitur. Itaqz ad triduū aut quatriduū bononia abibo Forū Corneliuz versus.ita em̄ q̄z immolam appellare libet. Nam illud iter longe tutius est hoc tempore propter hostium castra:que a reliquis partibus vrbi adiacent:qui quod recta Florētiā agit. Intellexi deniqz quid in causa fuerit:q̄ he littere ante hunc diem michi negate sunt. Conspirarant nonnulli ciues ac sacerdos quidam ex ordine eternitatum pro Martino pontifice maximo contra hāc rempu. Et quia legatus credebat certo vrbe se potiturū:nolebat me hinc abire. Sed ea conspiratio et detecta est:et de cōiuratoribus omnibus supplicium sumptū. Quare legatus spe sua frustratus:vltro litteras ad me misit. Tu me inclytis principibus istis tuo more et cōmendatū et carū reddito:tibiqz imprimis. Uale ex Bononia pridie nonas Apriles. M.cccc.xxix.

Franci. Philel. Francisco barbaro salutem.

EX Immola hasce litteras septimo idus Apriles ad te dedi:cū essem postridie Florentiā petiturus. Quid em̄ diutius Bononie expectarē in tanta gladiorum impunitate? Me plurimuz miseret illius afflicte vrbis:que omni facinori omni īmanitati est:diritatiqz exposita:ibi quicquid cuiq̄z collibuerit:licet. Nullus est clementie:nullus commiserationi locus Quare et si nichil michi metuendum erat: quippe q̄ omnibus essem charissimus:tamen omnia metuebam in tanta ciuium cede. Spero michi florentie fore secunda omnia:siquidem locus erit doctrine et innocentie. Qua in vrbe cum fuero scribam ad te pluribus. Nunc ex itinere prolixiori michi esse nō licuit. Uale ex Immola.vij. Idus Apriles. M.cccc.xxviiij.

Franciscus Philelfus Leonardo Justiniano sal.

ERipui me tandem ex Bononiensi naufragio:quo tota

vrbs perit:petoq̧ Florentiam quo sum ⁊ honorifice ⁊ pulcherri-
mis quidem premiis publice accersitus. Itaq̧ nō mireris si in p̄
sentia paucis tecū egi:hec eñ ex itinere scripsi tibi. Cū florentie
michi per ocium dabitur:pluribus tecum agam. Interea tempo
ris rogo te p humanitatē tuam perq̧ meā in te obseruantiam vt
memineris mei:librorūq̧ meorū q̄z diligentissimā curam geras.
Vale ex Immola.vij.idus apriles.M.cccc.xxix.

Franciscus philelfus Marco lypomano philoso-
pho atq̧ iure consulto salu.

QVod me antea tuis humanissimis litteris monuisti: vt
me ex Bononiensibus fluctibus in tutū aliquē portuz
reciperem:id tādem cū primū licuit feci. Proficiscorq̧ florentiā
Hec eñ ex itinere scripsi tibi. Scio maluisses p tua singulari er
ga me beniuolētia:apud vos essem q̄z optime de me meritos. Et
idem ego maluissem. Qđ si ea mansisset me conditio:cuius gra-
tia ex Thracia ad vos soluerā:a vobis nunq̄z abiissem. Quo fa-
ctum est vt necessitatē sequar:non voluntatez. Vale ex Immola
vij.idus aprile.M.cccc.xxix.

¶ Frācisci Philelfi epistolarū liber secundus.

¶ Frācifcus Philel. Antonio lusco secretario ap̄lico sal.

GRatulatio tua Antoni lusce nō debet michi nō
pbatissima videri.nam ⁊ vir es optimus: et mei
certe amantissimus. Haud eñ oblitus sum: et q̄
mecū olim Vicentie cū essem constantinopolim
nauigaturus:locutus es:⁊ quantam michi beni
uolentiā ostendisti. At meā rursus erga te obser
uantiam aīaduerto te memoriter meminisse. Itaq̧ maximas ha
beo tibi gratias:q̧ me tanq̄z in p̄cipijs animi tui inter honestis-
sima amicitie monumēta seruare volueris. Michi aūt nō possū
nō iure optimo letari:cum intelligo me non frustra te meis om̄i-
bus ad pbitatē actionibus perinde atq̧ calcem proposuisse: ad
quā dirigendi sint omnes:non bene loquēdi soluz:sed etiam be-
ne viuendi cogitatus ac studia nostra. Qđ aūt me hortaris vt ro
manā curiam petam:cū ea sit sola eruditionis ⁊ eloquētie domi
ciliū:ad idq̧ om̄e studiū tuū atq̧ operā polliceris: ⁊ consiliū pro
bo:⁊ adminicula tua oīa libēter amplector. Verū nondū mensis
p̄teriit posteaq̄z florentiā veni. Quare necesse est vt constitutum

annuū tēpus integre absoluā. Quod vbi fecero: si michi tua opa & gratia honestum locū apud pontificem maximū ꝑponi intelle xero: confestim in vrbē aduolabo. Nā hic ꝙtum michi augurari iā videor: inter Scyllā carybdiꝙ nauigabo. Quo fit: vt quib⁹ aut rudentibus malū: aut anchoris nauim muniā: aut facile queam hinc ꝓuidere. At ego ingenuū ociū malim ꝙ periculosum nego ciū. Nā hec vrbs non multo minus ꝙ Bononia factionib⁹ dissi det: quin eo periculosius quo acutiora videntur michi hominuꝫ ingenia & ad nocendū procliuiora. Uale ex florentia. xiij. kal. ma ias. Anno a natali christiano. M. cccc. xxix.

¶ Franciscus Philelfus iohanni aurispe salu.

Q Uod scire cupis: nichil te celabo. Florētia me plurimū delectat. Est eñ vrbs cui nichil desit: neꝙ ad edificiorū magnificentiā atqꝫ venustatē: neqꝫ ad ciuiū dignitatē & amplitu dinem. Adde ꝙ vniuersa in me ciuitas conuersa est. Oēs me dili gunt: honorant omnes: ac summis laudibus in celum efferunt. Meum nomen in ore est omnibus. Nec primarij ciues modo: cum per vrbem incedo: sed ipse etiam nobilissime femine hono randi mei gratia locum cedunt. Tantumqꝫ michi deferūt vt me pudeat tanti cultus. Auditores sunt quotidie ad quadringētos: vel fortassis etiam amplius. Et hi quidem magna ex parte viri grandiores et ex ordine senatorio. Quid multis? Omnia michi secunda letaqꝫ sunt. Ceterum quo me fortunatiorē esse animad uerto: eo magis michi metuo ab insidijs inuidentium. Nicolaus Nicolus et Carolus aretinus quotidie me publice audituri ade unt vna cum aliis ciuibus. Et Nicolaus quidem: quantum in hanc diem animaduertere potui: homo est loquacior: sed non ad moduꝫ vafer: quippe qui effutiat facile ac temere omnia. At Ca rolus

Tristis est semper: ac loquitur nichil. Uideturqꝫ monstri quip piam intus alere. Et sunt qui michi dicant eum cauendum eo esse magis: quo magis silet. Id enim non a modestia atqꝫ vere cundia proficisci: sed ab inuidentie vulnere. Ego tamen in por tu nauigo. Leonardus autem aretinus michi vehementer af ficitur: quem eo puto rerum mearum studiosum magis fore: qḋ aduentu presentiaqꝫ mea maximo est leuatus onere. Nam et Nicolaus et Carolus: qui ante aduentum meum illi plurimuꝫ detrahebant: ab omni eiusmodi calumnia maledictoqꝫ destite re mea causa: vt existimatur deterriti: quod vidissent ab me

Leonarduz publice ꝛ grauiter ꝛ ornate ꝛ pleno ore laudatū. Cosmus medices vt humanitatis plurimū pre se fert: adijt me perhumane: nec id semel: sed iterum atqꝫ iterū. dixitqꝫ: si qua michi in re opus foret opera sua: ne de se michi deessem vnq̄: nā sese michi defuturū nunq̄. Pallas Stroca splēdidissimus eques auratus oībus in rebus michi semꝑ adest: honoriqꝫ et cōmodis meis oībus nō secus studet: ac si essem filius. Ambrosius monach⁹ vir disertissimus: et si me amare videtur plurimū: tñ non pōt michi non suspectus esse

Que quidem oratio

Haberem tibi scribere alia: et quidē plura: q̄ nūc consulto pretereo. Tu si quid habes de rebus oriētalibus: fac vt sciam. Theodora te salutat. Uale ex florentia pridie kalendas Augustas. M. cccc. xxviij.

¶ Franciscus Philelfus marco cānetulo equiti aurato ac iure consulto salutem.

NE videar oblitus amicitie nostre: in illudqꝫ ꝓuerbiū incidisse quo dici solꝫ. Qđ abest ab oculo: id quoqꝫ abesse a corde: volui verbis paucis te adire. que si diligenter considerasueris: iudicabis non absurdū esse consilium meū: ꝛ si admonitio est potius q̄ꝫ consiliū. Qui em̄ consulat iuuenis viro graui ꝛ sapienti? Uidemus tñ fieri sepe vsu vt qui ludo calculorū intersunt: ꝛ si spectatores sunt: nō collusores: non nichil acutius videant q̄ꝫ ij quorum est ludus. Quis ei ignorat vehemētiore animi affectu plerūqꝫ accidere: vt mendacio cedat veritas honestasqꝫ turpitudini? Quo maiore quis dignitate pollet: eo redditur insolētior: si minus recta vtitur ratione. Ac prudentia quidez est qua recta rō definitur. Hec ꝟo ita sine virtutū moraliū adminiculis est māca vt virtutes relique nulle sunt sine prudētia. Nec pōt quisq̄ꝫ bene vti bonis istis: que vel corpori vł fortune tribuūtur: nisi vir bon⁹ fuerit. Et vir quidē bonus nunq̄ꝫ abutatur neqꝫ honoribus: neqꝫ diuitijs: nec vllis oīno istiusmodi cōmodis: etiā si id facere ipune quiuerit. At absoluta virtute qui caruerit: ꝛ cogitet ob licentiā ꝛ dicat: ꝛ faciat secus oīa q̄ꝫ par sit. Quo fieri videmus: vt istiusmodi hoīes ꝛ se tandem ꝑdant ꝛ patriam. Ego sane mi Marce nichil huiusmodi de te vereor: noui em̄ moderationem animi tui egregiāqꝫ prudentiam. Sed cum mecū memoria repeto: que tuꝫ anno suꝑiore ꝑpetrari apud vos vidi: tum deinde absens ꝛ audiui: ꝛ audio quotidie: non debeo nō metuere ꝛ tibi ꝛ tuis: ne aliqñ

nimia ista licentia ꝛ vobis omībus:ꝛ Bononiensi reipublice ma
gnam sit cladem importatura. Quid enī per deū imortalez adeo
ciuili cruore pfundimini? Uos nō alienis modo (quāq̄ nemo de
bet alienus duci qui ciuis sit) sed ne sanguine quidem coniūctis-
simis parcitis: quandoquidē eodem ordine habetis oēs quos vl
la vel minima animi offensione oderitis. Offensio autē istiusmōi
oīs non ab emulatione virtutis que charitatē mutuā nō odiū pa
rit. sed ꝙ tua bona cum venia dictū velim: ptim ab auaricia: par-
tim ab ambitione manat. Que due pniciosissime pestes in ciuita
te iura diuina oīa humanaq̄ puertunt. Haruz vos inq̄ stimulis
agitati: per oēm impietatē facinoris inter vos digladiamini. Et
ita in omnes veluti debacchamini vt ditionē ecclīasticam in tru
culentā imanemq̄ tyrannida mutaueritis. Nolite obsecro p tan
tam impotentiā diritatēq̄ animorū latius ferri. Cohibete iā tan
dem odium recordatione ciuilis societatis. Iniicite frenū ire: per
turbationi ratio dominetur. An illd̄ fortassis estis obliti Michi
vindictā ꝛ ego retribuā. At illud saltem memineritis: hodie mihi
cras tibi: Nec enī vos latet quanta mutabilitas soleat esse fortu
ne. Quonā clauo: quo robore rotam eius ita sistatis: vt vobis p-
petua sit futura? Quo magis alludit: blanditur: fauet: eo fallit de
improuiso magis: nocetq̄ acerbius. Preterea quibus iason ille
phereus: aut leon: aut phalaris: aut clearchus: aut Nero vel mor
tuus nō est odio? At clemētia. G. Iulij Cesaris. iusticia Traiani
pietas Antonini. grauitas Alexandri seueri in dies magis magisq̄
laudatur. Que ab me fidentius nūc scripta sūt Marce vir cla
rissime: hec amici oēs tui quos florentie pmultos habes: ꝛ loquū
tur ꝛ sentiūt. Sed hec a me pluribus fortasse q̄ oportuit. Nec eī
ipse docendus es: qui ꝛ iurecōsultus et vir sapiētissimus docere
alios cōsueuisti. Ceterū vis amoris vt hec audacter scriberez est
me cohortata: que scio p tua singulari prudentia in bonā partez
accipies. Uale ex Florentia. iij. nonas decembres. M. cccc. xxix.

¶ Frācisćus Philel. Joanni Lamole salu.

Q Uod fieri certior ab me queris quid ipse de me statueri
hoc est mansurus ne sim florentie in ꝑximū annum: an
alio concessurus: qd̄ tibi respondeā haud satis scio. Delectat me
certe vrbs: delectant ciues: delectat etiam celum ipm: qd̄ ad pcla-
ra dexteraq̄ ingenia vim plurimā habet. Ceterum terrent me ci
uiles discordie: quas hic non minoris q̄ Bononie vigere ꝛ indi
es inualescere magis aīaduerto. At in ciuitate sediciosa que qes
ꝗ trāquillitas vlla cuiq̄ esse queat? Quin eo michi magis hic q̄

Bononie ciuiles discordie metuēde sunt: quod Bononiēses tui sibiipis nocent:pegrinis aūt fauent omnes. At florētie secus oia Accedit ad hanc difficultatem qđ michi parate sunt priuate quedam illorū insidie:qui virum hic doctū neminē vellent quo ipsi inter luscos oculatissimi viderētur. Itaqꝫ oino hinc michi alio tandem migrandū est:si velim ⁊ michi et rebus meis salubriter esse consultū. Sed qm̄ tēporum est habenda ratio:nūc michi velificandum est ꝑ ventorū flatibus. Quo fit vt in ꝑximum quoqꝫ annuꝫ hic futurus sim. Vis aūt pestilētie:qđ nosse vis:iā ꝓpe ois cōtabuit. Uale ex florentia kalen. nouēbribus. M. cccc. xxx.

¶ Franciscus Philel. Joanni aurispe salutem

Mouerunt michi risum littere tue: quibus Macrobium atqꝫ Dionē quos comodato acceperas:repetenti respōderis eos me tibi dedisse dono:quo tpe Constātinopoli sum ꝑfectus ad regem romanorū Sigismundū. Et ita niteris oratorie michi ꝓbare tuū cōmentum:vt nisi iuuenis admodum esseꝫ:me putarem oblitū mei. At vereor qm̄ senectutem attigeris:ne ipse obliuiosus sis factus. nam sunt qui senectuti imbecillitatem memorie ascribant. Ego em̄ memoriter memini cū essem triremē ꝓpe incensurus:petiisse te vt duos illos codices ad reditū vsqꝫ meum ex pānonia tue fidei cōmendarem:tutius em̄ eos apud te futuros q̄ꝫ domi. Cū vero constātinopolim reuertissem:tu aberas ī italia. Qđ si posteaq̄ꝫ in italiam redij illos serius repeto:nolo ob id putes me esse oblitum mei. Quare te rogo vt eos iure postliminij vti sinas. Qđ tum feceris cū liberi ad me reuerterint. Uale ex Florentia pridie idus Septēbres. M. cccc. xxxi.

¶ Franciscus Philel. Leonardo iustiniano salutem

Cum memoria mecū repeto magnitudinē atqꝫ crebritatē tuorū erga me meritorū:nō possum nō plane itelligere me charū tibi olim iucundūqꝫ fuisse. Esse aūt hoc tpe haud sane aīaduerto:adeo em̄ me suspensum ⁊ ancipitē vsqꝫ tenet tuarū intercapedo litterarū:dū nichil oino respondes:vt aīm a me tuū alienum quodāmodo factum existimē. Que mea calamitas si forte accidisseꝫ:id quod minime omniū velim:nullo neqꝫ errato meo nec item tuo accidisse certo scio:sed inuidorum duntaxat et obtrectatorum malignitatem ac perfidiam in causa fuisse nō debeo non existimare. nā vt inquit Sophocles

Quare cum hi viderent me tua singulari beniuolentia atqꝫ charitate palam gloriari:et eam ducere perinde atqꝫ cuiusdam felicitatis loco:non potuerunt homines perditissimi pro pestifero suo

animi liuore non vehementissime dolere. In idq3 maxime elabo rarunt: q̃tum video2 videre: vt

Que quidem insidie inuidentiũ quanta me sollicitudine atq3 mo lestia affecerint: potuisti ex alijs nõnullis supio2ibus nostris litte ris liquido perspicere. Qđ aũt hoc tp̃e aliđ ad te scribam habeo nichil: nisi vt te rogem atq3 obtester ne obtrectato2ibus ꝛ maliuo lis aures patefacias. sed illum me ꝛ esse ꝛ ꝑpetuo futurũ erga te Philelfum arbitreris: qui nulla vnq3 animi gratitudine didicit a quoq3 superari. Nam qualis in te semper fuerim: iãp2idem ꝛ per spectum habes ꝛ cognitum. Uale ex Flo2entia nonis ianuarijs. M.cccc.xxxi.

¶ Frãcis. Philel. Joanni Lamole sal.

Ne aut te aut alios quos huc discẽdi gratia vẽturos signi ficas: ancipites teneã: ad ꝓximũ mẽsem iuliũ maxio cu3 totius hui⁹ ciuitatꝭ cõsensu ac studio cõduct⁹ sum ꝑmio aureũ trecenoꝛũ q̃nquagenoꝛũ in singulos ãnos ꝓ toto triennio cuius quidẽ statuti tp̃is initiũ est. xv. kalẽdas nouẽb2es Qđ tp̃is curriculũ faciat deus optimus maxim⁹: vt cũ minima inuidoꝛũ in me molestia liceat ꝑcurrere Uale ex flo2ẽtia kal. augustꝭ. M.cccc xxxi

¶ Frãcis. Philel. Nicolao arcimboldo iurecõsulto sal.

Ex qua die te bononie p2imũ vidi: cũ legatus ꝓstãtissimi Mediolanensiũ ducis philippi marie illac iter faceres: tãta me tibi beniuolẽtia deuixisti: vt oĩa me tua cã factu rũ libẽter vltroq3 receperi. Et tu itẽ cõtra m̃ oĩa tua studia et offi cia es pollicit⁹. Itaq3 tp̃s obtulit vt ip̃e anteuertã cũ anteuerti li bẽtius vellẽ: q̃ppe q̃ honesta in re opera tua opeq3 vti velim. Qui meas tibi lr̃as reddidit: iuuenis ẽ senẽsis Eneas silui⁹ noĩe: hone sta nat⁹ familia michiq3 charissim⁹: nõ solũ ꝙ ãnos duos me⁹ au dito2 fuit: s3 ẽt ꝙ ad ingenij acrimoniã dicẽdiq3 lepo2ẽ attin3: mo ribus ẽ vt v2banis ꝛ cultis. Cupiditate aũt duct⁹ visendi Medi lani ad vos venit. Quid multis? Hominẽ tibi tãto studio cõmen do vt maio2e nequeã Quicq̃d in hũc vl' officij vl' opis cõtuleris i meip̃m collatũ existiabo. Adho2tationẽ aũt illã tuã neq3 sũ obli tus: nec obliuiscar q̃dẽ. Qui hac ip̃a de re meus Eneas iste tecu3 ꝟbis meis q̃dã ꝯmẽtabit. Uale ex flo2ẽtia nonis nouẽb2ib⁹. M. cccc.xxxj.

¶ Franciscus Philel. Antonio panho2mite. S.

Ego mi Antoni mallẽ istic esse vbi q̃etio2 michi vt existi mo vita offerret: q̃ flo2ẽtie vbi oĩa sunt tumultuaria ple naq3 iuidie. Ad qđ aĩ cõsiliũ cũ multi me ho2tãtur: tum

Guarynus noster imprimis. Sunt michi Mediolani amici non nulli: sed Guarnerius Castellio: et Nicolaus arcimboldus: et Aloysius crottus omnium primi. Cum istis igitur velim de re mea aliquid commenteris: et qđ ipsi hac in sententia dixerint: ad me et q̃primum: et q̃diligentissime perferendum cura. Nam si honesta michi conditio fuerit oblata: eam non detrectabo: Vale ex Florentia. iij. idus Julias. M. cccc. xxxij.

¶ Fra̅ciscus Philelfus Nicolao Cardinali bononie̅si salutem.

Thomas sarcane̅sis vir perhumanus et eruditus amplitudinis tue secretariꝰ: pater cleme̅tissime tuo nomine litteras ad me dedit: quibus qđ mihi erat sole: vt aiunt clarius: non amice minus q̃ eloquenter ostendit: quanta sit tua erga me charitas: dein monuit: vt tibi significarem q̃ me Flore̅tia delectat. Preterea si qua in re tua opera opeq3 vt ivelim: scriptorio calamo ne parcam. Te enim paratum semper fore vt mihi benefacias. Et habeo tibi: et ago immortalis gratias pater humanissime: qđ ex qua die primum Bononie me vidisti: ac tuam excepisti in clientelam: te mihi patronu̅ semper: te patrem: te beneficum prestiteris: et id quidem nullis meis de te meritis: sed sola tua mansuetudine atq3 benignitate. Imitatus tu sane eum: cuius crucem pro signo geris: Christum optimum: maximum: qui vt cunctis mortalibus benefaceret: sibijpsi no̅ pepercerit. Nunc ad ea que verbis tuis mihi Thomas tuus scripsit: Et de florentia primum. Quem Florentia minus delectarit: is certe nulla bonitate floret. Est enim eiusmodi vrbs Florentia: cui tanq̃ pandore cuiq3 dij omnes: vt ad poetas redeam: singuli bona singula dono dederit. Nichil enim huic vrbi deest: qđ ad humana3 accedat felicitatem. Ceterum inter rosas etiam sunt spine: et in terra nichil est tam ex omni parte perfectum: qđ non aliquid habeat: qđ offendit. Equidem vniuerse ciuitati sum charissimus. Meq3 viri omnes boni ac prestantissimi ciues et colunt: et faciunt plurimi. Nec est mihi apud Florentinos optandum quicq̃ qđ sperare non liceat. Vix primarij ipsi ciues in rebus etia̅ maximis plus habent auctoritatis: q̃ ipse ego. Omnes mihi gratificari student obsequu̅tur omnes. Nichil ab me neq3 mea: nec amicorum causa frustra petitur. Ceterum quo magis valeo apud Florentinos vel auctoritate: vel gratia: eo magis michi cauendu̅ est: ne quid magni mali inuidia michi aliquando pariat. Sunt em̅ aliqui fucati litteris quos mea presentia iccirco plurimu̅ turbat: quod sperent si ipse abessem: sese in maiore aliquo precio futuros. itaq3 digni-

tati mee clam sp insidiātur. Qui etsi michi nichil obesse possunt metuendū est tamē. Nā ingenia florentina acerrima sunt ꝛ in oēꝫ ptē strenua. Quid multis? Nisi adhuc in pmū annū publico docendi muneri essem obstrictus operā darē oīno vt inuidie cederē et in aliquē tutiorē portū ex huiusmōi fluctib⁹ me reciperē. Nam quāq̄ꝫ vniuersa me florētina respu. ꝛ diligit plurimū ꝛ facit maxi mi: ea tñ est hoīm natura: vt nō minus pauci atq̄ꝫ ībecilli nocere possint q̄ꝫ vniuersa man⁹ potētiorūꝫ pdesse cuiq̄ꝫ. Miserent sane oēs ꝛ pmoleste ferūt: si cui bono viro inferatur iniuria. Succurrit aūt nemo. Nec id de pegrinis solū vsu venit: sꝫ de ipis etiā prestātioribus ciuib⁹. Sūt q̄ sicarios pauerint p quos Nicolaū Sucanū virū pmariū in republica interimerent. Detectis insidijs: nō mō nulluꝫ de his suppliciū sumptū ē qui sicarios instruxerūt: sed tentatū poti⁹: vt Nicolaus ipe plecteretur q̄ et vir grauissim⁹ eēt et in republica potētissim⁹. Nā sicarij ferūtur instructi a duobus soderinis fratrib⁹ Nicolao ac Thoma iuuenib⁹ pr̄ōptis ꝛ audacibus quoꝝ pater fuerat: vt vulgo dr̄ machinatore ꝛ autore ipo Nicolao publico iudicio obtruncat⁹: qm̄ esset insimulatus iniisse cōsiliuꝫ nescio quod aduersus rempu. Qui ergo ipse minus michi metuendum putē: qui et iuuenis sim ꝛ peregrinis: et nullarum virium: cum videā virum tantis fretū clientelis tantis opibus: tantis factionib⁹ in vltimū ppe periculū adductū: qm̄ aduersus sontis causam psequeretur. Nam alteri⁹ factionis princeps dr̄ Cosmus medices: vir vt sis florentinorū oīm pecuniosissimus. Eoq̄ꝫ michi res videtur p mutua aīoruꝫ odia irritamētaqꝫ pcessisse: vt nobilissima hec ciuitas non admoduꝫ longe abesse possit in tantis pcellis ac fluctibus a tristi ꝛ miserabili naufragio. Accedit ad hanc mali suspitionē q̄ꝛ hi qui liuore me atq̄ꝫ odio insequūtur ipsius Cosmi vtūtur veluti patrocinio. At cosm⁹ q̄ꝫq̄ꝫ videtur amātissim⁹ mei: eiusmōi tñ virū eē aīaduerto: qui et simulet ꝛ dissimulet oīa. Estq̄ꝫ vsqꝫ adeo taciturnus: vt ne ab intimis quidē familiaribus ac domesticis queat intelligi. At laurētius huius frater ingenio est et aperto et leui cui Cosmus etsi vir ē grauissimus: tam̄ vt audio nequaq̄ꝫ audet aduersari. Ego aūt neutrā pendeo in ptem. Eque omībus morē gero. Illudq̄ꝫ Ciceronis studiosissime tueor: non oportere pegrinū in aliena republica esse curiosuꝫ. Ceterum qm̄ in naui obnoxia naufragio nemo potest tuto nauigare ego hinc q̄ꝫlibentissime abfuerim. Duo in italia loca sunt: quoruꝫ alterutrū non inuitus optarem Mediolanū et Romana curia: siue enim apud pontificem maximū: siue apud inclytū ducē Phi-

lippum mariā michi honestus daretur locus:eum non modo nō reijcerē sed ceteris omnibus iucundissime preferrem:atqꝫ amplecterer. Tenes tu pater reuerendissime et studia mea omnia:et consilium:et voluntatem. Quantum michi prodesse possis:non sum ignarus. Quantum etiam velis iampridem expertus sum. Que cum ita sint: clementiam tuam rogo etiam atqꝫ etiam oro qꝫ:vt huic meo desiderio consulas. Quicquid ipse de me statueris indubitato persequar. Operamqꝫ dabo:vt tua de me opinio te nunqꝫ fallat. Nam neqꝫ fidei vnqꝫ deero.neqꝫ industrie:neqꝫ diligentie. Ualeat qꝫ diutissime integritas sanctimoniaqꝫ tua pater clementissime:Tibiqꝫ certo persuade me ita esse in potestate tua: vt omnia de me tibi polliceri queas. Ex Florentia.x. kal. Octobres. Anno a natali christiano .M.cccc.xxxij.

¶ Franciscus Philelfus Thome Sarcanensi salutē

Ut tuis me humanissimis monuisti litteris scripsi ad reuerendissimū cōem patrem Cardinalē tuum:imo meum:imo nostrum quecunqꝫ honeste tutoqꝫ scribi a me poterant. Sed tecum loquar apertiꝰ:que tu pro nostra vetere summaqꝫ amicitia itaqꝫ accipies: tractabisqꝫ vt magis in rē meam conducturā iudicabis. Nemo florentie fuit vnqꝫ:vt publice omnes predicant:in quo vno ita vt in me vniuersa ciuitas conquiesceret. Omnium in me oculi et sermones conuersi sunt. Omnes me magnifaciunt. Omnes laudibus tollunt ad celum Nemo est neqꝫ ex prestantioribus ciuibus:neqꝫ ex ipsa plebe:qui non michi gratificetur omnia At ipse quo videor beatior:eo michi metuo magis. Quod vt michi accidat:duo sunt in causa:tum ipsa inter se ciuium seditio:que et maxima est:et periculosissima:vt ex meis ad Cardinalē litteris potuisti intelligere:tum inita inuidorū aduersus me cōiuratio. Nicolaū Nicolū nosti:hic loqcior ē ⁊ leuior. At Carolus aretinꝰ vt est versuto occultoqꝫ ingenio:et eo plane improbo:ita michi clam maxime inimicus. Is apud Medices plurimum pōt. Uereorqꝫ:ne illos obtrectationibus suis suis et maledictis aduersus me exhulcerarit. Idqꝫ vt credā:plurime sūt coniecture. Quare michi tutum non est inter hmōi versari insidias. Proīn cardinalē hortare vt qꝫ celerrime pōt:cōsulat rebus meis Tu rē paucis tenes. Uale ex florētia kal. octobres. M.cccc.xxxi.

¶ Franciscus Philelfus Joanni Aurispe salu.

Quo in statu posite sint res mee non est difficile iudicatu. Uniuersa hec ciuitas factionibꝰ tumet. Nec diu abesse pōt qn pariat maxi qppiā mali. Preterea nosti:qꝫ m̄ aduersi sunt. vbiqꝫ

gentiũ malim eẽ: ꝙ florentie. Uale ex florentia. iij. idus decẽbres.
¶ Francis. philelfus francisco barbaro sal. [M. ccccxxxij.
n Osti iampridẽ quãta mecũ familiaritate atq; beniuo lentia iũctus ẽ Antonius capano ꝛẽsis. Qui quãq; sua probitate ꝛ inocẽtia tibi debeat eẽ charissim⁹: tñ vt mea etiã cã aliquid cumuli accedat ad pristinã tuã in eũ benignitatẽ te ẽt atq; ẽt rogo. Uale ex florẽtia. iij. kal̃. ianuarias. m. cccc. xxxij.
¶ Franciscus Philelfus. Johanni aurispe sal.
n Ichi polluce meo vehemẽter ẽ opus. Itaq; rogo te vt eũ ad me ire ꝙprimũ cures. Nã illũ tibi tantisper vsui dedi: donec abs te repeterẽ. Quare fac: ne scd̃m hac de re ad te scribã. Uale ex florentia. iiij. kal̃. Januarias. m. cccc. xxxij.
¶ Franciscus Philelfus Ambrosio monacho salu.
l Ittere michi tue sẽp gratissime fuerũt: ꝛ in presentia ꝙ antea longe gratiores. Indicant eñ dilucide ab q̃bus michi cauendũ sit. Uerũ vtar equidẽ more meo vt et nemini noceã: et lacessitus iniuria me virũ esse memineri. Uale ex edibus nostris florentie. xiij. kal̃. Februarias. M. cccc. xxxiij.
¶ Franciscus Philel. Thome sarcanensi salutem. P. D.
p Lacuerunt que scripsisti michi verbis reuerendissimi cõmunisq; patris Cardinalis. nec aliđ quicq; hẽo: qđ respondeã ꝙ maturato op⁹ esse. Nam hic oĩa sunt turbulenta: ꝛ michi nequaq; tuta. Causam tibi iãpridẽ significaui. Cura igitur: ne frustra michi scripsisse iudiceris. Uale et me clementissimo patri Cardinali et cõmẽdatũ: et carũ reddito. Ex florentia. xiij. kalen. Apriles. M. cccc. xxxiij.
¶ Franciscus Philelfus Carolo aretino salu.
s Unt nonnulli: qui me monuerint: vt michi a te caueã; Moliri eñ te michi nescio quas insidias vt qui eruditione et probitate nequeas: facinore michi noceas. Sũ equidem id miratus: quod neq; deũ metuens: nec hominũ famã: tanto celeri te obnoxiũ sis facturus presertim cũ nullã habeas iustam aduersus nos causã. Nõ enim michi vitio dandum est: si te doctior existimor magisq; disertus: sed ingenio ignauieq; tue: qui si ita litteris et bonarum artium discipline operam dares: vt exercendo fenori et flagitio esses me fortasse multo superior. Nam qđ iactites iis anchoris te munitum vt nullos fluctus: nullos turbines pertimescas: vidi ego persepe tantũ esse ventorũ impetũ: vt nulle anchore: nullũ robur: nulla alia munimia satis sint q̃ validissimas etiã nauis tueantur: quominus obruãtur fluctuũ vorticib⁹

ac patiantur deniq3 naufragiū. Itaq3 prudentius feceris si ratio ni malueris q̄ perturbationi parere: quarū altera excutit ex hominū mentibus tenebras insanie. ꝑturbatio vero lucem sapiētie Tu de me Carole nichil habes quod iure queas expostulare. nā neq3 publice neq3 priuatim nocui tibi vnq̄. Quin vt scis nōnūq̄ es a me pulcherrime laudatus: vel tū maxime cum a quibusdā grauibus integerrimisq3 viris essem cōmonefactus te michi moliri insidias. Id eñ iccirco ab me factum est vt aliqñ te puderet tui: atq3 resipisceres. Sed q̄tum possum augurari: tanta est vis morbi quo inuidētia te excruciat: vt nullis neq3 humanitatis neq3 admonitionis remediis ad sanitatem redeas. Me tamē nulle tue mouebūt iniurie quominus pergā similis esse mei. Uale florentie ex edibus nostris idibus Aprilibus. M. cccc. xxxiij.

¶ Franciscus Philelfus Nicolao nicolo salutem.

Ego te Nicolae nicole vl' ex vsq3 Constātinopoli ex chrisolora socero meo sapiētissimo clarissimoq3 viro: quo esses ingenio: quibus moribus: ad vnguem didicerā. Cū q3 postea in italiam reuertissem: eadē ac etiam plura tū ex Guaryno veronensi: tum ex Ioāne aurispa viris prudentissimis ⁊ apprime eruditis audieraȝ. Nec destiti tñ ea prestare oīa quibus te michi summa beniuolentia deuincirem. At nullis meis nec officijs nec meritis potui te alium reddere q̄ esses ⁊ iam factus: ⁊ diuturna consuetudine confirmatus: quippe qui tibi magne laudi ducas si prestare id queas: vt viri oēs docti ⁊ boni tua opera ⁊ industria florentia extrudātur. Itaq3 gloriaris ⁊ Chrysolorā florentia esse a te expulsum: ⁊ Guarinū ⁊ Aurispā ambos turpiter eiectos. Reliquū esse Philelfum vnuȝ quē aut breui exuleȝ facies: aut male afficies. Quid ista sibi tua velit oratio nō intelligo. Nō eñ eiusmodi sunt nerui tui vt michi quicq̄ possis incōmodare. Nā quod ad Florentiā attinet: ego mea sponte inuidie cedere institui: nō minis tuis qui nullarū es virium: nulliusq3 auctoritatis vir: non metu potentioris cuiuspiā: cuius opibus audaciaq3 insanis: sed vt viuā ipse michi liber cuȝ musis. Uides tu sane nisi penitus mentis luminibus captus es: q̄ vnus Philelfus vniuerse ciuitati carus est et piocūdus. Nichil neq3 priuatim nec publice petitur a me frustra. Si lapides ipsi loqui possent: oīs in meas laudes linguas soluerent. Michi gratificātur omnes: quecunq3 optarim: obsequūtur oēs: inseruiunt omnes. Quis vir bonus et grauis cuiq3 aduersetur bene ꝓmerito: promererīq3 assiduissime studenti? Veli michi dicas qđ est erratū aduersus te meū? None

omnibus in rebus tibi vsq3 morem gessi? Quid habes qđ michi des crimini? Nū sinis te virum iā decrepitum: ⁊ rerū humanarū callentissimū seduci a versuta maleficaq3 vulpecula Carolo aretino? Nonne aīaduertis aliquādo depravatū pditissimi hominis corruptūq3 ingenium? An pateris eum vti te veluti instrumento quodam furoris sui? Resipisce: resipisce tandem. Considera annos tuos. Quādiu nobiscū futurus es? Qđ si nullum putares fore diuini iudicis vel premiū vel suppliciū: hominū tamē de tua vita atq3 moribus existimatio tibi verenda esset. Ego quod in me erit vt nunq̄ prestiti: ita tibi prestabo nunq̄: nō modo inimicitiarū: sed ne minime quidem vel simultatis vel indignationis materiā. Uale florētie ex edib⁹ nostris idibus Aprilib⁹. M.cccc.xxxiij

¶ Franciscus Philelfus Thome senece salu.

Quod te michi tā submisse p litteras cōmendaris: tibiq3 vt ignoscerē petieris: minime opus erat. Nec eñ te latz equanimitas mea: ⁊ q̄ ferre pfacile consueui hoīm iniurias: p̄sertim eorū qui sue nō sunt spōtis. Ego idē erga te sum futur⁹ quez es iāpridem sepe numero exptus: hoc est ⁊ humanus ⁊ liberalis. Quare quocūq3 in officio mea opera vti volueris: senties eam tibi nusq̄ defuturam. Tu si potes aliqñ tecum habita: atq3 resipisce. Uale ex Florentia. xv. kal. Maias. M.cccc.xxxiij.

¶ Franciscus Philelfus Cincio Romano apostolico secretario Salutem.

Quam michi spem iāpridem in vrbe Roma coram recepisti vt eam michi perducas ad finem: te etiā atq3 etiam rogo. Nunq̄ michi crede: intermorietur apud me officium tuum Noui bonitatem animi tui: noui integritatem. benignitatem presens expertus sum. Scio non falles opinionem de te meam. Reliquum est vt cepta perficias. Uale ex florentia pridie kalendas Maias. M.cccc.xxxiij.

¶ Franciscus Philelfus Cosmo medici salutē.

Impium illud esse hominuz genus arbitror Cosme medices: quorum artibus atq3 dolis labefactatur ac soluitur iucundissimum humane beniuolentie et amicitie vinculum. Nam si ex omnibus animalibus homo ad societatez maxime natus est: quis illum non putet ab omni nature instituto humanitateq3 alienum: qui animorum charitate coniunctos qua sine societas esse nulla potest: diiungere separareq3 conatur? Cum primum Florentiā veni: nō expectasti tu tantis opibus: tāta amplitudine vir: vt ter iuuenis ⁊ pegrinus ⁊ paucis admodū cogni

tus adirem prius vt par esse censebam:idq3 facere instituerā sed anteuertens ꝓ tua singulari modestia ꝑbenigne me adijsti: nullū q3 pretermisisti munus neq3 optimi neq3 bñficentissimi viri Ego item contra quicquid in me erat vel obseruātie vel studij: id omne detuli tibi. Neq3 sum vlla in re passus vnq3 desiderari abs te officium meū. Id certe ꝓbant cum alia ꝑmulta mei erga te beniuolentissimi animi documēta:tum pleraq3 scripta mea quibus clarissimū nomen tuum imortalitati apud posteros commendaui. Quid enim maius munus ꝓdire in te potuerit: ꝑseuerauit semꝑ equis:vt ita dixerim:lancibus citro vltroq3 beniuolentia nostra: donec ob pestilentie vim qua vniuersa hec ciuitas ceperat laborare:Veronā tuende valitudinis gratia cū tota familia cōcessisti. Vtinam ea oīs morbi contagio Florentie muris tanq3 labyrintho quodam sese occlusisset:neq3 longius pestiferum virus suu3 emisisset. Sed longe secus videre videor accidisse. Duo enim te sunt secuti:quorū animus omni est pestilentia pestilentior. Nicolaus nicolus:ꝛ Carolus aretin9. Horū tu consuetudine vsus: minus tibi cauens ea es pestiferi morbi contagione vsq3 adeo interceptus:vt iam tue spontis haud esse videaris:sed perinde atq3 in ptāte positus aliena ea si minus facias:at assentiaris oīa q̄ assentatores leuissimi:ac facinorosissimi nebulones voluerunt. An es oblitus Cosme medices:que mihi olim responderis ante tua3 in vrbem Veronam ꝓfectionem:quo tpe apud te quererer et de Nicolao Nicolo et de Carolo Aretino: q mihi clā detraherent:q multa aduersus me confingerent:quod nihil aliud studerent:nihil molirentur accuratius q3 mihi incōmodare atq3 nomen obscurare meum? Ad ea tu sane leniter respōdisti ac subridēs:nō oportere inquiens mirari me nec egre ferre Nicolai nicoli detractiōe3 eo enim esse hominem ingenio vt neminem doctum virum relinquat intactum mordacitate sua:quiq3 ne soli quidem ipsi ꝑceret: vtpote qui et Manuelem chrysoloram sapientem et summu3 illum virum barbam pediculosam adhuc semper nominet. et Ambrosium monachum cui magis affectus est q3 proprie anime:attonitum per contumeliam vocet. In Leonardum autem Aretinū qualem se prestiterit:ipsius Leonardi in eum inuectiua testimonio est. Quid em̄ cōmemorem aut Guarynum aut Poggiu3 aut Aurispam:quos quotidie maledictis insequitur. Quo quis doctior est:aut eloquentior:aut eruditior:aut melior vir:eo magis Nicolai conuitijs et opprobriis est obnoxius. Quare tibi subdidisti nōmodo non est dolendum:sed letandum potius q in Ni-

colai maledicentiam incideris. Nam quanto is te magis vitupe rabit: tanto apud grauis illustrisq; viros laudabilior sis futurus. De Carolo autem quod expostulas nollem tibi materiā expostu landi datam: idq; magis eius q̄ tua causa. Nam vt tibi ille nichil obesse possit: cum nullam in ciuitate auctoritatem habeat ita sibi plurimum nocuerit si Nicolai vestigia imitabitur. Hec tu mecū familiariter et perhumane locutus es Meq; es hortatus vt om ni in re ꝛ te et tuis rebus omnibusq; non secus atq; meis vterer. Te enim omni in re semper affuturum michi. Id quod tu certe facere nunq̄ destitisti: ante eam scilicet quam modo dicebā Ue ronensem ꝑfectionē. Te vero abſ̄te ab vrbe sum oīa in republica que volui ꝛ facile et honorifice consecutus. Ubi autem Floren= tiam reuertisti: ijdem Nicolaus ꝛ carolus maiore quadam auda cia aduersus me agere sunt aggressi. Nam tuorum ꝛ clientium ꝛ necessariorum muniti factione: tantum efficere potuerunt vt pu= blica doctorum omniū salaria diminuerētur: opinati ij sane si mi chi quoq; ex publica mercede subtraheretur: fore vt ipse necessa rio cogerer abire florentia. vt qui sine magno salario vir: qui par cere pecunie nunq̄ didicerim: florentie ꝑ dignitate viuere nullo pacto possem. At hic videre tu Cosme perspicue potuisti q̄ vni uersa ciuitas me diligeret. Diminutionem illam constitute pecu nie doctores omnes tuorum opera assensi sunt: siue id arte seu vero fuerit factum. Solus ipse rei indignitatem non admisi. Qui michi incōmodasse arbitrabantur: leti atq; exultantes per vrbem ferebantur. Putabant homines stultissimi voto se poti= tos: nescientes esse virtutem deniq; apud omnes venerabilem: ꝛ eam esse vim eloquentie: que in liberis ciuitatibus plurimū sem per valeat. Nondum secundus preterierat mensis: ex quo per do minos et collegia que vocatis doctoribus premia fuerant dimi= nuta: cum ipse veni in senatum vbi cum pro re mea orationē ha= buissem et moderatam et simplicem: consurrexere nonnulli fami liares et amici tui: et quidam etiam sanguine coniuncti: in qui= bus erat Julianus medices Auerardi patruelis tui filius. Hi sa ne omnes aperto Marte contra postulata mea perorarunt: quā tum potuerunt acrius magisq; apposite. Tum ego coactus ea necessitate quam michi res atq; ratio afferebat: nulla item cir= cūitione vsus: ita egi causam meam: vt non modo qui erant pro republica ꝛ decoro: sed tui etiā fere omnes pro me occulta suffra gia reddiderint. Nam cum omnes in eo ordine sint septē ac trigi ta in reddendis suffragiis: ꝑ mea cā fabe nigre trigintaquattuor

sunt reperte. Qui quidem bene sentientiũ animus ac fauor et si michi fuit honorificus: causam tamen prestitit inimicis: vt se magis ad nocẽdum excitarent. Non multo enim postea ambiendo: rogando: querendo: incusando: monendo: adhortando: per omne humilime submissionis munus tantũ sibi apud tuos studium vẽdicarunt: vt simulatione vtilitatis publice viri quattuor: vt scis: declarati fuerint: quibus precipuũ ius est permissum ad moderandã publicam omnem impensam. ij vero omnium primum salaria queqꝫ litterature et discipline: vt rem inutilem et indignam omnino abrogarunt: cum dicerent non esse tempus discendi: sed belli gerendi. Que quidem res et si omnibus bonis ciuibus visa ẽ indigna: tamen quia animaduerterent: eam probari atqꝫ laudari a tuis omnibus: quiescebant etiam ipsi: ne in tuenda reipu. dignitate aliquid paterentur indignũ. Solus hic Philelfus in tã florenti: tam magnifica vrbe inuentus est: qui causam non publicã: minus qꝫ priuatam ac suam et strenue amplecteretur et fortiter: Nam ꝓuocatione vsus ad sapiẽtes ciuitatis: qui vocantur: abrogatio ea omnis sapientibus ipsis pro vsitata a priscis vsqꝫ annis consuetudine demãdatur publico decreto. At ij vt erant viri grauissimi atqꝫ optimi: re mature et qꝫ diligentissime cognita: q̄ q̄ttuor illi viri de impensa studij litterarum disciplinarumqꝫ liberalium abrogarant: vanum esse atqꝫ fatuum decernẽtes non me solum qui prouocaram: sed etiam reliquos doctores omnis pristine dignitati atqꝫ emolumentis cum ingenti totius ciuitatis leticia ac plausu restituerunt. Tum inuidentium animi ardentioribus irarum ignibus inflammati: non clam vt antea: sed palam: et tanqꝫ aperto Marte in aciem prodeuntes dictitare minitariqꝫ ceperunt non oportere posthac vti magistratuum adminiculis aut alicuius obtentu iuris sed armis potius et cruore: cum subderent turpe esse principem ciuitatis ab homine peregrino totiens superari. Ad quem vocant illi principem ciuitatis Cosme medices? Si te vnum illi non vocant: quem alium possint intelligo neminem. Nam et viri nobiles ceteri semper michi fauerunt: ac fauẽt ⁊ populus vniuersus me plurimũ diligit. Tu vero si p te licuerit non modo michi non sint aduersi: sed maxime omniũ propitij: id quod ex oculis suffragijs quandoqꝫ patuit. Quod ferrum autem cruoremqꝫ minentur: nulla ratione adduci possum: vt credam te passurum: vt quisqꝫ potentia tua fretus tantum scelus: tantum facinus audeat machinari. Nam sine consensu tuo pugna sit aquile a graculis inferenda. Non enim istos pluris facturus

sim q̄ pygmeos Hercules. Ad hec velim tecū animo volutes: q̄d in Nicolao et Carolo precipuū vides: quapropter abs te michi p̄ferendi sunt. Num ingenium: num doctrina: num eloquētia: num morum elegantia: nuz vite integritas? Quod si non ita frequento edis tuas: vt isti quotidie faciunt: id occupationibus meis dato. Scis enim publico docendi muneri satis me facere oportere. Preterea pudor vite parasitum me esse non sinit. Non blandiri non adulari: nō assentari vnq̄ didici. Si quid me velis facere tua causa: modo me feceris de tua voluntate certiorem: factuz puta. Nichil profecto frustra iusseris. Et prius q̄ venissem Florentiā: diligebam te plurimū. Et Florentiam posteaq̄ veni in hanc vsq̄ diem nullū pretermisi vnq̄ officium amoris sūmi erga te mei. ita q̄ rogo te atq̄ obsecro: ne patiaris cuiusq̄ inuidentiaz plus apd̄ te valere: q̄ meam in te et fidem: et obseruantiam. Uale Florētie ex edibus nostris kalen. Maijs M.cccc.xxxiij.

¶ Franciscus Philelfus Ambrosio monacho salutem

d Ere mea te multum habuisse sermonem cū viro clarissimo Cosmo medice: et eū de me amicissime sentire vehemēter gaudeo: p̄sertim cū tibi vt scribis: sanctissime receperit michi nō modo nō esse formidanduz mali quicq̄: sed ne cauēduz quidē. Non em̄ poterā non subuereri: ne quid aduersus me insidiarū instrueretur. Uerū miror: quid laurentius cosmi frater: quotiens in me incidit: semper obliquat faciē: salutatusq̄ a me: respondet omnino nichil. Sed qm̄ Cosmi fide debet michi certius esse nichil: aliorum mores ferā equo animo. De diogenis autem laertij versibus quod perurbane expostulas: ne michi succenseas: rogo. Nam partim occupationibus meis: partim animi molestia ob cōtinuas inuidorū in me insidias factū est: vt versus illos latinos facere vt iusseras: distulerim in hanc diem. Sed geram p̄fecto morem voluntati tue: idq̄ prope diē. Diodoruz siculum ad te dedi. Uale florētie ex edibus nostris. vi. nonas Maias (M.cccc.xxxiij.

¶ Frācis. Philel. Bornio sale iure cōsulto sal.

e T te et vniuersaz familiaz tuā: imo nostraz valere p̄belle libenter accipio: atq̄ deū oro: vt ita q̄ diutissime habeas. De me autem q̄d scire cupis: in freto nauigo siculo inter ancipites estuantisq̄ p̄cellas: et turbulētissimos fluctus: Existimarā Bononiā solā ciuilibus factionibus dissidere. Sed florentia longe magis discordiis ac seditionibus feruet Utinam huc aut venissez nunq̄: aut abire liceret pro dignitate Sed neutrum michi integruz esse video. Nuncius michi fuit impedimen

to:quo minus tibi potuerim oia explicare. Ignosce:ac vale ex florentia. v. nonas Maias. M.cccc.xxxiij.

Franciscus Philel. Francisco Barbaro salutem. P. D.

Accepisse te mihi non commode esse florentie: ita est sane vt accepisti. Idq qd recte augurariis:nulla mea culpa. Ad vos aut redire nondu mihi e integru. Cum licebit:te faciam meis litteris certiorem. Nam totum hunc annu id qd permoleste fero:obstrictus sum reipu. florentie. Occupationes mee faciunt:vt tecum hoc tpe longior esse nequeam. Vale ex florentia. v. nonas Maias. M.cccc.xxxiij.

Franciscus Philelfus Leonardo Justiniano salutem.

Laudari abs te viro amicissimo eodemq et sapietissimo et optimo cosiliu meum qd me tadem ex vrbe Florentia tanq ex officina sicariorum eripuerim non debeo non letari. Ac feci id sane tempestiue Nam si ad reditum Cosmi medicis in tanta gladiorum ipunitate continuissem me Florentie:actum esset et de musis et de Philelfo. Si eniz qua tempestate minus virium habeat Cosmus impune sicarius est paratus q me trucidaret:quid factum tuz foret quo tempore eiectis oibus viris optimatibus:omne ius reipublice ad vnu Cosmu delatum est. Su aut nunc Sene inter humanos atq bonos viros Apud quos michi conditio pro temporum fortuna satis honesta e. Soluuntur em michi quotannis ex ere publico aurei quiquageni ac treceni:quadringenti quinquaginta in hunc annum michi Florentie fuerant constituti:sed malo minorez pecunia quiete et sine vite discrimine:q multo maiorem inter gladios et venena. Ve vrbi illi:que tanto amplissimorum ciuiu splendore orbata est. Qd aut me hortaris vt ad vos me recipia:cosiliu de me tuu ꝛ probo ꝛ laudo id qd etia sequar cum honeste fieri a me poterit. Nuc em haud licet. Naz bienuu senesibus sum obstrictus Vale ex sena pridie kalen. februarias. Anno a christi natali. M.cccc.xxxv.

Franciscus Philelfus Leonardo aretino salu.

Lapus Castelliunculus auditor et familiaris meus renunciauit michi tuo noie abitionem istinc mea et per moleste tulisse te:qm priuatus esses iucundissima nostra cosuetudine:ꝛ rursus probare:quia istic esse non possem sine certissimo vite periculo:adeo quosdam aiaduerteras inuidie flamis aduersus me indies magis magisq estuare. Vtruq certe qd michi significasti pre se fert pspicuum argumentu singularis tue beniuolentie erga me. At ego sane mi Leonarde: quaq libenter

agebam florentie cum ob alias plerasq; causas.tum etiam ꝓpter te eruditissimū et optimum virū:tamē eo magis equo aīo florentia careo:qđ inter istos flores multe vipere delitescūt: et ee quidē venenose ac pestifere. Nec em̄ te latet quāta moderatione animi: quanta etiā pacientia semꝑ tulerī inimicorū insidias. itaq; ne sꝑ īpēdenti naufragio subiacerē ex istis quotidianis ⁊ turbulentissimis fluctibus in ꝓximā Sene vrbis stationē hāc me recepi :vbi tandiu futurus sum donec aliquis secundior flatus in tutiorē portum aliquē me cōuexerit. Naz ne h̄ quidē satis tuto me agere posse video ꝓpter istorū ꝓpinquitatez:quib⁹ vitā meā odio eē aīaduerto. Sz hac đ re satis. Tu velim me facias certiorē de oī tuo statu. Uale ex Sena. iij. idus Apriles. M.cccc.xxxvi.

Fran. Philelfus Alberto zancario sal.

Et recte quidē tu mi Alberte et peramice facis:quod đ me nunq̄ desinis aliquid cogitare et agere: quod honorificū michi et fructuosum sit. Conditio quā michi ꝓponis noīe tue florentissime reipublice³ talis est:vt ea nō modo nō īprobē:sed ꝓbē potius et laudem. Ceterū breui respōdebo tibi. Uale ex Sena pridie idus Apriles. M.cccc.xxxvj.

Franciscus Philelfus Petro perleoni sal.

Silentiū tuuz tam diuturnum tanq̄ inusitatū suspitionem michi affert nescio quā. itaq; si tibi bene est:vt et opto et volo: scribe ad me q̄primū quo tecū vna gaudeam. Sin secus ē id qđ mīme oīm velīz scribe ēt michi q̄ tibi consilio saltem prodesse possim. Uale ex sena pridie idus Apriles. M.cccc.xxxvi.

Franciscus Philelfus Johanni francisco galline salu.

Cum superioribus diebus splendidissimus eques auratus Petrus Michael Senensium legatus istinc Senam reuertisset. Barnabas humanus ac modestus iuuenis qui cum illo Mediolanum petierat:michi verbis tuis renunciauit:bono vt essem animo ac fiducia. Fore enim:vt ad paucissimos vsq; dies tua et humanitate et opera:quod maxime semper concupierā atq; exoptaram:tandē assequerer. Pergratū ei eē desideriū studiūq; meū magnanimo isti inuictissimoq; principi. Fuit profecto michi huiusmodi nuncius iucundissim⁹. Expectaui igit̄ cōplusculos dies:rursusq; expectarē:si vl' ꝑ īimicoꝝ florētinorūq; īsidias: vl' ꝑ calamitates tꝑm liceret. Sz vides tu quāta arte q̄busq; conatib⁹ hi ꝑditissimi ⁊ facinorosissimi hoīes q̄ florētie

tyrannida nunc gerũt cum alijs viris optimatibus ꝓscriptis oībus: tum michi imprimis vitã eripere moliũtur. Quod eo facilius sibi factu fore arbitrãtur: quo ꝓpter loci propinquitatem me oportuniorem habẽt in quem deseuiant. Mouet me secundo loco nõ minus aeris inclemẽtia que indies magis atq; magis cum multoꝝ pernicie ⁊ interitu increbrescit: incrudescitq;. Fuerit igitur humanitatis tue vt quod michi iãpridem hac iter faciens coram receperas: nuperq; vel nixius confirmasti: iã tandem persoluas. Nam quanq; munificẽtissimus iste prĩceps q̃plurimis abũdat ⁊ prudentibus ⁊ eruditis viris: tñ fideli ⁊ innocenti deesse nemini põt apud eum locus. Atqui si is vnius essem qui ꝓ voluntate iter capere atq; expedire possem: aduolassem ad vos iãpridem Sed que alijs voluptatẽ afferre cõsueuit familia michi hoc tẽpore sollicitudini est. Nã neq; hanc deserere debeo: neq; mecuȝ sine certa spe possum adducere. At ne dubitem quidẽ si quid accuratius elaboraris futurũ: vt ⁊ q̃primũ ⁊ recte huic mee pientissime volũtati tuo bñficio mos geratur. Id aũt eque te velle ꝓ tua humanitate ac posse exploratissimũ habeo. Proinde reliquum est vt curriculo transigas: oĩaq; conficias quod cepisti Hac vna re me tibi summo ⁊ ĩmortali munere deuinxeris ⁊ aĩm in te meũ nõ ingratũ experire. Pudet me ꝑfecto hac de re pluribus ad te scribere: ne de tua vel beniuolentia in me: vel beneficentia erga oĩs diffidere videar. Sed que me vrgent intelligis. Rogo te etiã atq; etiam vt quicquid in me officij collaturus es: es aũt plurimũ: breui id cõferas: ⁊ cũprimũ facultas datur. Facultatẽ vero nõ minꝰ consiliũ ⁊ industria q̃ aut tp̃s offerat aut locus. Et hac de re satis. Erit cum hisce litteris satyrica quedã exhortatio versibus a me scripta ad inclitũ istum principem ꝓ Genuẽsibus ⁊ exulibus Florentinis. Hanc velim cures is aut intelligat: aut saltẽ videat Nec eñ dubito quã viderit: daturũ etiã operã vt intelligat. Uale ex Sena idibꝰ Aprilibus Anno a xp̃i natali die. M.cccc.xxxvj.

Fracíscus Philel. Antonio panhormite sal.

Terentium quẽ esse apud me voluisti: illi ad te dedi: cui tu ꝑ litteras dari iusseras. Lucretius quẽ tantopere flagitas si meus esset: continuo ad te iret. Sed de re aliena irrequisito dño nichil michi agendũ existimo. At non requisiui modo: verũ etiã rogaui atq; oraui dñm eius codicis: vt sineret me in re sua liberalẽ esse. Saxei est capitis ac plane inexorabilis. Nullo pacto ĩduci põt vt neapolim Lucretius nauiget: veritus ne qui ob poculum amatoriũ furuerit: rursus sirenis parthenopes venefico in

terceptᵘ isaniat. Uale ex Sena. iij. idus octobres. M. cccc. xxxvj

¶ Frācíscus Philel. Petro perleoni salutem.

Quas vnas dedisti ad me litteras eo iucūdius lectitaui: q̄ diutius eas desideraram. Et vt que tibi secus ac volueras acciderunt: merore me affecerūt: ita que ex sentētia cōtigerūt mirificam michi voluptatez attulere. Deus tibi cepta indies magis magisq̧ secūdet. Tu interim facito ne tibi ipse defuisse videare. Dicteria Plutarchi ad Traianum cesarem que in latinū vertimus: ꝓpediem dabo ad Joannem corneliū hominē clarissimū. Et cum his orōnem quoq̧ ⁊ acrem et longiusculā mittam ad te: ⁊ quidem talem qualē non poggius modo: sed Cosimus etiā ip̄e medices multo magis doliturus sit. Nūc vero ad id quod petis. Cupis tu quidē a nobis scire an lachryma aspirationē admittit. Reuocas nos ad grāmaticos. Mos tibi tamen gerendus est. Si vim nature rōnemq̧ attendimus: nulla consonās in latinis dictionibus aspiratur. Fecit tn̄ doctissimorū hominū consuetudo: id q̧ iampridē vt quorūdam verborū cōsonātes aspirationē reciperent: vt inchoare: pulchrū: sepulchruz: lachryma. Et id sane ob eā rem factū existimo: quo eiusmodi consonans vehemētius sonet. Tametsi inchoare si a chaos descendit: id quod non ab re dictū a quibusdā puto: ab sua ipsius origine aspiratōez seruat. Qđ aūt mones dictitare istic quosdam nō lachryma esse apud. A. Gelliū sed latrina: ⁊ ita quodā in codice legisse te: ꝓfecto codex iste latrinarius quispiā est. Nam hi oēs quotquot in Tuscia sūt Gellij codices habent lachryma nō latrina: qui ⁊ emēdatissimi sunt: ⁊ istorum oīm vt ita dixerim parentes. Preterea duo me ad hanc rem plurimū mouent: qđ et Rome in quodam vetustissimo monumēto: et in illo meo quē nosti: de natura deorū antiquissimo Ciceronis codice lachryma et cū aspiratione et per. y. tenue scriptuz aduerti. Quo fit vt etiam grecū esse nomen: hoc est a greco ductum: quod illi vocant nequaq̄ dubitem. Qđ aūt. d. in l. mutata sit: nichil est quod miremur. Nā et l. in d. ⁊ rursum d. in l. plerūqz mutari inuicem cōsueuerūt. Quippe ⁊ meditari dicimus. et allido ꝓ adlido. ⁊ mediusfidius ꝓ eo qđ est ꝑ iouis filiuz Uidemusqz apud vetustissimos latini eloquij auctores nōnunq̄ lachruma ꝓ lachryma vsurpari. Nec id ea rōne qua optumᵘ ⁊ maxumus: pro optimus ⁊ maximus dicitur: sed potius vt fuga pro tu ꝓ inus ꝓ sus pro thus ꝓ et id quidem doriensium more: qui pro. y. ꝓferre. u. cōsueuerunt: q̄uis placuerit et Uarroni et Prisciano nomen hoc non a greco sed a latino

verbo qd tundo est deriuari: cupientibus iis quidem: vt existimo blãdius hac via latinis vti: quibus admodũ gratificari voluerunt quasi nostris etiam armis ius nostrum tueri possim⁹. Si quis au tem miretur cur lachryma aspiretur: cum sit inaspi ratum: repetat memoria ipse secum etiã apud grecos non aspirari. At anchora: et trophe um: et phythius apud nos vulgo aspirant. Idemq; et ĩ horchus: et in iurcho intueri licet. enim nunq; aspirãt greci: nec itidem qd est cophini genus: vnde iurcho deductum est. Fit id inquã sepe: vt valentius sonet dictio. Nec in consonã tibus solum. sed in vocalibus quoq; inuenias idem obseruatum. Sic michi dictum est: sic ahenũ: sic hallucinari: sic honus: sic ho nustus: qd tamen permulti volũt non ab honus: sed ab honos de scendere: sic helluo et helluari: quod ab edo manat: sic vehemens qd ex ve et mens componi arbitror: tametsi vehemens eo quidam dictum velint quo vehatur eminentius. Permultaq; huiusmodi inueniri licet: quibus eruditissimorum vsus: qui ipse rationez fa cit: aspirationem suo quodam iure addiderit. Itaq; non ẽ miran dum trahere et vehere aspirari. Fit eñ non solũ differentie causa vt quibusdam videtur: sed etiam magis vt augmento spiritus so nantius proferantur: sicuti etiam in prehendo: vehemẽs aha: va ha: ohe: et in similibus patet. Nam cohors a cohortando dicitur: nichilum vero ex ni et hilum compositum est. Sed de his hacte nus. Quod de statu nostro certior fieri cupis. Nos hic valem⁹ re cte. Et cõmode. Sane et honestissime agimus. Id vnum ẽ quod virtutem ociosam esse non sinat. Quotidie puccini homines im purissimi per veneficos ac sicarios vite nostre insidias tendunt. Ego autẽ non modo intrepide me constanterq; defendo: sed om ni etiam cura et industria molior: efficioq; vt permagno ipsi de trimento pniciеq; premantur: ac extremo conficiantur exitio. Id quod breui diuina benignitate futurũ suspicor Qua in re illud ẽ: qd me vnice perturbet Venetos iustissimos sanctissimosq; viros quibus omnia iure debeo: puccinorum socios appellari siqua for ta sse rationi et constantie cũ temeritate et furore: si fidei cum per fidia: si pietati cum scelere esse societas vlla possit. Vale ex Sena idibus sextilibus. M.cccc.xxxvij

¶ Franciscus Philelfus Leonardo iustiniano salutẽ.

N Escio quo tandẽ iure te adeo offirmaris: vt cõtra oẽ vl'a micitie vl' hũanitatꝭ ius meos michi libros ac vestis ñ re stituas. Tue ei iusticie fuerat q̃ te iustinianũ cognomies: vt q̃ apđ

te deposuerā tuecꝫ fidei cōmendarā: mihi ꝓ tua fide: tuacꝫ inocē tia restitueres. Quare te ꝛ hortoꝛ ꝛ moneo: ne me diutiꝰ vana spe ludas: ne iniuria me afficias: ne me veteris amicitie nostre obliuisci cogas. Uale ex Sena idibus sextilibus. M.cccc.xxxvij.

¶ Franciscus Philelfus Lapo floꝛentino salutem.

Petis a nobis: q̄ apud Homerum versus ille itelligatur quo Agamemnon veluti conuitio a Calchante acerbius lacessitus respōdet

Dicis enim Ambroſium monachum ita interpꝛetatum: volo ego populū saluum esse: aut populum perire. Et inepta hec sane interpꝛetatio est et falsa. Subdis Carolum codrū interp̄tatum aliter quippe q̄ ab Ambroſio dissentiens ita exposuerit: volo ego populum saluum esse: aut meipsum perire. Et inepte is rursus et pꝛaue. Errat aūt vtercꝫ. Ac ne id quidem mirū. Non eni ij sunt qui grece oꝛōnis significationē: pꝛopꝛietatē differētiam: elegantiā teneant. Et vt reliqua omittā: is omnis erroꝛ est inde: quod illius dictionis significata nō noꝛunt. Significat eni vel: significat an: et hec quidē vulgo. Significat item q̄ꝫ pꝛout eo in cōparatiuis aduerbiis vtimur: et queādmodum apd̄ nos q̄ꝫ significat interdū et nō: sic etiā hoc loco cum tenui spiritu et accentu graui significat: et nō. Respōdet eni Agamēnon velle se populi salutē ꝛ nō perniciē atcꝫ interitū. Quod quidem si minus Philelfi auctoꝛitati stare decreueris: et apud Aristarchum: ꝛ apud Aristotelē: et apud Poꝛphirium cōmentatoꝛes in Iliada eosdemcꝫ diligentissimos doctissimoscꝫ viros perdiscere plane queas. Queris secūdo loco: an aliud q̄ꝫ semper significet. Nam eosdem Ambroſium et Carolum affirmare eam dictionem aliud pꝛorsus nichil q̄ꝫ semper significare. At inuenisse te plerumcꝫ apud Tuchydidem eandem ipsam dictionē que eiusmodi significatum recipere nullo modo possit. Recte tu quidem dubitas. significat enim non solum semper: sed quandocꝫ diu. vt Homerus

hoc est diuturnā senectutem: diuturnā vitam. Quādocꝫ autem significat vscꝫ vnde. Tuchydides in pꝛohemio

Quas equidem easdem significationes inuenias vscꝫ apud nos habere. Uale ex Sena pꝛidie nonas Septembꝛes. M.cccc.xxxvij.

¶ Franciscus Philelfus Ambroſio monacho salutem.

r Eddite michi sunt littere tue: quas vidi libenter et legi libētissime. Quod autem significas meas ad lapum litteras Florentie interceptas: incidisse in manus tuas: et in ijs lectitasse te meam in exponendis dictionibus quibusdam grecis sententiam: quam minime reprehendas: sed meum in te conuicium egerrime tulisse. Fateor litteras a me scriptas: et eas dictiones expositas. Qd aūt conuitium putas: causllum fuit: quo propterea sum vsus: vt animaduerterem: q̃ꝫ equo animo laturus esses: qd vel iure ac vero dici mordacius in re posset. Non igitur vitio des si ego summis iniurijs: et contumelijs lacessitus: familiaribus istis tuis et lorationibus et satyris par pari: vt dicitur: retulerim. Qd aūt polliceris te meum et esse et fore: gaudeo. Nulla in re desiderabis officium meum. De Cosmi medicis in me animo nichil est: qd minus credam: Nam q̃ꝫ me sit exosus: iampridem expertus sum. Istius in me beniuolentiam philippus sicarius declarat. Itaqꝫ de recōciliandā gratia mihi posthac verbum nullum facito. Scis ipse venenisqꝫ vtatur: Ego autem ingenio et calamo. Vale ex Sena kal. Octobribus. M.cccc.xxxvij.

¶ Franciscus Philelfus Ambrosio monaco salutem. d. p.

p Aucis respondebo tue ꝓlixiori epistole. Ego amicitiā Cosmi medicis nolo: īimicitias contemno. Nā et infē si animi simulata beniuolētia nichil est ꝑniciosius: et ego ita prudētie armis muniui me: vt nullas insidias pertimescā Vale ex Sena. v. idus Decembres. M.cccc.xxxvij.

¶ Frenciscus Philelfus Mediolanēsium ac ligurum principi Philippo marie anglo. Salutem. d. p.

s Unt qui Alexandrum regem Macedonie magnum illum eo magis laudandū censeant: quod aliū neminem neqꝫ viderint: nec audierint: nec legerint: quem vlla cū illo liberalitatis ac munificētie: vel magnitudine: vel splēdore cōparandum esse arbitrentur. Et profecto nulla omnino alia virtus est: que magis summis viris singularem hominum beniuolentiam paret: ac seruet q̃ꝫ oportuna quedam et eximia benificentia. Qd quidem propterea fieri existimo: quia tanta sit prestantis huius diuineqꝫ virtutis raritas: vt vix tandem rariores phenices putem: si quis tādem phenix esse possit. Atqui quanto aliquid in bonis rarius sit: tanto est pulcrius: tanto admirabilius: tanto carius. Cogitāti igitur de te michi et īmortalis tuas īauditasqꝫ virtutes aio volutāti: non solū Alexander ille oīm litteris atqꝫ sermonibus celebratus plane absolere: sed omnis etiā humani generis

memoria:omnis etas videtur indigna que cum vllius tecū excellentie laudib⁹ conferatur. Ut eñ reliquas virtutes tuas que multiplices sane et obstupende sunt omnes:in presentia omittā:quā tum hac ista illustri munificentissimi regalisq; animi tui preclaraq; virtute mortal' ceteros superes:atq; longissime ante eas:satis superq; testantur inclyti Aragonum reges:ℸ tot preterea ac tā ti illi:et ex vtraq; Hispania:et ex italia:et e Sicilia principes inuictissimiq; duces:quos ad Caietam nuper vna felici illa:ℸ maritimi:et terrestris prelij formidabiliq; victoria in triumphū egeras: immo cum in triumphuȝ agere non secus posses:q̄ȝ deberes:non modo non egisti:sed ijs honoribus: et splendidissimis munerib⁹ cumulasti: quibus nichil esset illustrius: nichil magnificentius: nichil deniq; regalius. Adeo vt qui seruitutem ꝑpetuam iure optimo metuissent:non modo se liberos tua benignitate:sed multo maioris potentiorisq; factos intellexerint:q̄ȝ vnq̄ȝ antea fuissent. Quis igitur fuerit ita saxeus:ita ferreus:ita omnis humanitatis atq; sensus expers:qui minus ijsce te laudibus prosequēdum existimet: que et inusitate sint et apprime īmortales? Sed quid nūc preterita:quid aliena cōmemoro:ea presertim que et multa dicendi volumina expetunt:et de quibus nulla gens:nulle littere:nulla posteritas conticescet? De meipso habendus est sermo:hoc est de precipua facilitate erga me tua liberalitateq; singulari. Redditte eñ michi sunt ad tercium Idus quintiles perbenigne littere tue:quibus tum debitam meam erga te fidem atqȝ obseruantiā magnifacis: mirificeq; extollis. tum vt ad te veniam:ac munificentiam tuam presens experiar:q̄ȝ humanissime inuitas:q̄ȝ studiosissimeq; hortaris. Que res quantam michi attulerit voluptatē: vel felicitatem potius:non facile expresserim. Uisus sum eñ deū testor:tuis litteris deum aliquē audire. Pro quo tuo tam benefico:tam excelso erga me animo:quid referam quid pollicear nichil habeo. Nam meam fidem et pietatem iampridem dedicaui tibi: ac deuoui. Itaq; si vitam:si animū tibi meum dedituȝ eē animaduertis:quid est qđ hoc tempe vel te:vel beneficentia tua dignum recipere ab me queas? Ni fortasse illud desideraris ne patiar tantam hanc istam et tam excellentem benignitatem tuam vbi ea minus vtar:fruarq;:perituram in ventos. Qđ ingratitudinis teterrimum crimen ne vnq̄ȝ michi obijciēdum sit: vtar equidem istiusmodi tua beneficētia:ac fruar et libēter et tempestiue. Nam quid michi gratius possit diuinisue contingere:q̄ȝ vl' tua vti benignitate:vel tuo aspectu frui:quē eque atq; numen aliqđ ī terris colo

Cum primum igitur licuerit per eas occupationes: quibus publico munere sum obstrict⁹: ibo ad te. Uale ex Sena idibus quitilibus M.cccc.xxxviij.

Franciscus Philelfus Joanni paleologo regi et imperatori Romanorum ac semper Augusto salutem.p.d.

GRece prius responderam grecis litteris tuis. Nunc latine tibi locuto per litteras latine respondeam necesse est. Uellē equidem licerꝫ michi obire qđ iubes. Nam nichil est apud animū meum antiquius ꝙ tue obsequi volūtati. Cui nichil est qđ post deum non debeam. Tua in me multa cum apđ te Constantinopoli agerē: et maxima beneficia nulla vnꝙ deletura est obliuio. Quibus me muneribus non donasti? quibus honoribus non ornasti? Uerum qđ fieri non pōt: qui ab me fiat: ignoro Sum annuo munere Senensibus obligatus. Si ante constitutā diem decederem: fidem meam desiderarent: sibi verba data dicerent. Qđ ais daturum te operam: me fide Senēses liberent. Non eñ existimare te futurum: vt hi tam pio vnionis quam vulgo nominant: operi aduersentur: quin potius cū mea istic presentia ob interpretādi munus tam vehementer sit opus: nec alius quisꝙ ad rem tantam satis idoneus reperiatur accessum istuc meum facile et equo aīo patiantur soluerent me fide fortassis: et abire Senēses paterentur. Nec petenti tibi aduersari auderent. Ego aūt hominum animos et in cute: et intus noui. Arte me vsum vel occultis iudicijs insimularent: Aut cupiditatis: aut leuitatis accusarēt Quare noli obsecro rex optime: et imperator maxime: quod multis meis permagnisqꝫ laboribus et fidei michi: et grauitatis nomen ab ineunte etate vendicaui: id breui maxima cuꝫ labe amittā Adde etiam qđ nec istic quidem esse sine vite periculo vnꝙ possim. Nā hi q̄ nunc florētie tyrannida gerūt: sunt michi vehemēter infensi. Idqꝫ nullaꝫ ob meam culpam: sꝫ ob id dūtaxat ꝙ me viris optimatibus quos patrio solo exterminarūt: affectū impurissimi homines norāt. At quātum Cosmus medices factionis p̄nceps reliquiqꝫ puccini apud Eugeniū valent ꝛ opibus ꝛ gratia: poteris cū voles: nō obscure perdiscere. Itaqꝫ vt ꝛ salutis: ꝛ īcolumitatis mee rationē habeā: te nō velle modo: sed etiā iubere nō sū nescius. Qđ hortaris Joannē mariū filiū ad te mittā: faciā id quidē nequaꝙ īuitus. Quid enī michi optati⁹ cedere possit: ꝙ meū dilectissimū filiū vel hospitio tuo: vel disciplina vti: qui omniū Christianoꝝ principū ꝛ dignitate sis maximus: ꝛ virtute primari⁹. Uale mi Auguste. et me illū fore tibi persuade: quo cū voles: pro tuo

iure omnibus in rebus vsurus sis. Ex Sena. xij. kal. Septembres M. cccc. xxxviij.

Franciscus Philelfus Eugenio quarto sūmo pōtifici salutē.

Meus erga te animus et integerrima fides pater sanctissime esse tibi debet pmultis argumētis iāpridē ꝛ pspecta et cognita. Quare si hoc tpe min⁹ presto qđ iubes: non mutate mee in volūtati: que eadē est que semp fuit: sed necessitati poti⁹ dato. Nō ei te fugit: quo ē in me aio et Cosm⁹ ipse: ꝛ factio Cosmiana. Sine maximo meo vite discrimine diutius isticversari nō posse. Qđ autē mones tue fidei credā me: credo equidē. Scio qꝫ tua fide tuaqꝫ sāctimonia nichil inocētius: nichil cōstantius. Verū inimicoꝝ proditoꝝqꝫ perfidiā iampridē expertus sum pmagno meo cū incōmodo. Patere igit obsecro vt bona tua cūvenia vite mee ac saluti cōsulam. Nō enim in tāta eruditissimoꝝ ꝛ dissertissimoꝝ hominū copia: q̄ et greca latine: et latina grece ppulchre inťpretentur: tibi deesse poterūt. Vale ex Sena. iij. Nonas Septēbres. M. cccc. xxxviij.

Franciscus Philel. Senatui et populo perusino sal.

Et humanitatē erga me vestrā vehemēter amplector et liberalitatem maximi facio. Doleo aūt ꝛ pmoleste fero qđ his tēporib⁹ littere michi vestre reddite sint: q̄bus iam aliis fidē dederā. Hāc vero inuiolatā vt prestē: et ipse cogor: ꝛ vos idētidēvelle nō dubito. Qđ si tēpestiue vestre ad me littere aduolassent: essē pfecto desiderio vestro: icredibli mea cū voluptate obsecutus. Ornassē q̄ vestrā istā splendidissimā iuuētutē pvirili pte nō modo eloquēdi: sed etiā viuendi laudatissimis artibus. Quoniā igit honestatē cause itelligitis ignoscite michi: si minus hac ī re expectationi vestre respōderi. Valete ex Sena idib⁹ septēbrib⁹. M. cccc. xxxviij.

Francis. Philel Senatui ꝛ populo bononiēsi salutē.

Ingratus certe sim: si tota vobis et litteris et nūcijs inuitatus: vt pulcherrimis ꝛ amplissimis ppositis premijs apđ vos annuū oratorie: ac philosophie tradēde mun⁹ q̄ apđ alios hac tēpestate obire mali: ingrat⁹ sim inq̄ ac sūmope accusandus: si min⁹ vobis in amore respōdero. Animaduerto eñi non sine icredibili quadam beniuolētia aduentū vos meū tam mirifice cupere. Non eñ is sum: cui⁹ in vrbē vestrā aduentu accessio vlla nobilissio laudatissiarū oīm artiū disciplinarūqꝫ gināsio istivřo fieri q̄at. Sꝫ q̄tū itelligere ꝯiectura possū: meā ergo vos vestrāqꝫ remp. pietatē vel ex eo vsqꝫ tpe vobiscū repetitis: quo iam anno vndemcio et amplius primū bononie docui. Ac profecto nichil

in hanc diē michi bononia gratiꝰ:nihil iucūdius visum est. Nec me recens hec inuasit opinio. Idētidem enī iudicari semp. Sed reip. istius vestre vehemētiores ꝓcelle:turbulētissimiqꝫ fluctꝰ: q̄ p id tēporis cōtinuo sunt secuti:inuitū me istinc renitentēqꝫ eiecerūt. Verētur muse naufragiū: quietē amāt:oderūt tempestatē ac fragorē oēm. Quāobrem cū pacata nos rep.trāquillaqꝫ ciuitate vti ītelligo:et vestre gratulor: ꝛ mee letor felicitati. Habeoqꝫ īmortali deo sempitnas gratias: q̄ meis de vobis optatis fortūa tandē responderit. Que res facile me induxit:vt vestro desiderio satisfaciā. Propediē igitur ad vos veniaꝫ ea animi sententia: vt futurus tam diu apud vos sum:quoad per Philippū mariā anglum cui sponsione fidei sum obstrictus: michi licuerit. Valete ex Sena ydibus septēbribus . M.cccc.xxxviij.

B ¶ Franciscꝰ Philel. Antonio panhormite poete sal. Bononie hoc semestri futurꝰ sū:hoc est a kal.ianuariis ad kal.quītiles:tametsi ante k alen.ianua. Sena decedere nō possum. Decreuerūt autē nobis Bononienses in id tp̄is ducatos quadringētos quīquaginta:qđ premiū antehac nemini vnq̄ꝫ non bononie modo:sed neqꝫ vsq̄ꝫ in ytalia cuiq̄ꝫ datum est. Id qđ tibi pro nostra beniuolētia voluptati fore certo scio:q̄ppe qui amicorū cōmoda et honores tua cōmoda honoresqꝫ esse ducas. Postea vero ad constitutā kalendarū quintiliū diem bononiensibus relictis:cōcedam Mediolanū ad nostrū illum diuinū principē Philippū mariā anglū. Is enī me suis ornatissimis:et munificentissimis litteris ad se deuocauit. Quare si quid me vis facturum: in te est. Tu me optimo regi Alphonso cōmendato. Vale ex Sena. ydibus septēbribus . M.cccc.xxxviij.

T ¶ Franciscꝰ Philelfus Raphaeli fuscherario salutē Tuam in me singularē beniuolētiā magnifacio. Quod autem hortaris : propediem ad vos eam: veniā enim nō mediocriter ab omnibus expectatus. Hortaris tu quidem:vt aiunt: equum lidum in campū. Quare ꝛ si Senenses decessioni mee molesti sunt:faciā tamen intelligas: quātum apud me pondus tue amicissime littere habuerint. Vale ex Sena ydibus septembribus . M.cccc.xxxviij.

N ¶ Franciscus Philelfus Lapo Castelliūculo salutē Non possum tuam diligentiā nō probare ꝛ fidem pietatēqꝫ erga me. Mones:insidias caueā: esse enī quosdā quos mei nois splendor offendat: et idcirco michi exitiū machinari. Ego autē quāq̄ꝫ nō sum ignarus: quod vulgo dicitur apud

grecos nichil tamē omitto
qđ mee salutis interesse putē. Nam prudētis consilio fieri posse
censeo: vt oīs vis necessitatisq̧ fatalis: aut repellatur: aut diuertatur: aut leuius saltē offendat. Tibi aūt gratias habeo: qđ omni
in re te mei studiosissimū prestes. Uale ex Sena pridie kal. octobres. M. cccc. xxxviij.

¶ Frācīscus Philelfus Leonardo Arretino salutē.
Q Uanq̧ scio meos oīs familiares vel nulla mea cōmendatione tibi esse cōmendatissimos: nō tñ omittā: quin abs te petā: atq̧ contēdam: vt si me ames: lapuz nostrū perdoctū et perdisertū virū quibuscūq̧ rebus poteris ita tractes: vt intelligat meā apud te cōmēdationē plurimū valuisse. Uale ex Sena pridie kal. octobres. M. cccc. xxxviij.

¶ Francisc⁹ Philelfus Leonardo arretino salutē
Q Uicqđ saxolus pratēsis auditor noster vbis tibi meis exposuerit: sic habeto ac si corā ipse tecū loq̄rer. Nihil est enī dicturus tibi: qđ ab me nō dicendū acceperit. Uale ex Sena kal. octobribus. M. cccc. xxxviij.

¶ Francisci Philelfi Epistolarū Liber Tertius
¶ Frācīsc⁹ Philelfus Frācīsco sphortie iperatori sal.
Q Uod antea instituerat consiliū magnanime imperator festinat hoc tēpore necessitas. Naz cum ab humanissimo socero tuo Philippo Maria diuino principe essem nuper ornatissimis litteris vt ad se irem q̄ liberalissime inuitatus: et id me facturū ipse recepissem: decreuerā equidē anteaq̧ Mediolanū concederē: ꝛ te visere et patriā: quo beniuolum in se alter: altera gratū me esse experiretur. Etenī patrie omnia debeo: ab qua genitus altus: educatusq̧ sim. Tibi vero ob prestantē animi tui ꝓbitatē inauditāq̧ magnitudinē iampridē incredibili quadā beniuolentia obseruātiaq̧ afficior. Sed mea hec animi sententia turbatur his rumoribus ac nunciis: q̄ de tua in Tholētinatis meos ira obsidioneq̧ afferūtur. Nūciatur enī vulgo te infesto agmine ingentiq̧ rerum omnium et formidabili apparatu processisse in Tholentinatē agrum. Eoq̧ igni ferroq̧ vastato obsidere oppidum: atq̧ ipsis ciuibus nō captiuitatē et seruitutem modo: sed omnem contumeliā cedēq̧ minitari. Que quidem ipse audiens sum eque miratus: ac dolui. Qui enim fieri potest: vt tanta et tam eximia virtus tua quicq̧ audeat vel perpetrare vel moliri: quod nō solum ab animo magno elatoq̧ abhorreat: verum etiaz

iniquũ sit et tetrum ꝛ imane? Nũquid ludibꝛiũ illis neceq̃ʒ mini teris:qui et foꝛti animo et inuicto patriã salutẽ dignitateq̃ʒ tueã tur? At eos oĩs qui se ꝓ patria deuouissent:in magnis viris habẽ dos esse vniuersa canit antiq̃tas. An id facturus es: quoniã tibi Tholẽtinates aduersi sunt:tuosq̃ʒ vehemẽtissimos conatus per tinacius remoꝛãtur? At non solũ quid tibi cõmodum sit: sed q̃d illis cõueniat debes cõsiderare. Nam quoꝛum fidem putes in te certã foꝛe:si eos perfidos in se fuisse cognoꝛis. Quod si apd̃ bar= baros etiã virtutem interdũ venerabilẽ extitisse accipimus:quid tibi faciundũ sit cogita: qui ad laudẽ qui ad gloꝛiam natus sis. Es ne oblitus longe magis arte atq̃ʒ beneficẽtia: quã aut minis aut etiam vi et parari et conseruari regnũ. Quibusnã rebus Cy= rus a Medis imperiũ ad persas transtulit. Nonne industria et animi magnitudine? Quibus Alexãder ad gangen vsq̃ʒ penetra uit Nonne pꝛudẽtia ac benignitate? Quibus tandem. G. Julius Cesar oꝛbis terre principatũ adeptus est. Nonne consilio et cle= mentia? Nam romulus q̃ʒdiu humanũ sese: ꝛ mansuetũ pꝛestitit quasi numẽ in terris est habitus. Cum pꝛimũ imperiosius voluit rebus vti:ab iis in illum seuitũ est: quibus carioꝛ esse iucũdioꝛq̃ʒ debuerat. An vltio te delectat q̃ aliquid foꝛtassis aduersus te: id quod tñ haud cõcesserim: Tholẽtinates conati fuerint? At vl= cisci feminarũ philosophi: nõ magnanimi pꝛincipis. nõ frãcisci sphoꝛtie esse volunt. Audi queso sapientẽ illum Macedonie re= gem Philippũ alexandri patrẽ: qui cũ vꝛbes grecie que malo in eũ animo esse viderẽtur:atq̃ʒ nouis rebus plerũq̃ʒ studerẽt quidã consulerẽt pꝛesidiis esse cõtinendas: respondit: malle pulchꝛum se longũ tempus q̃ʒ herum bꝛeue appellari. Intelligebat eñi rex pꝛudẽtissimus ea esse tutissima pꝛesidia munitissimasq̃ʒ arces q̃ in hoĩm beniuolẽtia charitateq̃ʒ fundate ac firmate foꝛent. Nam aduersus iustum ideq̃ʒ cõmune omniũ odium nulle vires esse: nulla ingenia satis possunt. Quare idem Philippus eos q̃ ama rius atheniẽsibus vtendũ esse consulerẽt:insanire dicebat qui ho minẽ qui ad gloꝛiã omnia agendo patiendoq̃ʒ referret: gloꝛie the atrum iuberent amittere. Non enim quoniã se liberos athenien ses q̃ʒ seruos mallẽt:dignos rex pꝛestantissim⁹ censebat: in quos grauius animaduertendũ esset. Merito is igitur optimoq̃ʒ iure a Theophꝛasto traditur. nõ solum genere ꝛ dignitate regia: sed etiam cũ foꝛtuna:tum moꝛibus maioꝛ ceteris regibus: ac mode= ratioꝛ extitisse. Idem quoniã populoꝛũ ingenia moꝛesq̃ʒ callent admonebat nõ absurde Alexãdrum filium: vt et blande sese vtẽ=

dum macedonibus gratiosecꝫ pꝛestaret:quo multitudinis sibi vires cōpararet. Capiūtur incꝫ animi populoꝝ nō minis nō terroribus nō vi:sed cū aliis nōnullis humanitatis officiis: tum blanditiis maxime quibus cū minus apte Scipio ille posterioꝛ affricanus olim vteretur:repulsam habuit consulatus. Itacꝫ si quid pꝛeter voluntatē tuā pꝛinceps inclite Tholētinates ausi fuerint tuū esse duco nō modo nō vicisci:sed et ignoscere potius et eoꝝ tibi animos māsuetudine facilitate ꝛ beneficiis deuincere. Sin autē nichil fuerint ausi quid tibi faciundū rear itelligis. Nunqd es oblitus quid romanis pꝛiuernatiū legatus ille responderit cū a quodā tristioꝛis sentētie auctoꝛe interrogaret: quam penā meritos Pꝛiuernatis censeret eam nichil veritus inquit quā hi merētur qui se libertate dignos censent. Rursus vbi consul mitius subdidisset. Quid si penā remittim⁹ vobis qualē nos pacē vobiscum habituros speremꝰ: Tunc idem legatus eadem animi vultuscꝫ constantia si bonā inquit dederitis et fidam ꝛ perpetuam sin malā haud diuturnā. Quibus quidē ferocioꝛibus dictis:non modo nō sunt ad iracundiā vltionēue incensi romanoꝝ animi: sed pꝛiuernatis potius oīs dignos iudicarūt quibus ciuitas daretur. Intelligebāt sane viri permagni illi et sapiētes tantā esse virtutis vim: tātam maiestatē vt in hostibus quocꝫ gratiā mereretur. Num metui tu foꝛtasse ꝙ diligi malis? Optime natura pꝛouisū est vt metū semper odiū consequat. At diligi et amari nūꝙ possis nisi et iustissimū te beneficentissimūcꝫ pꝛestiteris. Iustus vero ac benefic⁹ esse nequeat qui aut aliis vltro nocuerit aut modum rebus suis statuere vel noluerit vel neglexerit. Quare te frācisce sphoꝛtia per magnitudinem animi tui pꝛeclarascꝫ virtutes oꝛo atcꝫ obtestoꝛ vt iram hanc istā omnē si quam tandē in Tholentinatis meos iram conceptā habes mitiges ac places. Et omnem denicꝫ perturbationem que consilio pꝛoꝛsus rationicꝫ aduersatur pꝛosternas atcꝫ abiicias. Nemo scit aliis imperare qui sibi ipse non potest. Nulla victoꝛia maioꝛ est: nulla illustrioꝛ ꝙ seipsum vincere. Violētum nichil est diuturnū. Pꝛincipat⁹ ille et firmus sane ꝛ ꝑpetuus esse cōsueuit:quē tum ꝓbitatis egꝛegiū eqtatiscꝫ exēplum peperit: tum pergrata placabilitas animi munificentiacꝫ munierit. Quis illud Alcamenis dictum non iure laudarit: qui cum a quodam rogaretur quonam pacto regnum optime quis seruauerit si multi ait lucrū non fecerit. Nam necꝫ certe magni est animi admirari diuitias:sed summi potius viri ē omnia: que vel coꝛpoꝛi vel foꝛtune subiecta sunt infra se ducere.

Animus eni nobis diuin9 est ideq3 sempitern9. Cetera vero mortalia queq3 sunt: et ad breue tpis curriculū duratura. Rōni semp nō cupiditati parendū est. Illa eni ostendit iprimis quātum nos reliquis animātibus antecellim9. Nichil recte geri potest: quod cupiditatis geratur ductu. Is solus in magnis viris habendus est: qui qđ deceat: qđ oporteat: facit. Quod si quis a me quesierit quid facere oporteat bonū principē: facile constāterq3 respōderi nō quod temere vulgus solet: ꝛ amicis benefacere: et malefacere īimicis. nā id tyrannorū est propriū: sed qđ prudētissime Aristo ille lacedemonius: qđ sapiētissimus Socrates aliquādo cōsueuit tum amicis bñfacere: tū inimicos reddere amicos. Busyris: Aristotimus: Phalaris: nō amicis sed īimicis soliti sunt malefacere At istos istorūq3 oīs similes: inter impios imanisq3 tyrannos reponim9. Augustus vero et .G. Julius Cesar ceteriq3 hmōi q̄ in amicos benigni: et in ipsos īimicos clemētissimi extitissent: diuinos honores meruere. Nōne Christus Jesus humani redēptor gñis etiā pro iis orauit: a quib9 traditus morti esset? Quib9 certe ipsis vel rōnibus vel exemplis et si facile adducebar nichil de te tali ac tanto principe aduersus meos Tholētinatis verendū esse qđ a sapiā et grauitate: qđ a iustitia ꝛ eq̄tate: qđ a moderatione ꝛ māsuetudine: qđ ab aīo excelso ac benefico alienū fuerit: meas tamē partis eē censui: vt et pro mea in te fide: ꝛ pro ea: quā patrie charitatē debeo: quid tibi optimū factu existimarē: quādo quidē presens corāq3 nō poterā: litteris saltē ostenderē. sic eni nō vt michi mens fuerat: sed vt necessitas atq3 tēpus tulit: et visere te quodāmodo ac tecu3 loqui sum visus. Tu velim: queq3 ab me dicta sunt: in bonā parte3 dicta interp̄teris. Non eni me tua minus: q̄3 patrie causa: vt hec tam familiarit ad te scriberē: hortata est. Na3 et amo te vnice: ꝛ delector mirifice tuis laudib9: quas ne qua nō dicā infamie: sed ne suspitionis quidē labe pollui patiare: sūmis precibus abs te peto. Uale princeps florētissime: ꝛ si quid in me esse aīaduerteris: qđ vel vsui tibi aliquādo vel voluptati futurū putes: id omne tibi deditū deuotūq3 intellige. Ex Sena pridie nonas octobres. Anno a natali christiano. M.cccc.xxxviij.

¶ Frāciscus Philelfus Leonardo iustiniano salutē.

Ignosce breuitati litterarū meaꝝ. Nā repētina tabellarij abitio nō est passa: vt tecū longior fuerim. Quod aūt ad rem attinet: vera tibi renūciata sunt de mea ad philippum ducē abitione. Non eni sene sine periculo esse possum ꝓpter sicarios florētinos: qui nulla mea culpa mee vite insidiātur. Uerum

anteaq̈ proficiſcar Mediolanū: ſum Bononie compluſculos menſis acturus. Jnde ad te dabo et crebriores et longiores litteras. Uale ex Sena idibus octobribus. M. cccc. xxxviij

Franci. Philel. Catoni ſacco iure conſulto et oratori ſalutem.

Reddite michi ſunt littere tue Cato mi dilectiſſime: non Sene: ſed Bononie: quo veneram ad. xvij. kal. Februarias. Ut maturē ad vos aduentū meū nō eſt in me: ſed ī pricipe iſto noſtro: q̄ ſi fecerit: vt id michi facere liceat per Bononienſis: q̄bus obſtrictus ſum: ad Auguſtum vſq̄ continuo te viſedebo. Uale ex Bononia idibus Februarijs. M. cccc. xxxviiij.

Franciſcus Philelfus Enee ſiluio ſalutem.

Et bene valere te: et ſecūdiorē iam tibi aſpirare fortunā: letor maiorē in modū. Qd̄ aūt ſcire cupis: q̄d in cauſa fuerit: vt relicta patria tua Sena: vbi et pacatiſſime agebā et cōmode: inter diſcordiarū Bononiēſium digladiationes me receperim: dicā tibi. Qualis quātoſq̄ iuidētie eſtus florentie paterer pſens ipſe olim coraq̄ vidiſti. At ludus erat: qd̄ per id temporis patiebar incōmodum ad eas erūnas: quas quaſi alcides quidaʒ pferre poſtea ſum coact⁹. Nam poſteaq̄ nulla aut iuris: aut equi ſimulatione pditiſſimoꝝ hominū rabies nocere michi potuiſſet: ad arma cōcurſuʒ eſt. Paratoq̄ ſicario ere nō paruo: mane cum in publicā illā: quā noſti: Academiā docēdi gratia pergerē ex occultis inſidiis in me nichil tale neq̄ cauentē: neq̄ cogitātem impetus fact⁹ eſt. Erat ſicari⁹ togat⁹ florētini mercatoris more: ne poſſet agnoſci: q̄ educto repēte lōgiore gladio: qui toga tegebat: cuſpidē mihi direxit in pect⁹: Trāſfodiſſetq̄ʒ me oīno: niſi dextera manu facto pugno in eius pect⁹ ilico magna vi irruiſſē. Itaq̄ʒ a pꝓpoſito loco ictus ille aberrās in ſiniſtrū brachiū me percuſſit omi illeſuʒ vulnere. Elāguerat enī ictus: qm̄ ille a me reiect⁹ pugno paululū eēt amot⁹. Qui rurſus ſublato gladio: quo me acie feriret in caput: in faciē me pcuſſit. Qui fuerit ſicarius: notū eſt: a quib⁹ autē cōductus et ſi nichil habet certi: infamia tñ in me dices redit et coſmū: qm̄ nō ſolū eius factio michi ſemp aduerſaretur: ſed etiā laurētius frater aperte multa aduerſus me ageret. Paucis poſt mēſibus ob ciuilis diſcordias idē Coſmus in carcerem pmo cōiectus eſt: dein relegat⁹ ad Uenetos ſine alia prorſus vlla ciuiū offenſione. Et ita ciuiles diſcordie tātiſper q̄euere: donec in poſterū annū iis pecunia corruptis qui ſumma reipu. preerant Coſmus in vrbē reuocat. Tum iura diuina oīa humanaq̄ʒ cōfundūtur. Optimates oēs alij relegātur: alij pſcribūtur. Hinc

direptiones: latrocinia: cedesq3 sequũtur. Que ipse intuẽs aiad= uertẽsq3: quãto cũ periculo in tanto florẽtie naufragio forẽ: q̃ antea in sũma: vt ita dixerĩ: malachia naufrag⁹ extitissem: subduxi me ⁊ ab ĩminẽtibus: tantoꝝ fluctuũ vorticib⁹ in senẽsis tue reip. tanq̃ in portũ aliquez maxime oportunũ deuolaui. Hic autẽ cũ et trãquille ⁊ honorifice vitã agerẽ: neq3 de re florẽtina vlla mihi prorsus cura esset ꝑter humani cõmiseratione ingenij: mense decimo ex quo florẽtia decesserã: nulla mea neq3 culpa: neq3 culpe suspitione: tantum potuit inimicorũ coniuratio: vt ipse quoq3 inter proscriptos ciuis optimatis ꝓscriberer: id quod vt accepi vniuerse ciuitati fuit molestissimũ auditu. Quin in proximum inde annũ missus est Senã: vt me interimeret idem ille sicarius: q̃ ab eadẽ ornatus cõiuratione in faciez michi vulnus inflixerat. Hic philipp⁹ est vocatus: patria nat⁹ casale fluminẽsi: et p̃re Thoma et auo Bruno: qui etiam ipsi ambo notissimi habiti sunt sicarij. Aberã per id tp̃is ad petriolanas balneas: idq3 nõ tam vlla mea vel necessitate: vel delectationis quidẽ gratia: q̃ diuino quodaz consilio: vt certo puto. Nam eo fum ꝓuectus sola visendi causa. Solet.n. plerũq3 oĩpotẽs deus: q̃ de ꝑseuerantib⁹ in malignitate facinorosisq3 hoĩbus aliq̃n suppliciũ sumat certas quasdã easq3 occultas pare vias ad vindicãduz. Cũ eiusmodi ergo tp̃e sicari⁹ philipp⁹ Senã venisset: neq3 me vsq3 videret: adit ꝑclarũ in ph̃ia virũ ac medicũ prudẽtissimũ Petrũ Joãnetũ q̃ ex patria bononia pulcherrimis p̃miis accersit⁹ medicinã docebat: vt nunc etiã docet in eius vrbis publico studio. Ex quo querit: et q̃ in vicinia ipse habitarẽ: ⁊ vbi docerẽ: et quot mecũ ducerẽ comites: et q̃tũ valerẽ gr̃a apud ciuis Ad q̃ ille: vt est vir callentissim⁹ eque atq3 acerrimo strenuissimoq3 igenio: inspecto hoĩs vultu et ꝯsiderata ỽborũ temeritate: singillatĩ ea r̃ndit: q̃ michi vsui fore arbitraret. Eodẽq3 die litteris me de ea re oĩ cõmonefecit. Quare Senã vbi cõtinuo reuertissẽ: ex illoq3 liq̃dius rem oẽm corã didicissez: mox adeo p̃fectum presidij: quẽ capitaneũ vocãt: Honofriũ tifernatẽ cognomẽto virilẽ: hoĩem subdolũ et fallacẽ. Huic rem ipsam: vt habebat expono: et oĩa sicarij signa do: qualia et a Petro Joanneto didicerã: et ipse quoq3 dum illum inter ambulandũ obuiaz habeo: agnosco. Respondet continuo veterator ille ⁊ fraudulentus latro: Grates habeo sempiternas mi pater obseruandissime Philelfe ĩmortali deo: qui michi causaz prestitit: quo tibi aliquo officio meo rem dignã gratificarer Nam iãpridem cupiebam occasionẽ offerri michi morẽ gerendi tibi. Hominẽ actutum cõpre

bendam:cõprehensũq3 torquebo:ita vt vel concoctũ cibum omnem ei eruam e stomacho. Quẽ si conscium cuiuspiã aduersus te perpetrãdi facinoris offendero:vita priuabo. Sin minus offendero:missum faciã inquiens: aberrasse me in se capiendo. nõ enĩ illum esse quẽ querebam. Fateor equidẽ mi Enea vel ex iis verbis me ilico de homine suspicatũ monstri nescio quid. Ceterum quoniã satis michi de sicario cõpertum videbat: egi hoĩ gratias de optima erga me voluntate. Capitur sicarius eodem vesperi. Captus torquetur:et mei interimẽdi causa se missum confitetur Idq3 honofrius cõtinuo palã facit. Sed ab quo missus foret:reticescit. Nec sicariũ plectit. Sed differt aĩaduersionẽ: mõ aliam causa3 obtẽdens:modo aliã:at verisimilẽ nullã. Interea tẽporis increbrescit: nõ solum apud me:sed apud nõnullos grauissimos ciuis tuos Honofriũ tifernatẽ cõmutasse philippu3 sicariũ cum ꝑtura florẽtina. Nichil est enĩ apud florẽtinos vsq3 adeo secretu3 atq3 arcanũ:qđ minus ꝙ primũ effluat:ita sunt oẽs tanq3 rimaꝝ pleni. Quot rumorib⁹ fuerat diuulgatu3:ipsius tandẽ rei euẽtus approbat. Nã paulo postea florẽtie ꝑtor declarat⁹ est Honofri⁹ tifernas. Sed redeo ad sicariũ. Mulctauit hunc honofri⁹ libris quingẽtis. Erãtq3 multo antea parate pecunie q̃bus ille carcere liberat⁹ remitteret florẽtiam. Et qđ ridiculosius fuerat in sñia: quã impudẽtissim⁹ latro aduersus sicariũ tulerat: dicebat illum ad id facinoris ꝑpetrãdum fuisse corruptũ grãdi pecunia et magna remuneratiõe ab quo autẽ ab q̃busue corrupt⁹ fuisset:subticuerat. Ceteru3 longe se sua de sceleratissimo sicario liberãdo fefellit opinio. Nam ego iĩuriarum agẽs ꝓuocatione sum vsus ex tue patrie institutis ad pretorẽ. Itaq3 ea oĩs causa ab Honofrio latrone deuoluta est ad Iacobũ cõstantiũ siculum ex Mesana:q̃ vir inocẽtissim⁹ ⁊ grauissim⁹ ea tẽpestate pretorẽ gerebat Sene. Hic si potuisset cãm ex integro cognoscere:nõ obscure patuisset et q̃ fuisset auctor florẽtie vulnerãdi mei: ⁊ a q̃ idẽ sicari⁹ missus Senã esset ad me iterimẽdu3 Nã florẽtie quoq3 patuit de sicario patuit de licitatore cõductoreq3 sicarij. Is ei fuit hõ impurissim⁹ ac nequã Hieronim⁹ brochard⁹ imolẽsis. Sed q̃ fuerit facinoris auctores:q̃ mercedẽ quã pepigisset sicario dissoluerit:in obscuro sunt:cũ tñ nouere plures Laurẽtium medicẽ vna cũ Nicolao et Carolo frequẽtare persepe solitũ oĩm sceleru3 officinã infames edis Hieronimi brochardi per id tpis quo sicarius est conduct⁹ Idẽq3 Laurentius medices hieronimũ cõiectum ob id sceleris

in vincula carcere liberauit: et ab omi pena tutat⁹ est in maxima etiã totius ciuitatis offensione: q̃ tota eã iniuriã publicã suãq; ducebat. Sed vis magnitudoq; pecunie lõge plus potuit ac pol luit: q̃ leges: q̃ equitas: q̃ oẽ iuris piiq; vel officiũ: vel sanctitas vl' decorũ. Sed redeam⁹ ad pretorẽ. Is inquã iacobus cõstanti⁹ cũ nõ posset ex institutis patrie tue eã de integro agitare causã: quã prefectus cognorat: sed augere penã dũtaxat: qđ potuit solũ eam Philippo sicario dextrã abscidit publico iudicio q̃ me flo rentie vulnerarat in faciẽ: obtrũcassetq; hoiem quo nece sua reli quis sicariis esset exẽplo imanitatis sue: nisi ego id factũ iri phi buissem: vtpote q̃ maluissem viuere illũ vitã inutilẽ atq; dedeco rosam: q̃ per expeditã mortẽ liberari animi cruciatu. Ut eni ma gni est animi puas suasq; iiurias obliuisci: ita iusti et sapiẽtis de publico humani gñis hoste dignã aliquã capere vltionẽ. Cũ igr neq; pacate: vt audis: nec itẽ cõmode agerẽ Sene: viderẽq; q̃to cũ vite piculo int gladios venenaq; versarer: nõ. n. defuere: q̃ etiã domi ausi fuerũt me veneno pdere: Bononiã eo cõsilio me rece pi: vt paucos post mẽsis Mediolanũ petam: futur⁹ apud vnicũ nostre tẽpestatis solẽ Philippũ mariã principẽ sane oim: q̃ aut sunt: aut fuerũt: aut futuri sunt munificẽtissimũ et optimũ. Apđ hunc eni nulle michi iimicoꝝ artes: nulle insidie oberũt. Totus erõ cũ musis: totus cũ amicis: totus mecũ. Qđ autẽ me hortaris ne deserã ipse me: ne cedã malignitati fortune. Hortaris tu quiđ et amice ⁊ recte. Iãpridẽ animũ meũ nosti. Non is certe sum: q̃ me nesciã virum esse. Itaq; bono sis aio: per me licet. Nunq̃ me ignauie accusabis: nec item insolẽtie. Quin horatianũ preceptũ illud in vniuersa tuebor vita. Oẽ tulit punctũ qui miscuit vtile dulci. Tu vero qđ ad te attinet: facito me de omni re tua statuq; certiorẽ. Uale ex bononia. v. kal. apriles. M. cccc. xxxviiij.

¶ Franciscus Philelfus Joanni tuscanelle salutẽ.

De me qđ flagitas scire: ad proximas studij vacationes: quas vocãt: Mediolanũ sum petitur⁹ eo quidẽ consilio vt si quã michi nobilissim⁹ ille prĩceps spẽ litteris maximã polli cetur: re ipsa iuenero: apud neminẽ mali: q̃ apud eũ vitã agere. Sin secus offendero: ad venetos me recipiã. Nam nihil incerti⁹ q̃ bononie res secunde. Quãto eni fortuna blãdius videt aspi rare: tanto magis aduersi ventorũ flatus metuẽdi sunt. Uale ex bononia ydibus Aprilib⁹. M. cccc. xxxviiij.

¶ Franciscus philelfus Alberto Zancario sal.

n ON vanū extitisse me somnij pꝛiectatoꝛē res ipsa liq̄do oñdit Joānem mariū filium fugisse ab me nosti. Quo autē cum nescirē vbi pernoctē: que diē fuge vigesimaquita sub-secuta est: essem videre visus eū placētie agere inter milites quos-piam: postridie eius diei inscēso equo cū duob⁹ famulis versus Placētiaȝ iter capio quo cū ad biduū peruenio: incido nō longe a poꝛta vꝛbis in Floꝛiū quendā Mediolanēsem cognomēto Nouatinū: qui cū filius Marius vna eq̄tabat. Floꝛius cū pꝛimū me vidisset equo descēdit. Et me honoꝛifice salutato: dixit putare se nullā michi fecisse iniuriā q̄d meum filiū eripuisset ex perditoꝛū quoꝛūdā militū manib⁹ eo sane cōsilio: vt eū ageret ad Antonellum Arcimboldū qui michi ob clarissimū iure cōsultuȝ Nicolaū arcimboldū fratrē suū meiq̧ amātissimū vehemēter foꝛet affect⁹ ob idq̧ nō secus fili⁹ meus ei carus futur⁹ esset atq̧ michi patri. Egi hoī gratias vt par erat: filioq̧ recepto Placentiā sum īgressus paulo supꝛa meridiē ea mēte: vt reliquū eius diei: qm̄ foꝛem ex itinere fatigat⁹ ꝓsumerē in Cauponula quo diuerterā. Uenit ad me vesperi salutatū Petr⁹ platea q̄ ea in vꝛbe ꝓ inclito Mediolanēsiuȝ duce Philippo maria ciuitati pꝛeest. Qui vbi m̄lta mecū et familiarit et ꝑhumane locut⁹ est q̄siuit q̄ hoꝛa vellem in posterū diē Mediolanū petere: cui cū respōdissem nō esse me ꝑ id tp̄is Mediolanū petiturū: sed bononiā potius repetiturū et ad ꝓximas dein vacationes studij iturū Mediolanū: institit ille multis rōnibus ne pꝛius Bononiā reuerterer q̄ⱥ issem ad Philippū mariā ducē ⁊ visendi ⁊ salutādi gratia: ab quo certo futuꝝ sciret: vt et libēter exciperet ⁊ honoꝛifice. Quare cuȝ eius verbis colligerē opoꝛtere me oīo ire ad pꝛincipē necessitatē in voluntatē verti. Jtaqȝ nudiusterti⁹ Mediolanū sc̄da hoꝛa noctis īgressus sum itinere facto ꝑ agrū Ticinēsem. Hodie nō multo post meri-diē adiui pꝛincipē ab quo tanta cū humanitate ac taȝ honoꝛifice sum except⁹: vt me oblitū mei pene reddiderit: nō tn̄ quod ob eā rem insolētioꝛ factus sim q̄ⱥ antehac cōsueuerim. Quin potius cū tanta me honoꝛatione indignū existimo: facit vt mecū ipse cogitem quid nam facere me opoꝛteat: vt quā habet de me opinionem ea se non fallat omnino. Ceterū et hec ⁊ alia pleraqȝ omnia pꝛopediem vna cōmentabimur. Uale ex Mediolano. vj. nonas mayas. M. cccc. xxxviiij.

¶ Franciscus Philelfus Aloysio Crotto salutē.

q Uo diutius hic sum eo serius ad vos redibo. Jtaqȝ rogo te vt ab humanissimo nostro pꝛincipe michi facul-

tatem abeundi exores. Nam hic a me agitur nichil: et familia mea me absente non potest Bononie nõ agere incõmode. Vale Mediolani ex Cauponula ceruie idibus Maijs. M.cccc.xxxix.

Franciscus Philel. Gerardo Lãdriano cardinali Comẽsi sal.

Adhortationem tuã pater modestissime libenter admitto et si michi habẽda ratio est nõ fidei min⁹: q̃ȝ grauitatis. Quo fit: vt eque nolim iiusticie accusari: atqȝ leuitatis. Bononiẽsi reip. sum obstrict⁹ annuo docẽdi munere. Cui me satisfacere oĩo oportet si volo is esse qui debeo. Itaqȝ rogo te atqȝ obtestor vt michi iam tandẽ abeundi veniã impetres ne dũ apd̃ vos grauitatis laudẽ cupio: habear apud Bononiẽsis et iiustus et leuis. Non enĩ te fugit fundamẽtum iusticie fideȝ esse qua sublata oẽ iusticie munus corruat necesse est. Vale mediolani ex cauponula ceruie. x. kal. Junias. M.cccc.xxxix.

Frãciscus Philelfus Raphaeli fuscherario salutẽ

Quod diutius distuleriȝ meũ ad vos reditũ: nulli culpe michi ascribitote. Nam ego iãpridem hinc soluissem si liber esset padi trãsitus. Sȝ cũ id sine litteris ducalib⁹ nemini liceat: atqȝ eas in hanc diẽ exorare nequiuerĩ factum est vt serior fiat mea hinc abitio. Quid autẽ sit in causa nõ intelligo. Quotidie michi a principe rñdetur q̃ȝprimum se michi morẽ gesturum Sed hmõi q̃ȝprimum nõdum vsqȝ apparuit. Qui apud principẽ et auctoritate valent et gratia me monẽt ne sim iportunior. Non enĩ temere fieri. Itaqȝ meipsius sum nescius. Non desistã tamẽ oĩs obtũdere: q̃ principi assistũt donec liberã abitionẽ impetraro Interea vero tp̃is commẽdo tibi familiã meã: siquidẽ arbitraris me functurũ egregie meo erga te officio. Vale ex mediolano pridie kal. iunias. M.cccc.xxxix.

Frãciscus Philelfus Alberto Zancario sal.

Ego mi alberte ad triduũ hinc soluã et ppulchre q̃dem et pbenigne ab hoc hũanissimo p̃cipe: tũ donat⁹ tum honorat⁹. Lrãs tuis occlusas mee dilectissie Chrysolorine cõtinuo reddito. Vale ex mediolano. v. ydus iunias. M.cccc.xxxix.

Frãciscus Philelfus Guarnerio castellioni iurecõsulto ducaliqȝ senatori salutẽ plurimã dicit.

Si mediolani pridie nõ ruri fuisses: cũ istinc esseȝ bononiã rediturus plurib⁹ tibi corã respõdissem qd̃ nunc paucis feci. Erã enĩ iam fere ascẽsurus equũ. Petieras enĩ ab me tu quotuplicit essentiã putarẽ accipi oportere. Ad qd̃ tibi cũ essem respõsurus: accersit⁹ a p̃cipe oĩ meo sermone inexpolato ex ocul' tanq̃ȝ

euanuisti. Accipe igit rem cōpendio. essentiā quā,τ
vsian greci et latinoꝝ eruditissimi substantiā noīant trib⁹ modis accipiēdam existimo. Nam et materiā τ formā et qđ ex vtraqꝫ cōstat: substātiam dicim⁹. Hoꝝ autē triū materia quidē quā hylen greci dicūt est potētia q̄ a grecis vocatur dynamis: forma vero qđ ydos grece noīatur est ꝑfectio que ab Aristotele dicta est nouo noīe entelechia. Quod autē constat ex vtroqꝫ vocamus hoc quiddā et quod iam cōpositum est. Ego iam iter ingredior. Uale. τ me nostro inclito principi assidue redde commēdatissimū. Ex placētia pridie idus Junias. M.cccc.xxxix.

Frāciscus Philelfus Alberto zancario salutē.
QUEst a te sane prudēter factum qđ michi ex itinere fatigato lac coagulatū miseris. Egebā enim istiusmodi refrigeratiōis gn̄e. Itaqꝫ nō minus te laudādum existimaui perinde atqꝫ egregiū coagulādi artificē quendā q̄ꝫ Aristeus fuerit a priscis arcadib⁹ laudatus. Is eni cum in arcadia late regnasset quo sibi maiore beniuolētia arcadas deuinciret permulta: vt erat princeps nō somnolētus et obtusus: sed acri strenuoqꝫ ingenio: et excogitauit τ adinuenit que ad cōmunē hoim vel vtilitatē vel voluptatē accederent. Quare is omniū primus cum apum atqꝫ mellis: tum etiā lactis vsum ad coagula inuenit et hoibus tradidit. q̄ꝫuis mellis auctorē Naso affirmet liberū patrem extitisse. Tuum rus igitur nō possum non amare: cuius cōsuetudine id te video assecutū: vt ad vrbanas lauticias ruralem fecunditatē adiungas. Nam cum lac solū ex oībus cibis ad hominis naturā sit satis: tum idem coagulatū delectat etiā plurimū. Quod aūt scire vis qđ egerim apud excellentissimū principē Philippū Mariā cum in presentiā veneris omīa narrabo tibi. Uale ex mediolano xvj. kal. iunias. M.cccc.xxxix.

Frāciscus philelfus Frederico cornelio salutē
QUem nunciū de tuo fausto feliciqꝫ ꝯiugio nunc primū audiui. Is me ꝑfecto plurimū delectauit. Neqꝫ eni te latet q̄ꝫ ego persepe tecū sermonē multū habuerī3 presens: et q̄ꝫ frequēter etiā absens te scriptis meis: tū blādius: tum seueri⁹ ad coniugiū sum hortat⁹. Qđ certe faciebā nequaq̄ꝫ inductu patris tui grauissimi et clarissimi viri: vt tibi tu ꝑsuadere videbaris. sed qm̄ tibi bene esse cuperē. Nam cū duo sunt viuēdi gn̄a lege cōstituta: alterū celibat⁹: alterum matrimonij: qui horum neutrū ada marit: haud satis in magna ꝟsatur laude. Fecisti igit recte qđ et

paterne volūtati morē gesseris: et tue florētissime reipu. cōsulueris: quippe q̄ in filijs procreādis seminario reipu. satisfacies: et ordinē illum senatoriū reddes etiam ampliorē. Ceterorum que tibi precepta seruāda censeam: paucis accipe. Et omniū primū hoc vnū tibi aio insideat volo. Cetera sacramenta esse humana lege more q̄ constituta: at matrimoniū solū diuino ore et inuentū esse et imperatum: atq̄ id quidē non in Egypto per Vulcanū: non in attica per Cecropa: nō Rome per Romulū: sed in horto illo delitiarum vbi primis parentibus precepit deus omnipotens vt crescerent ac multiplicarētur terrāq̄ replerēt. Quod aūt et deo auctore et in paradiso: et in nostris primis parētibus inuentū est sacramētū et tanq̄ lege sancitum: quāta cū animi integritate et inocētia nobis tuēdum sit: vides presertim q̄ triplicia illa bona matrimoniū pre se fert: que maxime expetūtur in vita: honorem: vtilitatē: voluptatem: vt eni in societate ciuili nichil est adulterio neq̄ turpius: neq̄ perniciosius: ita coniugij sanctitate nichil honestius: nichil vnde maiora emolumēta bonaq̄ proueniant. Quot adulterijs inuoluti vel patrimonia consumpserint: vel patriam perdiderunt: vel perierunt ipsi? At in cōiugij felicitate omnia sunt secura: omnia fructifera: oīa plena iucunditatis. Qui amor vel diuturnior: vel dulcior: q̄ q̄ virum vxoremq̄ cōiunxerit? Que amicitia verior esse queat: q̄ que mutua et corporum et aiorum beniuolētia cōiuges deuinxerit? Tu michi ex oī hoīm etate tria: aut quatuor: aut ad summū q̄nq̄ amicorum paria in mediū referas: qui amicitie sibi nomē vēdicarint: qualis extitisse greci volunt Theseū et Perithoū: Orestem et Piladē: Achillē et Patroclum: et Phytyā et Damona: et vltimos Epaminundā: et Pelopidam. At horū nemo se amici cā interemit. Quid eni morte horribilius? At vir clarissimus. T. Gracchus tāta est amoris vel sanctitate: vel vehemētia cōiugale munus prosecutus vt vltro ipse mori sustinuerit: quo vxor Cornelia superstes foret. Quid eni meminero Quintum Plaucium: qui cum primū audijsset vxoris obitum: pectus suum transfixit gladio. Cunq̄ domesticorū interuentu ne quod perpetrare esset aggressus: perficere potuisset: paulo post quod vulnus fuerat alligatū scissis fascijs soluit: et eo īmiti dextra constantiq̄ diuulso mortem sibi cōsciuit. Et. M. item Plācius ob horestilie quoq̄ vxoris obitū que illum sociorū classē sexaginta nauiū in Asiā reducentē ad Tarentū vsq̄ psecuta: morbo est oppressa: inter eius osculande vngendeq̄ officiū: tantum potuit coniugal' amoris charitas: vt districto gladio incūbens vitā deseruerit. Nec minoris vires cōiugalis amor ōndit i portia Marci

Catonis vticēsis filia:que vbi primū accepit. M. Brutū virum suum apud philippos victū atq3 interēptum:ardentis carbones hauriens:qm̄ ferri ptās omnis surrepta esset:e medio sese vltro su stulit. Ut aūt ceteras nobilissimas feminas breuitatis grā missas faciam:quis lacedemonias illas nō maiorē in modū admiretur: summisq3 laudibus ꝓsequi studeat:que exorato a custodibus in carcerē aditu ad viros minias:extremo spiritu alloquendos quos Lacedemonij noctu morti destinarāt:ꝑinde atq3 regnū affectātis:cōmutatis cū illis vestib⁹ velatisq3 capitibus ꝑ doloris simulationē:eos abire passe sunt:sese vltro morti exponentes. Quid Elissa Dido:Nōne vt extincto viro fidē pudicitiamq3 seruaret:ī ardentissimū rogū se ꝓiecit? Nā Artemesia regina carū viri mausoli obitū tāta tulit acerbitate vt nō cōtēta illō edificasse monumētū Alicarnassi ī perpetuā illi⁹ memoriā:qđ inter septē orbis terre miracula nobilissimū numeratur:verꝫ etiā ex ei⁹ caluaria facto poculo se viri sepulchrū et haberi et eē voluit:vtpote que illius corpus in puluerem versū paulatim totū ebiberit et assiduis fletib⁹ doloreq3 cōfecta:ꝑ tabē e vita discesserit. Sancta est ꝑfecto pene q3 incredibilis matrimonialis beniuolentie charitas:quā qui caste impolluteq3 seruarint digni habēdi sunt:de q̄bus nulla posteritas conticescat. Nam vtilitas quanta ꝓueniat ex coniugio:q̄d attinet predicare? Ut em̄ ē prudentis patrisfamilias augere quotidie substantiam suā quantū honestas patitur ita diligentis atq3 frugi matrisfamilias mun⁹ est eā domi et dirigere ꝛ tueri Q̄ đ vbi fit:patrimoniū indies magis atq3 magis āplificaꝛ Et est sane matrimoniū viri mulierisq3 cōiunctio scđm legē ob ꝓcreādos liberos. Nō em̄ ad lasciuie illecebras titillātisq3 voluptates institutū est m̄rimoniū:sed vt regn̄ationi generatio preparetur ob eā scilicet rōnem matrimoniū noīatū:qđ iccirco mulier debeat viro nubere:vt mater fiat. Debet inq̄ dec⁹ matrimoniale id officij pre se ferre:vt et rē domesticā regat:ꝛ liberos suscipiat. Nā hīc subsistit hūani generis ꝓpagatio amicabilisq3 societas. Et coniugij q̄dam bona triplicia esse volūt:fidē:ꝓlem:sacramentū. Atq3 fidei q̄dem est:ne preter copulā coniugalē:aut cū altera cōcubatur aut cū altero:sed vt eque vir sua vxore cōtentus sit atq3 vxor viro: qđ tum certe fiet:cum pari se charitate prosequentur. Ad quam quidem rem haud scio:an vxor longe q̄ vir debeat esse propensior. Nam si pudorem mulier pudicitiamq3 amiserit:quid reliqui habeat in se boni:non intelligo. Quam me delectat Tertie Hemylie Africani superioris vxoris precipua illa fides et egregia charitas:qua

in virum vsa phibetur. Hec em̄ non modo equo animo pertulit viri adulterium in ancillulam dum esset in vita: sed eam quoqz post illi⁹ obitū libertate donatā liberto suo in matrimoniū dedit. Quāta vero equanimitate splēdidissimū cōtinētie exemplū Liuia Tiberij atqz Drusi mater erga virū Augustū fuerit: et grece et latine decantāt historie. Volutabatur enī Augustus p oēm incōtinētie feditatē. Qd si pari fidei sanctitate se cōiuges adamarint: nulla huiusmodi labes matrimoniū polluat. In ꝓle vero aliud ē matris: aliud patris officiū. Debet enī liberos mater cū charitate suscipere: benigne alere: religioseqz educare. Pater aūt illud meminisse duo esse hominū genera: alterū doctū et vrbanū: alterū indoctum et rusticū: et hoc quidē pecudū esse similimū: illud vero non diuinū minus: vt ita dixerim: q̄ȝ humanum. Est igitur officiū boni patris filios ijs instituere disciplinis: que libero homine digne sunt quo non indocti et rustici: sed et doctissime eruditi elegantesq̄ȝ videantur. Velim hac in re mi frederice ad teipsum oculos mētemq̄ȝ cōuertas. Teqz ac ceteros equalis tuos diligentius despicias: consideresq̄ȝ quantum inter te et illos intersit. Nonne cum aliquid more tuo loqueris et grauiter ⁊ diserte te omnes taciti admirantur ac sese ignauie inertieq̄ȝ accusāt: qd nichil sciāt qd quid a se dici et qui dici oporteat: ignorarint? Itaq̄ȝ alij parentes incusāt qui nullam gesserint curam sui: alij seipsos accusant: q̄ tempus p secordiam et desidiam labi passi fuerint. Quo fit: vt et honoreris ab equalibus tuis: et a maioribus natu mirifice lauderis. Tuū igitur fuerit: cum primum a matre liberos acceperis: eos erudire ijs artibus: quibus et sapiant recte: et bene perpoliteq̄ȝ loquātur. Nō enim te preterit: quantam vim habeat copia ornatusq̄ȝ dicendi: si ab ingenio proficiscitur et composito et bene morato. Qd autem ad sacramentum attinet: ea coniugibus cura vel maxima est adhibenda: ne diuortium fiat: ne dimissus dimissaue causa prolis alteri coniugatur Sanctum inquam et impollutum matrimonium esse debet. Qd vt in omni vita mutua dilectione tueamur: illud est preceptum nobis assidue memoria repetendum: nec maritum habere potestatem sui corporis: nec item vxorem sui esse arbitrij: sed vtrunq̄ȝ alteri pari quadam charitate obstringi ad procreandam prolem: cum neutri liceat continere sese: vbi alteruter nolit. Quo quidem iure et hic vxoratus et hec maritata non recte modo sed et latine et eleganter dicitur: Ita inq̄ȝ coniugatos esse oportet: vt sui similes gignant. Et id sane fit non solum hominū

institutis: sed naturali etiã quadã lege. Sic eñ et arbor arborẽ generat: et seges segetem: ꝛ animal ex se animal. Itaqꝫ omni est opera diligentiaqꝫ studendum: ne quid in precellentia maritali: non agatur modo: sed ne cogitetur quidẽ quod ab eius decoro deoqꝫ abhorreat. sed omnia et pudice gerantur ꝛ pie. Idqꝫ eo magis curãdum est: quod in bene cõuenienti coniugio situm veluti seminarium est quoddam florentissime ꝛ pacatissime reipublice et eius quidem reipublice que censetur optima. Scimus enim tria esse genera administrande ciuitatis: populi: optimatiũ: regis secundum triplicem societatem rei domestice. Heri et serui: patris et filij: viri et vxoris. Et hec quidem societas regiam que prestat ceteris repñsentat. At patris et filij eam que dicitur optimatium. Nam populi principatus eque habet: atqꝫ heri et serui. Et vester quidem reipublice status ita ex optimatibus constat: vt a regio differat nichil. Eum enim dignitatis locum dux apud vos tenet: quem apud Lacedemonios rex solebat. Sed hac de re alias. Nec illud michi videtur pretereundum quod apud lacedemonios Lycurgi legibus constitutum legimus. Is enim cum eos qui nubere voluissent spectaculo interesse gymnicis in ludis prohibuisset: addidissetqꝫ preterea eam ignominiã vt honore illo atqꝫ obseruantia que a iunioribus prestabatur in consessu senioribus priuarẽtur. Lege tamen cauit ne vir vna cum vxore in eodem cubaret lecto et id quidem quo plurimũ diei cum equalibꝰ vna esset ac noctis quiesceret totas: cum sponsa vel ad procreandos liberos et clam congrederetur et cum pudore. Quod ea etiã ratione Lycurgus constituit quo et corporibus melius valerent vtpote que nimio coitu languescunt atqꝫ egrotant: et amor coniugalis assidue recẽsior redderetur: et partus ipsi robustiores fierent. At ipse tecum rem hanc non ita ad vnum reseco. Sed illud sane te admonitũ velim nimiũ istiusmodi cum vxore cõgressum nõ solum esse perniciosum et ad vires ꝛ ad bonã valitudinẽ: verũ etiam ad procreãdos mares. Nam quo est semen calidius: eo est ad maris filios procreandos accommodatius. Quare vsu fieri videmus vt senes magis q̃ iuuenes gignant mares. In causa vero id esse puto ꝙ senes rarius coeunt q̃ iuuenes. Hinc fit vt quod natura in iuuentute potentius est id nimio veneris vsu reddatur frigidius: et ob eam rem ad marium procreationem imbecillius. Sed hec tu pro tua prudentia moderabere. Ceterum tibi maiorem in modum gratulor qquod eam duxeris vxorem

cui nichil desit ad cõiugij dignitatẽ. Duxisti enĩ puellã tũ probã et pudicã: tum etiam pulchrã ac nobilẽ et cum dote nõ vulgari. Quo fit vt vix sciam vtri magis gratulandũ censeã sponse ne an tibi. Nam et ipse in tua republica virtutis prestãtia cedes nemi et bonitate forme nõ mediocriter viges: neqꝫ deteriore Corneli⁹ es genere q̃ꝫ illa Contarenea: nec minus q̃ꝫ illa opulẽta. Efficiat igitur deus optim⁹ maximus: vt propriuꝫ sit vobis matrimoniũ vestrum ac idem fecũditate liberoꝝ et iucundũ ꝛ felix. Vale ex Ticino ydibus octobribus. M.cccc.xxxix.

¶ Francisc⁹ philelfus Aloysio crotto salutẽ.

AD sextuꝫ ydus octobres Ticinũ huc perueni: vt ex nostro Catone sacco eloquẽtissimo iurecõsulto accepisti Itaqꝫ per tuas litteras certior fieri cupio q̃d facere me oporteat: Nam ego hinc prius pedẽ nõ mouebo q̃ꝫ consiliũ tuum audiero Vale ex Ticino. xvij. kal. nouẽbres. M.cccc.xxxix.

¶ Frãciscus philelfus Saxolo pratensi salutẽ.

QUe tibi ex bononia ob subitã abitionẽ meã respõdere nõ potui. Nam cũ inde soluerẽ reddite michi sunt littere tue: nunc ex Ticino verbis paucis respondi tibi. Petis enĩ qua rõne scurre sint apud grecos bomolchi nominati. Et item qui apud nos sunt: quos greci olechinus vocãt et que loca essent: q̃ Athenis Cycli hoc est circuli appellabãtur. Bomolochos proprie illos greci dicebant qui sub aras in sacrificiis sedere consueuerũt ita noĩatos ab ara: qui bomos vocãtur Lochin q̃d insidiari significat: q̃m ad aras insidiarẽtur vtpote q̃ cum assentatione eff lagitarẽt. Quãobreꝫ et qui sacrificiis suscipiũtur tibicines et vaticiniũ profitẽtes bomolochi vocabãtur. Ex huiusce autẽ rei translatione: bomolochi etiã hi dicti sunt qui apti ac faciles atqꝫ iidẽ humiles oĩa lucri gratia ꝑferrent iocãdo cauillandoqꝫ. Et hi quidẽ apud nos scurre appellãtur. Homines sane inepti atqꝫ contẽnendi: qualis est hoc tẽpore apud florẽtinos Nicolaus nicolus et Poggius bambalio q̃ vt sumptuosiorib⁹ cenis intersint a nullo sese scurrilitatis gñe continẽt. Qui vero a greci Olechinus est appellat⁹ crustis et spinis tectus petrisqꝫ assuet⁹: hunc nostri remorã vocant aquatile animal admodum breue in quo tanta inest tamen nature vis vt nauium pernicius iter facientem eius carine inherens adnixusqꝫ retineat ac remoretur ob eãqꝫ rem et a grecis Olechinũ et a nostris remorã nominatum. Habeturqꝫ istiusmodi animal amatoriis veneficiis ĩfame litesqꝫ

atq; iudicia dicitur remorari: grauidarũ fluxus sistit vtero ac partus ad puerperiũ continet. Et id tamen in cibum addi prohibet: vt Plinius refert. Huic spina est parua et oua amara ad quinq; numero: at ora in medio corpore atq; in terram versa. Preterea Olechino pedes esse Aristoteles asseuerat: vtpote cui penne pedum instar locate sint quanq; alij sunt qui dicant eos spinis vti pro pedibus: et ita ingredi vt in orbem voluãtur. Itaq; detritis sepe aculeis iueniri. Nam quoniã futuros maris estus seuiciãq; presaginat: hos correptis se lapillis operire: vt eo pondere stabiliatur mobilitas et ita spinas volutatione atterere. At mutianus muricẽ esse tradit purpura latiorẽ: cui rostrum neq; asperum est neq; rotundum neq; in angulos prodit: sed simplicem concham esse autumat que vno latere sese colligat. Trebi⁹ vero niger. L. Luculi familiaris scribit hunc piscem haud esse pede longiorẽ: neq; digitis quinq; crassiorẽ: cuius ea sit vis vt et nauis ventorũ flatibus plenas sistat: et in sale si fuerit asseruatus: aurum quoq; qui in altissimos deciderit puteos vbi admot⁹ sit extrahat. Hui⁹ etiam Lucanus meminit libro sexto sue pharsalie inquiẽs. Non puppim retinens euro tendente rudentes. In mediis olechinus aquis. Huius meminit Theophrast⁹ libro quarto de huiusmodi animalibus: vbi dicit echinorum tris esse species ex quibus olechinos et magnitudine ⁊ crassitudine ceteros prestare. Et est sane Olechinus quẽ meminimus dictio quadrisillaba. At echin⁹ dictio trisyllaba est suauis esu et paulo minor olechino. Cuius etiam Juuenalis meminit inquiens. Ostrea callebat primo deprendere morsu. Et semel aspectu dicebat littus echini. Preterea echinus apud grecos significat terrestre id animal: cui est apud nostros hericio nomen quod ipsum ab herendo deductum est et eque spinis hirsutus est atq; maritim⁹ echinus. At circuli quos queris ad postremum Loca erant athenis vt Dinarchus contra Calleschrũ ostendit vbi aliqui veniebãt. Id autẽ nomen tractu; est a circulari circumsistentia vendẽdorum. Quare menander in ephesio ait. Itaq; ego michi videor per deos imortalis in circulis videre meipsum indutum currere circum ac venire. Habes a me paucis que petieras. Uale. ⁊ Leonardum nostrum arretinũ eruditissimum et eloquentissimum virum nomine meo saluere iube. Ex Ticino kalendis nouembribus. Millesimo quadringẽtesimo .xxxix.

¶ Franciscus philelfus Joanni ferufino iureconsulto et ducali iusticie consiliario salutem.

NIsi te ⁊ amē et plurimi faciā sim apprime ingrat⁹ vt-
pote qui dilucide perspiciā mea tibi omnia cure esse.
Consiliū autē incliti nostri principis nō admitto solum: sed etiā
laudo vt par est: proboq̃ʒ vehemēter. Itaqʒ tātisper hic manebo
donec per eius litteras ītellexero ad quod sim tempus ad vos itu-
rus. Nam habitā esse diligentē rationē rei mee pecuniarie vt mi-
chi plurimū conducit: ita voluptatis plurimū affert: vel ea rōne
qd ne cogitante me quidē princeps nō sapiēs minus ꝙ munifi-
cus ac benignus: ita de me consuluit vt nō sim in exigenda pecu-
nia vsurus alienis suffragiis: sed constitutis tēporibus ex certo
loco michi satisfactū eat. Quare vt ei meis v̄bis gratias habeas
imortalis: te maiorē in modū rogo. Vale ex Ticino. iij. ydus no-
uembres. M.cccc.xxxix.

¶ Francisc⁹ philelfus Ioāni antonio brixiano sal.
VEsperi michi reddite sunt littere tue: itaq̃ cras ad vos
ibo. Nam ante id tempus hic soluere nō licuit: cuʒ michi in hanc
diem nullus sit equus. Itaq̃ ignosce breui mee huic more. Vale
ex Ticino. v. kal. decēbres. M.cccc.xxxix.

¶ Frāciscus philel. Catoni sacco iurecōsulto salutē.
HOrtare Chrisolorinā meā ne miretur: ꝙ hic diuti⁹ ꝙ
arbitrabar expecto. Nam ita est opus facto quo nobi-
lissimo huic principi morē geram: et id quidē in rebus nō paruis
aut cōtemnēdis: sʒ et maximis ⁊ preclaris. Itaq̃ vt bono animo
sit: domūq̃ bene gerat eam pro tua prudētia etiaʒ atq̃ etiam ꝙ-
diligētissime adhortare. Vale cū pudicissima vxore tua. Ex Me-
diolano pridie nonas decembres. M.cccc.xxxix.

¶ Frāciscus philelfus Honofrio stroce salutē.
QUod fortassis apud vos nōdum increbruerit: ego apd
hunc prestātissimū principē Philippū mariā ex illis
ethruscis turbulētissimisq̃ fluctibus tanꝙ in tranquillū atq̃ se-
curū relique vite portū me recepi. Ubi oīa michi affatim sunt
oblata que nō solum ad emolumenta: sed ad dignitatē attinent.
Utinā michi liceret tecū omnia libere commētari: que ⁊ ipse vel
lem et tua nosse interesset. Sed tēporum est habenda atq̃ hoim
ratio. Nec enim me latet vbi locorum es: et ꝙ tibi cauēdum sit.
Itaq̃ feram equo animo desideriū meum. Ceterum illud vnum
nō reticebo principē hunc meum et patri tuo clarissimo viro et
tibi de vobis omnib⁹ optare oīa pro voluntate vestra atq̃ nichil
magis cupere ꝙ in oībus rebus vobis peregregie prodesse. Tu
si quid est quod a me velis: fac vt sciam et factum puta. Vale ex

Mediolano nonis decẽbribus. M.cccc.xxxix.

Franciscꝰ philelfus Joanni antonio brixiano sal.
Renunciabis principi nostro que michi mandarat: non minore diligentia ꝙ̃ fide me persecutum esse: speroq̃ futurum vt ad paucos dies certi aliquid afferatur. Id cum erit continuo ad vos ibo. Interea temporis nullum officium pretermittam. Uale ex Ticino. v. ydus decẽbres. Millesimo quadringentesimo. xxxix.

Franciscus philelfus Joanni aurispe salutẽ.
Tu semper aliquid petis: inseruis autẽ raro. Quid hoĩs sis ignoro. Petis a me Diona prusaensem quem equidem dabo ad te propediem ea lege: vt eum aliquãdo patiaris ad nos redire. Ibit enim codex ille ad te mutuo: non dono. Quamobrem facito: vt ex cõmodo tuo nichil michi tandem incõmodes Tuscanellam nostrum opto bene valere. Uale ex Ticino idibus decẽbribus. M.cccc.xxxix.

Franciscus philelfus Petro ioanneto philosopho ac medico salutem.
Rogo te maiorem in modum: vt meum virgilij codicem ac item commẽtatorem Seruium cures ꝙ̃primum Bononiam perferri et Alberto zancario communi amico nomini meo reddi Id quod in hanc diem non fecisse te nõ possum non mirari. Nec enim debes oblitus esse: et quid michi cum istinc abirem coram receperis: et quid postea ad te scripserim. Fuerit igitur officij tui ne diutius litteris meis sollicitere. Idq̃ vt facias abs te nõ peto solum: sed etiam contendo. Uale ex Ticino. xv. kal. ianuarias. Millesimo. cccc. xxxix.

Franciscus philelfus Alberto zancario salutẽ.
Litteras meas ad Petrum Joannetũ illustrem philosophum ac medicum: vt ei reddendas Sene diligẽter cures: etiam atq̃ etiam a te peto. Facitoq̃ vt per tuas quoq̃ litteras intelligat desiderari officium suum in restituendis michi codicibus meis et Uirgilij et seruij. Tu rem omnem tenes: verum quod peto eo scribito accuratius et grauius quod vereor eius liberos esse in causa: quo minus mei codices ad me ierint. Nam ille et vir bonus est et amicus. Mea hic omnia et secunda sunt et leta. Nam et huic nobilissimo principi sum carissimus et ceteris omnibus: qui auctoritate et dignitate valent admodum iucundꝰ Uale ex Ticino quindecimas kalendas Januarias. Millesimo quadringentesimo. xxxix.

¶ Franciscus Philelfus Catoni sacco iureconsulto salutem.

INstitueram hodie redire ad vos: sed iussu principis ante diem tertium hinc mouere pedem nō licet. Itaqꝫ monebis vxorem Chrysolorinam ne quid miretur turbetur ue ꝙ minus ad diem constitutū istuc reuerterim. Principi enim parēdum est. Uale ex mediolano pridie kal. ianuarias. Millesimo. cccc. xxxix.

¶ Franciscus philelfus Petro michaeli equiti aurato ac iureconsulto salutem.

CUm y done⁹ esset oblatus nūcius cui meas ad te lr̄as darē: visus es admonēdus id qđ fortassis haud ignoras te apđ hunc humanissimū principē nostrū valere auctoritate plurimū. Itaqꝫ tibi opera dāda est vt bene ꝓmerearis. Qđ si feceris ꝑmagnū es fructū cōsecutur⁹. Reliqua tu corā ex hoc isto nūcio cognosces. Non eni oīa cōmittenda sunt litteris. Uale ex mediolano pridie kal. ianuarias. M. cccc. xxxix.

¶ Frācis cus philelfus Catoni sacco iurecōsulto sal.

HEsterno vesperi cū vniuersi aulici ꝑmagnaqꝫ nobilitas esset in arce principis Cesarei hui⁹ nostri in cenaculo cui est viridi cognomētum: celebrata est ānua illa pompa cōmen dandi trunci vulcano: pricipe ipso nō presente modo: sed solēne etiā festum imprimis agitante ornāteqꝫ. Hoc autē mane qui pri mus est ianuarij dies: cum primū illuxisset oēs in eandē arcē ⁊ in idem cenaculū conuenim⁹ et inde perpauci: quorū ipse numero sum ascript⁹ in cenaculū sumus accersiti: qđ nobiliū appellatur. Hic tandiu expectauim⁹ donec prādisset princeps. Prandet enī semper in aurora: aut etiam aliquāto prius interdum. Nam qui paucissimi est somni antelucanū tempus nunqꝫ eum offendit in lecto. Amota vero mensa cōtinuo donata est vniuersa nobilitas auliciqꝫ oēs quotqt in vtroqꝫ cenaculo operiūtur variis mūerib⁹ ꝓ dignitate cuiusqꝫ ⁊ gratia apud principē. Dona sunt oīa anuli aurei cuꝫ gēmis aut piropis aut adamātibus. Ego pulcherrimo anulo cū adamāte in pyramidē surgenti donat⁹ sum: et eo quidē nō mediocris precij. Hunc qui preciosior sit et melior: in auri me tallis inueniri volunt. Esseqꝫ primum omnium repertum in his metallis que in ethiopia sunt inter Mercurij delubrum: quem greci hermen vocant: et Meroen insulam qui maior non sit cucumeris semine: habereqꝫ tantā in se vim vt iuxta magnētem positus ferrum ab eo abstrahi non patiatur: aut abstractū ad sese rapiat ac tanqꝫ auferat. Sunt preterea adamātes

aliis in locis reperti: vt in India q̄ eque sit magnus ac nucleus auellane cui siliis est qui nascitur in Arabia: sed aliquāto minor. Reperitur etiā adamas in macedonia in Philippico auro olim inuētus: qui cucumeris semini ē par magnitudine vt alter ex añ dictis adeo paru⁹ est vt milij magnitudinē nō excedat: a q̄ etiam nomen accepit quippe q̄ cencros sit appellat⁹. Habetur alter in Cypro qui colorē aureū rep̄sentans: in medicamine plurimū vz. Est etiā adamas cognomie siderites: quod ferrei sit splēdoris: ceteris adamantiū generibus ponderosior: sed dissimili natura vtpote qui et frangatur ictibus ⁊ adamāte alio pforetur: eo qui cyprius est. Et cū preciosior adamas et igni sit et ferro indomitus adeo vt adamas appelletur. cedit tamē hircino sanguini. hoc eñ si recens calidusq̄ fuerit: macerat⁹ et ictibus tandē cedit et incudibus. Voluntq̄ in adamāte tantā inesse vim vt et venenis vim auferat: et lymphationes metusq̄ vanos ambigat atq̄ expellat ex hominū mētibus. Sed hec de adamante fortasse pluribus q̄ꝫ oportuit. Cetera cū venero inter nos commētabimur. Nam ego michi videor fortunatissim⁹ q̄ꝫ huic me diuino principi sentiam esse carissimū. Plura eni sunt que nō recte litteris cōmittantur. Cras ad vos redibo. Vale ex mediolano kal. ianuarias. Anno a natali christiano. M. cccc. xl.

Francisc⁹ Philelfus Bornio sale iureconsulto sal.

Desideriū de me tuū me nō iniuria plurimū delectat. Est eni plenū amoris p̄cipui erga me tui. Sed velim scias mutuū esse amorē nostrū planeq̄ singularē. Non. n. magis me desideras q̄ꝫ desideraris a Philelfo. Dij malefaciāt factionibus vestris quib⁹ diuina oīa hūanaq̄ cōfundūtur. Jam iterū ad vos iui eo sane consilio vt a vobis nunq̄ꝫ decederē. Sed nescio qua vel hominū peruicacia vel fatali astro sit factum: vt bis inciderim in atrocissimas vestre reip. ꝓcellas atq̄ tēpestates. Musis inter arma nusq̄ꝫ bene consultū est: sed Bononie longe periculosius. Itaq̄ habēda nobis fuit ratio et dignitatis ⁊ quietis. Ego iussu principis mei adhuc ago Papie ad paucos dies Mediolanū petiturus cū vniuersa familia. Ubi omia michi parata sunt et ad commodum ⁊ ad dignitatē. Vale ex Ticino. iij. ydus Januarias. M. cccc. xl.

Franciscus Philelfus Petro Thomasio philosopho ac medico salutē.

Iam michi integrū nō est vt tuo vtar consilio. Sum eni huic excellētissimo principi obstrictus: non solum fidei

sanctitate quã preterire nõ licet: sed maximis etiã beneficiis quibus si abuterer possez iure igratitudini obnoxius fieri. At emori malim q̃ vlla vel minima inuri nota infamie. Itaq3 rogo te per indissolubile amicitie nostre vinculũ: vt me dignitatis mee rationem habere patiare. Nam quo pacto me amicitia tua dignuz iudicares si forẽ iniustus? Quod si iustitie fundamẽtum est fides: patere equo animo q̃ promissa atq3 cõuenta iuiolate sim seruaturus. Mors ipsa dumtaxat nos ab hoc principe abstrahet. Et meũ in te amorẽ nulla neq3 fortuna nec tẽporum mutabilitas labefactabit. Uale ex Ticino pridie kal'. februarias. M.cccc.xl.

¶ Franciscus Philelfus Aloysio crotto ducali secretario senatoriq3 salutem.

Opportune me reddite sunt exoptatissime littere tue. Nam hic diutius esse non poteram non moleste ferre. Non eni te latet quo fuerim cõsilio ex vrbe Sena primũ: deinde ex Bononia a nobilissimo principe accersitus. Ueniã autẽ cum vniuersa familia omniq3 supellectili Mediolanũ intra quatriduu. Nisi eni istuc qui edis michi cõduceret. Uale ex Ticino iiij. ydus februarias. M.cccc.xl.

¶ Frãciscus Philelfus Alberto Zancario salutẽ.

Ut scias quẽ in locũ missurus posthac sis tuas litteras ego nudiustertius concessi mediolanũ cum vniuersa familia rebusq3 meis omnibus. Estq3 aduentus meus cũ ab hoc prestantissimo principe: tum ab vniuersa repu. exceptus periucunde: adeo vt vnus Philelfus oibus sit in honore. Mirabile dictu est q̃ sum honoratus ab omnibus. Bene cepta secundet deus Quod si fiet nemo me vno neq3 fortunatior neq3 beatior. Uale ex Mediolano ydibus februariis. M.cccc.xl.

¶ Franciscus Philelfus Saxolo pratensi salutẽ.

Scribis mirari te quid stoycis philosophis in mentem venerit: vt cum in iis que corpori sunt fortuneq3 tributa: selectionem posuerint minus ea neq3 bona voluerint: neq3 mala appellari sed altera commoda altera incõmoda. et vt ipsi appellant adiaphora hoc est indifferentia: quod et bene vti illis quis possit et male. Possem hac de re tibi rationes nõnullas ostendere: quas tum ob temporis angustias: tum ob occupationes meas in presentia missas facio. Sed eam tu vnam minime negaueris. Quod sua natura bonum est: eo meliorem hominẽ reddit: quo magis crescit in cumuluz: id quod de omni virtute tam actiua q̃ cõtemplatiua licet intelligi. At com=

moda tam corporis q̄ fortune tanto reddunt homines ad maleficium promptioris: quanto fuerint ampliora. Alios opes ingentes superbos reddunt: alios incōtinentis. Ita regni magnitudo ī tyrannida cōtumeliamqꝫ excedit. Idem de corporis viribus atqꝫ pulchritudine. Idem de iis omnibus dici potest: que vel fortune vel corpori tributa ducuntur splendida. Velim michi aliquem ex his virum bonum ostendas hoc tempore: qui vel forme prestantia ceteros antecellunt: vel diuitijs sunt et potentia alijs ciuibus superiores. Pudet me dicere quod verissimum esse in omnibus fere animaduerti. Et dicam tamen: Non modo vir opibus abundans non est bonus: sed et superbus et contumeliosus. Pulchri omnes lasciui sunt et muliebres. Vale ex Mediolano kalendis Aprilibus M.cccc.xl.

¶ Franciscus Philelfus Antonio panhormite salutem.

IAm ditior factus es: id qđ ea coniectura assequor: qđ te superbie obnoxium facias. Nam dum nichil respondes homini amicissimo tot a me litteris inuitatus: q̄d aliud esse rear in causa: q̄ superbiam? At ne illud te lateat velim: ī quo plus est fortune: in eo minus esse virtutis: Quare tibi cauendum est: ne dum pecunijs diligentius inuigilas negligentiorem te prestes circa ingenij probitatisqꝫ prestantiam. Vale ex Mediolano pridie idus Maias. M.cccc.xl.

¶ Franciscus Philelfus Leonardo iustiniano salutem.

HOrtationē tuam et si bonam in partem accipio: eiusmodi tamen est: vt ea hoc tempore vtendum non sit. Nō es em̄ nescius decere prudentem virum temporis haberc rōnem. Itaqꝫ rogo te: ne q̄d posthac eiusmodi ad me scribas: qđ iure queat reprehendi. Preterea cum omnibus in rebus: tum in promissis seruanda est constantia Quid enim leui homine magis contemnendū? Ingenium tibi meum iampridem cognitum esse oportet: quippe qui et intus me noris: non minus q̄ in cute: seruata fide: nichil est qđ tua cā̄ factur⁹ non sim. Vale ex Mediolano kal. Maijs. M.cccc.xl.

¶ Franciscus philelfus Petro thomasio philosopho ac medico salutem.

QVod afficiaris maximo desiderio visendi mei habeo sane exploratissimū vel ex ea cōiectura quā de meipso facio. Qui eni non desiderem te ⁊ visere et cōplecti et exosculari qui cum vetere eaqꝫ summa beniuolentia sum coniunctus. Accedit preterea virtus tua et doctrina ⁊ eloquentia et merita

citro vltroq; collata: quibus plane fit vt nostra vtrinq; memoria nullo nec locorū nec tēporum interuallo extingui queat. Ceterum quādoquidē quod velimus fieri nequit: id velimus quod queat necesse est. Utendū igitur nobis est mutuo scribēdi officio: vt qd lingua nō potest arūdinis prestet vicissitudo. Id et facillimū est vtriq; nostrum et iucundū imprimis. Et quo initiū detur huiusmodi muneri peto abs te: vt me facias certiorē de rebus orientalibus maximeq; de Turcis si quid habes noui. Uale ex Mediolano. iij. nonas iulias. M. cccc. xl.

¶ Frāciscus Philelfus Joanni Cornelio salutē.

P Lacuisse tibi meos de exilio libros plurimū letor. Nā probari abs te scripta mea tanto et tanta grauitate & sapientia viro nō possum michi nō magne laudi ducere. Adhortatio vero tua qua mecū vteris ad absoluendum id operis eiusmodi esse tibi psuade: que michi plurimū addat honoris ad mei animi institutum. Eo enī maiore cum studio nauabo: quod mea sponte sum aggressus: quo video me tibi rem facturū gratissimā. Quare ni aliquod infestū numen michi ipedimento fuerit breui perficiam quod accepi. Uale ex mediolano pridie nonas iulias. M. cccc. xl.

¶ Frāciscus Philel. Andreocio petrucio salutē.

Q Uod absentis mei perpetua recordatione ymaginem prete feras: sic enī scribis. nō possum equidē nō letari. Affers enī argumētum minime obscurū egregie cuiusdā beniuolentie in me tue. At ego quo item aio in te sum: debes ex teipso coniecturā facere. Et fieri sane nullo pacto natura potest: vt nō eque ametur qui vere amat. Itaq; tibi debes indubitato persuadere te michi esse carissimū: idq; cum ob hanc istā causam quod me amas: tum etiaȝ ꝙ ea virtute viges vt dignus sis qui ameris ab omnib⁹. Desiderare autē te presentiā meam hoc sane in te est. Nam si Mediolanū visere institueris quod eius rei te: cum istic agerē aliquādo facturū affirmabas: et presens presentē videbis Philelfum tuū: et multa cognosces que absens attingere nunq; possis. Itaq; tuum erit vt cum primū tibi facultas dabitur: huc venias. Quod si feceris: magnā michi crede voluptatē conseqre. Uale ex mediolano nonis iuliis. M. cccc. xl.

¶ Franciscus Philelfus Joanni aurispe salutē.

N Otus es in librorum mercatura: sed in lectura mallem. Quod si faceres longe melius & tibi et musis consultum esset. Quid enim prodest libros quotidie nunc emere: nunc

vendere:legere vero nunq̄? Ego quos vendam: habeo libros nullos. Emerem potius: si pecunijs abundarem. Quietiam in hac pecuniarū difficultate si qd opus ostenderis quod precio dignū censeam: enitar emere: etiam si seruire me oporteret. Declarabis igitur per litteras: q̄ libri tibi et quales sunt venales. Quod si feceris intelliges me nulla premi inopia. Sum em̄ apud eum principem apud quem egere potest nemo. Uale ex Mediolano. viij. idus iulias. M.cccc.xl.

¶ Franciscus Philelfus Joanni tuscanelle. sal.

De quitiliani declamationibus quid ipse sentiā: paucis accipe. Equidē quintiliani inuentionē vehemēter probo. Est ea eni et acuta & prudens. Sed orationis eius filū michi sane nō placet. sapit eni hispanitatē nescio quā: hoc est barbariā plane quandā. Nullā habet elegātiam: nullum nitorē: nullā suauitatē. Et que non precipua modo: sed necessaria sunt in oratore neq̄ mouet dicendo Quitilianus neq̄ satis docet nec delectat. Sed videtur somnolētus quispiā et incōpositus. Tenet fortasse Quitilianus q̄tum ex eius scriptis aīaduertere possumus: nonnulla ꝯmoda precepta artis rhetorice. Multa cōmemorat: m̄lta colligit. Sed ita sui dissimilis estvt que alios docet ipse ignorare videatur. Uerū concedamꝰ illi doctrinā si ita libet oīo. Mouēdi tñ delectādiq̄ vim nullā habet. Que quidē duo qui oratori subtraxerit nō oratorē illum: sꝫ aratorē demōstrabit. Uale ex mediolano. vi. ydus iulias. M.cccc.xl.

¶ Francisci Philelfi Epistolarꝫ Liber quartus

¶ Franciscus philelfus Rainaldo albizio equiti aurato salutem.

Quo nichil tibi ac ceteris optimatibus florētinis neq̄ optatius poterat in hac temporum calamitate neq̄ melius contingere Rainalde Albizi: mittit hic humanissimus princeps meus Philippus Maria vobis auxilio in ethruriā ad recuperādam patriā inclitum et inuictū imperatorē Nicolaum perusinum cognomento picininū cum exercitu firmissimo ac rebus omnibus ornatissimo. Id autē mea potissimū opera atq̄ diligētia effectum esse nō te latet. Nunc vero tui est officij id curare: vt nichil temere factum possit a quoq̄ existimari. Hoc autem vna re facillime consequaris si studueris: vt qui tecum futuri sunt: (Nam de te vno vt es animo ingēti et moderato nichil verendū suspicor) nichil agant aut superbe aut iracunde quin potius ab

omni iniuria: ab omni maleficio se cōtineāt. Et q̄q̄ scio te prudenter omnia curaturū: quid tamen ipse sentiam exponā paucis. Quoniā precipuus corporis vigor positus est in capite ab ipso primū capite initium est sumendum. Hoc enī percusso penitus mēbrorum que reliqua sunt nullus est futurus labor. Nam excisa radice continuo corruit tota arbor. Suspicor enim aliquos fore qui priuate rei potius q̄ publice rationem habentes: velint alij ab alio vel oppido vel municipio rem aggredi: ab quib9 ego vehemēter dissentio. Recuperata enī florentia omnia que reipu. florentine parent sine vlla vi: sine vllo omnino labore q̄primum redibunt ad sanitatē. Quod si secus initiū fiat: permulta interea temporis possint accidere: que rem vestrā omnē consiliaq̄ pturbent. Itaq̄ omniū primum prope ipsa vrbis menia ducendas copias arbitror: quo et amici atq̄ boni ciues animū resumāt et inimici ac perditissimi hostes patrie inopinato metu perculsi audaciam omnē consiliūq̄ amittant. Quod si feceritis: permagna vndiq̄ auxilia continuo ad vos cōfluent. Quis enī ambigat et Bononienses et Lucenses ex hac parte: ex altera vero tum Senenses: tum etiā Perusinos vobis auxilio fore. His enim omnibus facio Cosmiana maximo est odio. Uos autē cum virtute graq̄ vestra: tum auctoritate & gratia huius prestātissimi principis incredibili beniuolētia prosequūtur. Nulla secordia vtendum est: nulla negligētia. Eo enī est vtēdum vt hoc tēpore de sūma reruz decertādum sit. Oīa sunt secunda vobis et inimicis aduersa. Nisi vobis vos defueritis: actū est de oībus illis impiis patrie parricidis. Sentite queso vobiscū oēs. Tollatur e medio oīs animorꝫ offensio si qua in vllis exulib9 inter sese priuatim est reliqua. Cōmunis vobis oībus Cosmus est hostis et idem patrie non secus ac vobis infestus et inimicus. Si hunc e medio sustuleritis: et vosmetipsos et vniuersam patriam iugo teterrimo liberabitis. Uale ex Mediolano. v. ydus iulias. Anno a Christi natali die. M. cccc. xl.

¶ Franciscus Philelfus Salutē plurimā dicit Senatui et populo Florentino.

Et si vereor viri florentini aliquos fore qui perturbatione quapiam potius impotentiaq̄ animi q̄ vlla ratione ducti: cum primū Philelfi nomen manūue inspexerint hasce litteras legendas dissuadeant: malintq̄ sue ipsorum cupiditati q̄ florentine reipublice: vel quieti vel cōmodis inseruire: nolui tamen que vobis vestreq̄ inclite ciuitati maiorem in modum

cōductura existimassem: preterire silentio. At qui multo secus hi certe sentirent si nō tam sibi q̄ patrie senatos vellent: quanq̄ ne sibi quidē nati sunt: cū patrie charitati nō consulūt. Nam si vobiscum vos egregiā illam et singularē meam erga vestrā rempu. obseruātiā atq̄ pietatē repetere diligēter et q̄uerissime iudicare institueritis: plane iuenietis eum esse Franciscū philelfum q̄ de illustri ciuitate vestra sit q̄ optime meritus. Quod si p̄sens omni opera: omni industria: omni deniq̄ mente cogitationeq̄ studebā nō priuata modo: sed etiā publica fide ac beniuolentia id moliri: id agere: id prestare vt omnes perspicue intelligerēt me vnum ex omnibus imprimis existimādum: qui Senatui ac populo florentino non secus atq̄ īmortali deo afficerer: nolim arbitremini me ingeniū cum aere mutauisse. Etenim posteaq̄ istinc decessi Senam primū: deinde Bononiā: Ticinum postea: et demū Mediolanum. aliud profecto nichil tantopere curaui elaborauiq̄ q̄ vt et ciuis vestros aliquo semper officio prosequerer: et nomē Florentinū summis laudibus apud omnes efferrez. Nec me cuiusq̄ iniurie aut inimicitie a meo pristino ꝛ obseruātissimo in vos animo retrahere sane potuerunt. Meminerā enim iis me apud vos honoribus ac premiis sex annos affectum quātis antea vnq̄ neminē. Animaduerterā sepenumero adeo me ꝛ auctoritate apud vos omnis et gratia valuisse vt nichil vnq̄ in vrbe vestra frustra vel petierim vel desiderarim. Cum alias sepe: tum maxime per id temporis quo inuidorū coniuratione ac perfidia sum per occultos sicarios vulnere illo tetro dehonestatus q̄ et bonis omnibus et vniuerso populo carus essem et periucundus: liquido cognoui. Quis enim magistratus alius ipse per sese: alius p suos ad me nuncios non plane ostendit q̄ egre ꝛ permoleste ferret illam in me omnē iniuriam? Nonne ipse octouiri quos custodie nominatis quibusq̄ reipublice tutela omnis ac salus mādata est et bis ꝛ iterū ierunt ad me: quo fierent ex meipso certiores quosnam haberem suspectos: qui id in me facinoris perpetrassent? Et cum ipse his de rebus eloqui nichil vellez: quippe qui id sine aliqua publica turbatione in lucē proferri nullo pacto posse censerem: nonne publicam ei mercedem decreto publico statuerunt qui aut patratorem facinoris viuum enecatumue dedidisset: aut qui fuerant vel auctores vel conscij detulisset. Quin etiam plerosq̄ admotos questionibus et variis cruciatibus quo rem indicarent: acerbissime afflictos obliuisci nunq̄ potero. Quid multis? Quecunq̄ in me beneficia collata Florentie sunt: que ꝛ plurima

fuerunt et maxima ea oīa et cōmuni ꝛ vna et cōsentienti et eadē oīm optimatiū populiq͂ȝ mente collata sunt. Iniurie vero q̄ꝫtum cunq͂ȝ aut illatū aut optatuȝ est: id paucoꝝ eorūq͂ȝ improborū ac proditoꝝ inuidie semꝑ dedi. Sed vnū illud et cum istic aderam: maximi semper feci: ꝛ absens ꝑpetua memoria ꝑdicationeq͂ȝ pre me tuli nichil vnq͂ȝ Florentie a me tēptatum: quod nō ex sentētia modo: sed etiā cumulatius atq͂ȝ felicius q̄ȝ fuissem optare ausus cōsecutus nō fuerim. Itaq͂ȝ merito vos viri florentini optimoq͂ȝ iure amo: colo: admiror: veneror. Et quas referre nō possum ingentis habeo vobis pro summis et īmortalibus vestris erga me beneficiis et sempiternas gratias. Atsi minus regratitudinē animi mei possum: nonne saltem voluntate eam declarem vobis? Testor autem deum ipsum quecunq͂ȝ dicturus sum: eo me consilio: ea fide: eo desiderio: ea pietate dicturū: vt rebus vestris quas et precipites ꝛ breui: quod omen diuina benignitas auertat perituras intueor et q̄ꝫtutissime ꝛ q̄ȝoptime prospiciatur. Quare vos per salutē per incolumitatē reipublice vestre rogo: et supplicib⁹ oro precibus: vt omni ꝑturbatione vacui que a me fideliter pieq͂ȝ dicentur q̄ȝdiligētissime attendatis cognoscatis iudicetisq͂ȝ. Qui hominū cetus primū ad ciuitatem vrbēq͂ȝ vocarunt: nichil vidētur michi tantopere curasse q̄ȝ vt mutua ciuis beniuolētia et charitate cūiungerent atq͂ȝ deuincirent. Sciebāt enim amoris vi ac virtute omnia nō seruari modo: verū et augeri ꝛ illustrari. Itaq͂ȝ non absurde Orpheus ille in argonauticis quicunq͂ȝ tandem is fuerit. quē tamen vetustissimū poetaꝝ fuisse constat: cū loqueretꝛ de summo deo eum esse amorē voluit: quem ideo phaneta nominauit quod omniū primus vbi apparuisset: omniaq͂ȝ condiderat crearatq͂ȝ ipso dūtaxat amore atq͂ȝ concordia eterne mansura perduraturaq͂ȝ ostendisset. Quare ꝛ mundus ipse queq͂ȝ in mundo sunt solo amoris vinculo et constant ꝛ conseruātur. Nichil esse diuturnū potest quod simultati quod odio q̄ð discordie sit obnoxium. Nonne illi primi impuri angeli quos demonas appellauit antiquitas: satis nobis ac super exemplo sunt: q̄ꝫtum erūnarum ac miserie in maliuolentia et seditione sit positum. Sed quid superna et celestia memoramus? Mortales mortalia meminerim⁹ Proinde ꝛ inferiora loquamur et nostra: vt egiptios vt assyrios vt medos vt persas omittam⁹: quid hebreorū regnum vt vltima hec scelera impietatēq͂ȝ conticuerim totiens euertit? Nonne ciuiles dissentiones? Macedonū vero imperiuȝ quid aliud perdidit q̄ȝ intestine inimicitie? At lacedemonij q̄ȝdiu Lycurgi legibus

nō

paruerunt:et principatu floruerunt et gloria. Cum primũ contẽ-
ptis Lycurgi et equitatis legibus ceperũt priuate magis:q̃ pu-
blice vtilitati et dignitati consulere: per omnes reipu. ꝓcellas at
q̃ naufragia libertatem pulcherrimam continuo amisere. Quid
Atheniensium ciuitate illustrius? quid preclari⁹? quid deniq̃ glo
riosius? quid splendidius? hec bonarũ omnium et laudatissimaꝝ
artium inuentrix ac parens. Hec belli pacisq̃ disciplina domi:
forisq̃ insignis. Hec et dignitate:et opibus in vniuersum terrarũ
orbem prepollens atq̃ admirabilis: vbi ad id magnitudinis acvi
rium ascendisset: vt nulla re prorsus ad felicitatem egere videret
nonne mox: posteaq̃ partium studia fouere: factiones complecti
pestiferas emulationes abitionesq̃ ciuium alere cepisset repente
ac preceps in obscuram et sordidam seruitutem corruit? Nam de
romanis quis est: qui nesciat eos alia nulla causa: q̃ contrariis in
ter sevolũtatibus et studiis periisse fũditus? Siue enĩ incipiam⁹
a dominatu regio ab ipso vsq̃ Romulo repetentes: siue post ex-
actos reges senatus ac populi principatum consideremus intue
ri licet quantis ii semꝑ in tempestatibus ac fluctibus iactarentur
quantis laborum et calamitatum premerẽtur molibus ob ĩfestas
inter se mentes atq̃ contentiones. Nam vbi aliud velle plebei ali
ud optimates ceperunt: et aliud populus sentiret: aliud senatus:
cum alii pleriq̃ superiores firmam florentemq̃ rempu. loco mo-
uerunt: tum et Marius et Sylla radicitus propemodum euerte
runt: et Pompeius et Cesar quantum in fortuna fuit intereme-
runt. Etenĩ q̃d ea seruata fuerit: inaudite illi Cesaris clementie
benignitatiq̃ dandũ est: qui ea moderatione et aĩ magnitudine ẽ
vsus victoria vt perspicuũ reddiderit omnibus se longe pluris fe
cisse semper patrie salutem atq̃ dignitatem: q̃ suã At vbi ad vni
us quasi dei imitationem atq̃ exemplum: qui omnia gerit sua il-
la summa prouidentia inmensaq̃ maiestate: omnia regit: omnia
moderatur: respub. ad vnius optimi principis arbitrium feliciori
bus quibusdam auspiciis peruenisse videbatur. continuo rursus
per ciuilis tempestates fluctuans miserabile naufragium passa ẽ
et ita passa: vt ex illo romani imperii fastidio obstupendaq̃ ma-
gnitudine preter nomẽ aliud nichil extet: nichil appareat. et illud
quidem quantulumcunq̃ est: quod certe perexiguum est: nequa
quam apud romanos: aut italos: sed quod et probro: et dedecori
maximo ducendum est apud exteras et barbaras nationes. Ob
discordia malorum et miseriarum omnium dux et causa. Quid
enim et aliena: et vetustissima consectemur? Non abunde et do-

mesticis et nostris exemplis vti possumus? Quid autē altius repetamus oportet? Quotiens viri florentini vestra florentissima ista ciuitas teterrimum tulit seruitutis iugū ob istiusmodi inter vos discordiarum procellas ac turbines? Ut eñ antiquiora missa faciamus: Illum farinate huberthi gebellineq3 factionis? Illum alborum et nigrorū: quos appellarunt vos cepit obliuio? Quod si minus reliqua memineritis: Senam petite: Bichernam ingrediamini: licet ingredientibus sese vobis Martinella campana illa humilis et abiecta ostendet ad dexteram. Et ne iter vos mutuis odiorum ignibus estuetis: q̄ potuerit altis vocibus obsecrabit: atq3 obtestabit. Idē superioribus e locis pendentia atq3 captiua vexilla vestra: que puluere ac sordibus iam deficiunt: admonebūt. Uerum quid Senam: quid Bichernā: quid peregrinas vrbes ac locos petere opus est? Habetis in pretorio vestro conspicuum monumentum obscure et truculentissime seruitutis depictam ducis Athenarum imaginem. Quid depictā: quid imaginem dixi? Habetis inquam fundamenta que iecit: robusta et munitissima perpetue seruitutis. Que si intueri: et depositis animorū turbulentissimis motibus: considerare volueritis: intelligetis profecto: et antehac profuisse nunq̄ Florentino populo: et hac tēpestate ni prudentia et grauitate vestra in medium q̄primum consulueritis: q̄ maxime obfuturas ciuiles discordias atq3 inimicitias. Quid eni per immortalem deum cōtra vos arma sumitis? Quid precipites ac furentes in perniciem vestram et exitium ruitis? Illum adeo aduerso: adeo hostili: adeo inimico et infesto numine premimur: vt cum maxime perimus: tum seruari maxime secundisq3 rebus vti existimemus? An minus queso animaduertitis viri florentini iā res vestras ad triarios redijsse: et tanto quidem in periculo versari quanto ex omni nominus florentini memoria nunq̄ antea. Uellem equidem ea michi liceret eloqui: que pro mea fide: si volo is esse qui debeo: ne loqui quidem possum. Facerem sane: perspiceretis et id quidem luce clarius: ad id discriminis vos redactos q̄d vbi obstinatius in sententia permanseritis: et durissimum sit: ⁊ extremā vobis calamitatē allaturū: Sed quādoquidē et ipse loqui ꝓhibeor: et vos ea estis ingenij acrimonia: eovsu: prestantiq3 prudētia vt vel nobis reticentibus: si diligentes et īdustrij eē animaduersores statueritis: impendentem ruinam vobis ex ipso isto rerū ꝓsentiū fragore haud difficile prenoscere possitis. Reliquum est: vt que vel monere vel hortari: vel orare sine reprehensione vos possum: paucis expediam. Duo nobis faciunda censeo viri

florentini quo rectissime et pacatissime vobis vestreqꝫ ciuitati cō sultuꝫ sit: vt et ciuis vestros viros optimatis quos exules agitis in vrbem recipiatis: et cum hoc diuino principe Philippo Maria anglo in gratiam redeatis. Que quidē ita inter se apta: ita co herētia: ita connexa sunt vt alterū recte fieri sine altero nequeat. Etenim q̄diu ornatissimū ac primariū ciuitatis ordinē extorreꝫ agitis: solliciti semper sitis necesse est: quippe qui nō sitis ignari valere viros optimatis et prudentia et magnitudine animi et auctoritate et opibus. Itaqꝫ facile intelligunt: q̄bus sit artibus vtendum et ad patriam recuperādam et rem et dignitatē. Nam et si magnanimorū est virorum iniurie obliuisci: iniuriā tamen vel vlcisci vel propulsare humana iura diuinaqꝫ permittunt. Non eni hi viri ingentissimis animis splēdidissimisqꝫ ingeniis quos longissimus vt nostis: rerum variaꝝ et maximaꝝ vsus diu ac multū per omnes fortune vices exercuerit atqꝫ istruxerit: vel metu perculsi vel inscitia aut imperitia retardati se in ocium cōferant et equo animo indignitatē patiātur: presertī cum plane dilucideqꝫ perspiciunt tantū de se ponderis ac beniuolētie cum apud alios principes et reges: tum apud Philippū Mariam concitatū esse vt nō tam de se sibi q̄ de vobis dubitandū sit. Non eni viri optimates vos oderunt: sed miserētur potius: quod ad id difficultatis vestras res quas suas etiam ducunt redactas intueātur: vt breui vltima pernicieꝫ passuras metuant: ni saniore consilio propediē vtamini. Uidetis quas secum vires quas copias: quos exercitus in agrum florentinū duxerint. Quo autem eos imperatore Philippus hic munierit nō vos fugit. Est eni is Nicolaus picininus qui omnis et imperatores et duces huiusce tempestatis bellicis laudibus mirifice superet et cū omni vetustate haud iniuria cōparari queat. Huiusmodi certe homines admirabilis ac diuina virtus Philippi marie reddere consueuit qui sempiterne illius prouidentie minister et perinde atqꝫ secunda natura quedam ex improbis probos: et ex bonis optimos plane efficiat. Uigebat mediussfidius suopte ingenio atqꝫ industria Nicolaus eximia quadam cum vestris auspiciis militaret et incredibili probitate. Ubi vero huius diuini principis consuetudine et disciplina est vsus: facile declarauit declaratqꝫ indies tantum se rei militaris et disciplina et vsu et sollertia inter mortales excellere quantum omni laudatissimarum omnium virtutum genere atqꝫ splendore Philippus hic supra hominem proxime accedit ad deum. At quibus viri optimates presidiis sunt auxiliisqꝫ freti:

ea nō contra patriā: sed pro patria cōpararunt. Est enī his istis innocētibus et fortissimis vestris ciuibus: quos solo patrio eie-cistis: charitate patria nichil carius: nichil antiquius. Qui si exi-lium suū patrie conducturū arbitrarētur: modice equissimoqꝫ a-nimo patria carerēt. Sed cū manifesto cernunt per huiuscemodi naufragiū suum ciuitatis florentie nō modo miserabilē iacturā: sed etiam extremā summersionē atqꝫ interitū: vt et se patrie ꝛ pa triam pristine libertati dignitatiqꝫ restituāt omni ope om̄i opera moliūtur. Cui enī obscurū sit quibus hominib⁹ vos talis ac tan tos viros in presentia parere oportet qui florentinum populum omni pecunia exhauriūt diminuūt dignitate: spoliant gloria: li-bertate priuant. Hec dolent viri optimates: hec ingemiscūt: hec querūtur. Nullo in vos odio sunt affecti: nulla simultate. Et in-iuriam et contumeliā omnem obliti sunt. Miserētur vestre cala mitatis: et ob eam quoqꝫ rem tanꝙ suarum obliti iniuriarū vos diligere iam incipiunt. Nichil verentur magis ꝙ ne peruicatius obdurueritis que sola vos causa potest perdere. Nam si serius vestros ciuis in vrbem reuocaueritis non estis nescij: quantū de-trimenti et florētinum solum et in primis municipia ipsa et oppi da suceptura sint. Quis enī hoc tempore militibus legeꝫ tradat Quis eorum licentiam coerceat? Nullus dux: nullus imperator: nulla auctoritas vim militarē cohibuerit. Nichil sani⁹ esse puto nichil vtilius factu ꝙ omnes militaris copias ꝙprimū ex ethru ria dimittere. Id vero alia re nulla facturi estis ꝙ si ciuibus vos vestris: hoc ē vobisipsis et patrie ꝛ deo imortali e vestigio et pie recōciliabitis. decreuerunt enim viri optimates nunꝙ istinc fir-missimū et validissimū exercitum amouere nisi quauis via recu-perata patria. Pacate vobiscum viuere ac tranquille volunt. Quare ne horum lenitatē contēpsisse videamini ꝓuidete. Illud auteꝫ scitote si quis etiam casus: nam varia est fortuna belli: aut sanius cōsilium ex ethruria presentē vel imperatorē vel exercitū ad insubres reuocarit: tamen non multo post vel hunc eundem vel fortassis etiam non minorem imperatorem ꝛ exercitum certe longe robustiorem patiemini. Scitote etiam illud nullam vobis cum exulibus optimatibus neqꝫ firmā neqꝫ tutam pacem aut cō cordiam esse posse nisi eadem cum Philippo Maria futura sit. At hec vna vobis maxime cōducit: necessariaqꝫ est. Nam si qua in vestris animis de receptis optimatibus suspicio resederit: qm̄ his acerbius fortasse ꝙ ius fasqꝫ postularat vos vsos censeatis: ꝙuis nichil de his omnino verendum sit: noui horum lenitatem

ac mansuetudinē: sed si qua resederit suspicio hunc estis semper eum sponsorē habituri cuius fides omni vobis certitudine certior esse exploratiorqꝫ debeat. Quis enī aut est aut fuit vnqꝫ hoc vno principe iustior verior innocētior constantior grauior? Nam qꝫ est excelso atqꝫ inuicto animo quanta humanitate clemētiaqꝫ pollet qꝫ se in omnes liberalem et munificentissimum prestat: ne mortui quidem ignorant. Etenim de religione ⁊ diuini cultus obseruantia neminē esse inter mortalis video: qui sit cum Philippo maria conferendus. Quo in hunc animo Eugenius semper fuerit: quibus hunc iniuriis persepe lacesserit quibus detrimentis affecerit et vobis est perpulchre cognitū et reliquis nō ignotum. Quaꝫ hic nūc Eugenio par pari referre posset: modo vellet qui minus sentit lapideus est. Quod eo magis facturus credebatur: quod basiliensi consilio omni subsidio et ope semper affuerat ac fauerat. Uerum id homines nō considerant nostrū hunc diuinū principem tantisper basiliensi consilio fauori presidioqꝫ fuisse: dū animaduerteret Christiane reipublice ⁊ cōmuni ecclesie emolumento atqꝫ amplitudini patres illos prospicere. Nam cum primū eos priuate simultatis cupiditatisqꝫ rationē habere intellexit ob idqꝫ ad scissuram ecclesiasticā nefariūqꝫ scisma omni conatu: omni studio conspirare ac veluti coniurare mox ab incepto sese auocauit et alios quoscunqꝫ potuit ab eo quod breui futurum aspiciebat iminenti facinore insaniaqꝫ retraxit. Uidemus tandem seu id iure siue iniuria factum sit: pontificē alterum felicem quē eo consilio atqꝫ mente rem tantam admisisse fatentur omnes: quod minime futurū dubitasset vt se gener hic qꝫ cupidissime sequeretur. Id quod etiam alios Christiani nominis principes continue facturos sentiebat. Sed Philippus maria nulla necessitudine: nullis precibus: nulla ingentissimorū munerū ac premioꝝ spe induci potuit: vt amātissimo ⁊ benemerenti socero in hanc diem obsequeretur. intelligit enim primā sibi necessitudinem esse cum deo: nec plus cuiqꝫ debere qꝫ deo. Nec vlla esse aut munera aut premia cum virtute deoqꝫ cōparanda. Utinam eximias huius immortalisqꝫ virtutes et cognouissetis iampridem principes florentini: vel iam tandem statuatis cognoscere. Nam si malueritis huius diuini viri beneficentiā et incōparabilem animi magnitudinē experiri qꝫ id prestare assidue: vt vel inuitus et preter ingenium institutūqꝫ suum bello premere vos cogatur: experiemini profecto neqꝫ tranquillius ad quietem: neqꝫ ad dignitatem pulchrius: neqꝫ ad status reipublice diuturnitatē

perpetuitatemq; tutius: neq; ad facultates vtilius: neq; ad corro borandas vires aut felicius aut melius prouideri vestris rebus a vobis potuisse. Non modo enim firma vobis inter vosipsos et diuturna pax atq; concordia per huius magnanimi et iustissimi viri auctoritatez ac fidem futura est: sed etiam nullum externum bellum: nulli motus impedeāt qui vlla vos nō dicam calamitate aut detrimento afficiant: sed ne inuadendi quidem florētini agri potestatē habeant. videtis enim quibus finitimis principibus ac populis circūdati septi vallati estis: istos omnis cum Philippo sentire: vel omnis potius sub Philippo esse. Ea sunt cum Philippo maria alij amicitia: alij societate: alij clientelis iuncti: vt nichil malint q̄ quod Philippo gratum iucundūq; fore animaduerterint. Nanq; bello etiam maritimo adoriatur vos nemo. Quis enim ambigat Alphonsum regem omnisq; gotthalanos nichil omniū tātopere optare q̄ vt sibi ea facultas offeratur ille dies illuceat: quo quas imortalis debent sempiternas huic nobilissimo principi gratis referant? Quibus nunc classibus quibus viribus in mari Tyrrheno Alphonsus pollet nō sentitis modo: sed coram aspicitis? Nec vos veteres cum Philippo Maria inimicitie si que fuerint a tanto bono deterreant. Sua huic fide nichil est antiquius: nichil constantius: nichil sanctius. Qui quoniam est ad decus et ad gloriam natus: nō minori laudi dandum arbitratur eos sibi beneficiis suis amicos reddere qui fuerint inimici existimati q̄ amicis ipsis benefacere. Ut enim Eugenium omittam cuius in hunc iniurias nemo diligentius q̄ vos nouit. Alphonsum regem certe meministis: cuius etiam potentissima classe quandoq; estis aduersus Philippum vsi. Is cum illustri illa atq; formidabili ad Caietam et nauali et terrestri pugna cuz tot suis et fratribus ⁊ propinquis cum tot īperatoribus: tot ducibus: tot pricipibus: tot maximis clarissimisq; viris: tanto: tam potenti: tam firmo ornatissimoq; exercitu et prostratus et victus et captus esset: quis vestrum nō credidit: si verum fateri vultis: illum nō in carcerem: nō in tenebras: nō in vincula cōiectum iri: non perpetuā passurum seruitutē: sed per extremas potius erūnas: per omnē contumeliā et ludibrium vltimo etiam supplicio cum suis omibus affectum iri. Et iure id quidē euenturū credebatis. Sunt enī qui apud vos nichil aliud curent studeant moliantur q̄ per bonorū detractiones atq; calumnias id afficere: vt et probi qui sunt: improbi ⁊ humanitatis mansuetudinis benignitatisq; cultores inhumani crudeles sordidi et qui vobis et po

pulo Floretino amici sunt et laudum vestrarũ studiosi: hi plane
inimicissimi et infestissimi videantur. At qua Philippus huma
nitate Alphonsum exceperit ꝙ liberaliter munificeqꝫ tractarit:
ꝙ magnifice regaliterqꝫ dimiserit: nulla posteritas conticescet.
Cum aliis in rebus permultis ac maximis eximiã Philippi in-
auditamqꝫ virtutem admirari soleo: tum in hac vna imprimis ꝙ
nulla dominandi cupiditate a splendidissima illa animi magni-
tudine vnqꝫ abduci potuit: vt de se quicqꝫ quod inuictissimo ac
summo principe indignum foret: existimari posset. Reges vice-
rat Philippus Maria potentissimos et maximos: permagna
certe victoria et omniũ sane: quas aut vidimus: aut audiuimꝰ:
aut legimus clarissima. Sed multo magis gloriosius esse reor:
quod ea victoria vsus est: qua nõ se minus vicisse iudicaretur ꝙ
hostes. Etenĩ iram cohibere qua nichil cõsuli recte potest: et in-
solẽtiã superbiãqꝫ vitare quã victoria potissimũ solet afferre: vnꝰ
hic qui omnia semꝑ clementer facit: oĩa mansuete: omnia iuste:
omnia moderate: oĩa deniqꝫ sapienter et summi principis munꝰ
arbitratur et suum. Quo factũ est vt non ceteros modo mortalis
sed quod longe pluris faciundũ est: seipsum equitatis et miseri-
cordie ac beneficentie laudibus mirifice superarit. Quanti vero
huius laudem estimari oporteat vel ex eo intueri licet: quod Al-
phonsus ipse vt est nobilissimo gratissimoqꝫ animo eãꝫ se putat
ex sua captiuitate gloriã assecutũ: qua sibi nullã offerri posse illu
striorẽ in vita: nullam clariorẽ ⁊ dicat et pre se ferat. nõ enim vi-
det solum et Sicilia sese ⁊ Sardinia nõ esse spoliatũ quas Phi-
lippo insulas ad ceteras difficiliores conditiones debebat vltro:
sed etiã opibus auctuꝫ: et his ab eodem se honestatum honoribꝰ
intellexit: vt longe satius ac melius sibi fuisse cognosceret vinci
ꝙ vincere. Et quod liberalissimũ Philippi ingenium obstupẽ-
dãqꝫ virtutẽ merito debet in celum extollere: ne portus quidem
lune qui nunc Veneris cognomẽtum accepit: nobilissimũ oppi-
dum aut ilicem castellum munitissimũ sibi ab eo ipso Alphonso
restitui passus est. O ingẽtissimo virorũ animo. O ignotam diui
nãqꝫ constantiã. Non alit: non incendit Philippus inimicitias:
verũ et sedat ⁊ extinguit potius. Haud enĩ dominãdi cupiditate
ducitur: sed haberi se sociũ: sed amicũ: sed obsequẽtem: sed muni
ficum: et vincere magis ꝙ vinci officiis cupit atqꝫ studet semꝑ.
Nã q̃d est opꝰ aut alphõsuꝫ regẽ aut aliũ quẽqꝫ potiꝰ ꝙ vos ipos
in mediũ referamꝰ? Quotiẽs si voluisset Philippꝰ q̃d vr̃a pace
sit dictũ: potuisset vobis rebusqꝫ vestris omnibus pro suo iure ⁊

volũtate vti? Sileo reliqua. Et Lucẽsem mõ et imolẽsem clade; nõ estis obliti. Quo quidẽ vtroqꝫ tpe si Nicolaus picinin⁹ cum victore illo validissimoqꝫ exercitu in agrũ Florẽtinu; vtisset iter actum sane fuisset de re vestra. Nullus erat vobis iperator: nulli duces: nulle copie. Ciuili simltate ardẽtissimisqꝫ odiis inter vos per oẽm tumultũ ac furorẽ dissidebatis. Quare cũ Nicolaus se rei accingeret: quippe qui finẽ diuturni belli cũ maximo sui principis incremẽto et gloria in manu se habere perspiceret. tum cõtinuo Philipp⁹ a ceptis reuocat: et vos ad pacem ad amicitiã ad societatẽ secum ineundã hortatur monet rogat etiam. Quid hac humanitate benignius: quid tanta mãsuetudine illustrius? quid huius animi magnitudine celsius? Nonne satis superqꝫ declarauit Philippus vobis non modo patria libertate priuare vos nolle: sed maximis etiã ac pluribus beneficiis velle amplificare? Consueuit hic vt liquido nostis nõ auferre aliis libertatem: sed vt est vnus omniũ qui sunt aut fuerũt futuriue sunt: excelso liberalissimoqꝫ aĩo: et ciuitates aliis et prouincias cõdonare. Nolite igit viri magnifici aduersus hunc tam mitẽ: tã piũ: tam benignũ: tam magnanimũ: tam diuinũ principẽ cum vestro etia; maximo detrimento atqꝫ pernicie armis cõtendere potius qꝫ beneficium experiri. Redite iam tandẽ cum philippo in gratiã. Hec vna res vobis nõ diuturnã solum securãqꝫ quietẽ allatura est: sed et publice ⁊ priuatim rebus vestris incremẽti et dignitatis plurimũ. Diligebat hic antea Florentinũ populum ductus quadam ingenij bonitate ⁊ sua. Eius autem prudẽtia; ac virtutem coram expertus nõdum erat. Sed posteaqꝫ vestros ciuis optimatis ꝑ illã ista; reipu. vestre seuiẽtem fortunã propius vidit didicit tractauit incredibile est dictu: quãta beniuolẽtia et charitate nomẽ florentinũ cõplexus est. Qua quidẽ vna re motus: id est vt vestram florentissimã ciuitatẽ precipuo quodã et egregio bñficio afficiat studiosius curat hosce prestãtissimos ciuis vestros in patriã reducere: hoc est vosmetipsos vobis restituere. Vos autẽ ne pui catius aduersemini et rogo ⁊ oro. Nullũ est enĩ pulchri⁹ spectaculũ ciuitatẽ concordi ac sibi bene cõsentienti. At auditus certe alius iucundior nullus. Que ciuitas aut prudentius aut satius consulit rebus suis qꝫ que simul et vniuersa consulit? Que facilius: qꝫ aptius: que perfectius quicqꝫ agit qꝫ que simul cum ciuibus cunctis agit? At qui vno eodẽqꝫ consilio erratur aut nunqꝫ aut raro. Quibus sunt res secunde suauiores qꝫ ciuibus cunctis idem volentibus? Quis res aduersas leuius tolerant qꝫ qui communi

constantia tolerant: et tanquam aliquod onus ferunt? Uel quibus potius accidunt rarius res adverse quam qui invicem provident: invicem cavent invicem propulsant ingruentem fortunam? Que alia civitas carior civibus esse potest: que hospitibus honoratior: que amicis utilior: que formidabilior inimicis: quam que privatum nichil ducit in bonis: quod a publica salute: dignitate: emolumento: potentia: tranquillitate abhorret? A quibus fidelior quam a suis laudatio proficiscitur? A quibus vituperatio aut verior aut firmior? Consentientem et bene convenientem populum et mortales verentur: et inmortales amant. Seditiosum vero inter seque dissidentem et deus odit: et homines contemnunt. Que urbs: quantus ager: quanta hominum multitudo populum reddit valentiorem quam civilis concordia? Quot enim sunt cives in civitate concordi: tot oculi opes illius et amplitudinem intuent: tot aures audiunt: tot lingue admonent: tot denique mentes considerant: intelligunt curant. Ea navis que gubernatoris et nautarum concordia regitur: et ipsa servatur: et vectores atque onus servat. Quod si ipsi inter sese gubernator et naute dissentire: et contraria velle ceperint: ubi vehementior aliqua ventorum vis incubuerit: et navis repente: et que in navi sunt pereant: necesse est. Et currus item: qui tum perito utatur auriga: tum equis munitus consentientibus sit: et in certamine ac ludo superare: et in prelio servari atque vincere consuevit. Sin hi turbari tumultuarique invicem aggrediantur: eo periculum discrimenque maius est: quo et pertinacior fuerit auriga: et equi robustiores. Eodem modo civili concordie huiusmodi omnia conducunt vis pecuniarum: hominum multitudo: honores: gloria: vires. In discordia vero et seditione civium hec omnia et detrimentosa admodum sunt et pestifera. Quid hec autem prolixior mea sibi velit oratio principes florentini: non obscure debetis animadvertere. Pristina vestra illa erga me et maxima beneficia: ut hec pro mei animi gratitudine piaque in vos fide tam familiariter vos monerem adhortata me sunt. Uos vero et si nulla ex parte dubito facturos omnia sapienter: omnia moderate: omnia mature: ne tamen ullis fortune blandiciis credatis gubernacula reipublice: et oro et obsecro et obtestor prudentiam vestram. Solet enim fortuna nonnunquam versutius iis blandiri: quos et odit maxime: et immanius perditum iri studet. Nulla est spes certior: nulla fiducia firmior nulla diuturnior quam que in deo fixa fundataque fuerit. Quamobrem si spem fiduciamque vestram pro singulari eximiaque vestra prudentia atque gravitate in divina clementia et benignitate collocaveritis perspicue michi videre videor breui futurum

vt belli formidine ac periculo soluti omni discordiarum incendio omni odio:omni simulato:omni deniqȝ contentione deposita atqȝ interempta et publice ⁊ priuatim felicem atqȝ fortunatam agatis vitam. Ualete viri excellētissimi. Ex Mediolano. xvi. kal. Iulias Anno a natali Christiano. M.cccc.xl.

¶ Franciscus Philelfus Cosmo medici sal. p. d.

Aristides Atheniensis cognomēto iustus:cum legatus vna cum Themistocle:qui cum ei erant inimicitie:mitteretur. Ubi ad attice fines ventū est:Uis ait o Themistocles:nostras hic inimicitias relinquamus. Nam si videbitur: eas rursus cū reuerterimus:capiemus. Et pievt semꝑ Aristides: et ꝙ prudentissime monuit. Intelligebat em̄ vtiliati publice nullo sane pacto per eos consuli posse:qui priuato inter se odio dissiderent:at par esse priuatam causam publice semper cedere. Quo ipso ductus consilio sextus Liuius salinator vir indubitato et illustris ⁊ magnus non dubitaui tpreter ingenium ⁊ consuetudinē suam cum eo redire in gratiam a quo grauissimā accepisset iniuriam. Nam hunc Neronis testimonio imprimis afflictum ⁊ in exilium actum legimus. Quare cum reipublice suam cum Nerone collega concordiam non mediocriter conducturam existimasset: facile suo vehementiori ingenio et ire acerbitati moderatus est. Qua quidem mansuetudine singulariqȝ prudentia effectum scimus:vt per Asdrubalis īteritum ac penorum ad Metaurum cladem letiori fortune romanorum permagna fieret accessio. Cum hiꝫ igitur de rebus michi tecum agendum esset: que et ad publicam pertinent et ad tuam vtilitatem:vt vel Salinatoris imitarer ingenium vel idem te monerem:ꝙ Themistoclem Aristides:operepreciū duxi. Quid de nobis homines Cosme arbitrentur:te latere non debet. Nam te qualem in nos prestiteris:publica proscriptio declarat. Me autem haud equo animo īfinitas in me tuas iniurias contumeliasqȝ tulisse non obscure potuisti perspicere Itaqȝ inimici vulgo nō absurde existimamur. Quo vero es etiā in me animo meliꝰ nemo nouit ꝙ ipse tu. At ego si quid irarum conceperam aduersus te:satis michi videor id omne vel euomuisse:vel concoxisse. Nam mediusfidius te nunqȝ odi. sed indigne me affectum abs te anxie patiebar. Uerum vtcunqȝ res habet:cū florentine ciuitati:tum precipue tibi vtilissimum fore arbitror:vt inuicem vel tantisper redeamus in gratiam:dum ea que amicissime ab me pientissimeqȝ dicuntur:et audias attentissime et animo tranquillo consideres:ac iudices. Que si pro tua prudentia ⁊

equanimitate feceris:haud quaq̃ vereor futurum:vt et Philelfũ sis nunq̃ posthac exosus:et ipse immortalem gloriã consequaris Et florentinus populus ppetuo bene sit pbeateq̃ victur⁹. Quas publicas litteras dedi proxime ad Senatum et populũ florentinũ scio te et vidisse:lectitasseq̃ diligẽter. Que publice sum hortatus eadẽ te et hortor et moneo. Nã si ad cõe omniũ commodum atq̃ emolumẽtum priuatim ea sunt cuiq̃ conductura:tibi sunt vel q̃ maxime. Quo eñ locupletior fortunatiorq̃ es:eo tibi magis studendum est:vt permultos habeas amicos:et ĩimicum neminem. At q̃diu viri optimates patrio arcẽtur solo:nunq̃ possis pacato securoq̃ eẽ animo. Intelligas eñ necesse ẽ nõ exules modo omnis:sed etiã quotquot iusti et fortes viri in vrbe retenti sunt tibi eẽ metuẽdos. Nã alij moueãtur incõmodo reip. alij indignitate cause. Nõnulli propinquitate:necessitudine:amicitia:cliẽtelis. Plerisq̃ etiã opes tue inuise sint. Quaq̃ vi q̃busq̃ artibus moliãtur: vt per cause honestatem te perditum eant:quippe qui et ĩiquum et impium esse dictitent te non equo iure cum ciuibus viuere:ac tui vnius causa tantam clarissimorum ⁊ optimorum ciuium multitudinem extorrem agi. His certe cogitatibus:his curis:his si verum fateri licet:molestijs et terroribus sollicitari te nõ sum nescius. Nõ es eñ obtusioribus quibusdã sensibus:sed cum ingenij acrimonia intelligis:quantum vis:tum rerum vsu permultaq̃ peritia nichil ẽ:qd̃ minus calleas. Sed vtinã vel nature vel fortune bono vti malles:q̃ supra ciuẽ appetere. Id eñ et tibi:⁊ patrie plurimũ cõduceret. Nã ⁊ ipse omnib⁹ carissimus fores:et patrie tantũ naufragiũ nõ intulisses. Verũ plerisq̃ omnes:qui ⁊ animi magnitudine:⁊ ĩgenij vigent acrimonia:in eo vt plurimũ morbo sunt vt pares nõ facile admittant:sed quaq̃ ratione preesse omnibus ⁊ tanq̃ dominari velit. Hinc ⁊ priuate et publice simultates oriũtur:hinc pestifere factiones:hinc seditiones: hinc tandẽ ciuilia bella cũ ingẽti patrie calamitate:exitio:ĩteritu manãt. At qui illud quoq̃ quis negarit oĩs:qui se metui ⁊ odio eẽ sciũt:eos vel inuitos agere multa p iniquitatẽ:p iusticiã:per seuiciã. Nam qui se supplicijs dignos norunt:ea ne patiãtur:p omnẽ animi furorez per omnẽ immanitatẽ diritatẽq̃ puniere. Hi autẽ ignorare videtur michi nullũ metũ diuturnũ eẽ posse. Non sibi ãte oculos ponunt Aristotimum:nõ Phalarim:non Neronem. Nemo diu impunitate letatus est. Nullus est firmior pñcipatus:null⁹ stabilior nullus diuturnior:q̃ qui per iusticie et equitatis officia in ciuiũ beniuolẽtia ⁊ charitate ꝯquieuerit. Satis magn⁹ ẽ:satis potẽs q̃

honore se dignū et admirādum prestat. Es tu Cosme natura lenis: facilis: affacilis. Hanc si ducem sequi q̄ improbo⁊ consilia malueris: et viues bene ⁊ morieris melius. Nam et presentes ac viui te summis honorib⁹ prosequētur et oīs posteritas admirabitur. Habes amplā expeditāq; pecuniā qua si tu ad bonos ac prestātis viros vel seruādos vel accersendos in vrbē vti: nō aūt ad mulctādos exilio proscribēdosq; instituerīs nemo te fortunatior futurus est: nemo beatior: nemo deniq; imortali deo hominibusq; gratior. Ut eni multa corporis habitudo prodesse his admodū solet qui nulli sunt egrotationi obnoxij: valitudinariis vero vehemēter obesse: ita mea quidē sententia argenti et auri magnitudo si virum bonum si iustū si beneficum: si magnanimū nacta fuerit et illi ⁊ ceteris magno vsui est. Quod si apud eū diuerterit qui bonitatis iusticieq; expers et sordidus sit ac nullius roboris cū illi tum etiā aliis detrimētosa est planeq; funesta. Qualis tua tibi vita esse debet Cosme medices: cum oīs fortunas tuas vides in alea? Non eni hi solū quos per ciuilis contētiones tibi esse inimicos reris: tibi sunt metuendi: sed isti magis quibus te carum vnice ⁊ admirabilē opinari. Non enī te diligunt: s; nūmos tuos. Nam si vlla te charitate cōplecterētur: nō te ad rapinā bonorum ciuiū: non ad perniciē: nō ad vastitatē: non ad cedē exhortarētur. Intelligūt hoīes callidissimi q̄ diu optimatiū odio laboraueris in sua te potestate necessario futurū. Quare semper aliquid a te capiunt: aliquid poscūt: aliquid expectāt. Quicq̄d autē improbe flagitiose facinorose impieq; patrarint te auctorē totius sceleris te principē: te signiferū profitētur: ac tuis se opibus tuētur. Que vbi diutius ferre nō poteris. Non enī tantā scelerū ac nequitia⁊ licentiā equo animo perferas: libidinē atq; furorē suum in te armabunt: tuas pecunias sitient: tuis se nūmis ingurgitare oī arte oī fraude: ⁊ oībus deniq; isidiis moliētur. Te malo⁊ oīm causā esse dicent. In caput tuū per omnē vim et contumeliā cōiurabūt At qui oēs inimicitie difficiles sunt et permoleste. Nullus est adeo ībecillus inimicus adeo infirmus qui nō ei grauis in tēpore esse possit: qui et potentissimū sese ⁊ firmissimū censuerit. Nam aut agendo: aut dicendo: aut excogitādo durius quippiā calamitatē importet. Odij fructus nunq̄ dulcis est: nunq̄ vtilis quin omniū potius maxime perniciosus: maxime amarus. Nullu; est onus grauius: nullū molestius q̄ inimicitias ferre. Nam et secūdas res turbare: ⁊ aduersas augere cōsueuerunt. Excubat inimicus semp: insequtur semper: insidiatur semp: emori mauult q̄ nō

vlcisci. Amicitia vero atq̃ concordia et publice: et priuatim semper prodest. Nec ea quicq̃ esse pulchri⁹ queat neq̃ suauius: neq̃ melius: neq3 diuinius. Qui enim aptius: expeditius certius: bona ipsa adipiscuntur q̃ amici mutuis inuicem vtentes subsidijs? Qui mala q̄ sunt facilius euitant: q̃ qui amicos socios h̄nt. Quibus erūne minus accidunt q̃ iis qui amicos habent doloris erūnarumq3 participes? Quibus est secunda fortuna suauior: q̃ his qui non sibi dūtaxat letantur: sed alijs quoq̃ gratulant̃? At ego nūq̃ illum fortunatum appellarim qui per bonorum virorum fletum ac luctum fortunatus sit: nec ille michi felix videri queat: cuius leticia merori sit pluribus. At ne letetur quidē3 in dolore multorum si sapit. Meminerit eni eos omnis qui sua causa merent aliud nichil q̃ de suo exitio dies noctisq̃ cogitare. Mortalē aūt nullū omnino esse contēnendū. Neminē enī esse qui aut homini aut rei aut saltē fame nocere nequeat. Quare nemo est lacessendus iniuria. Nullius prorsus ho̅s in se odiū3 concitādum. Prudenter enī monuit Brasidas qui vbi muris quē in caricis corripuerat: morsum excepisset ob idq̃ illum dimisisset: conuersus ad circūstantis ait. Nichil adeo paruū est quod si audeat adorientibus repugnare: nō se saluū reddat. Uides inq̃ viros optimatis quos vrbe eiecisti eo esse animo: vt emori malint q̃ patria orbari Itaq̃ nunq̃ cessent oīa moliri ad reditum. At ego dicis in vrbe sum. Et tu modo relegatus eras ad venetos. Noli nunc ob istas fortune blandicias fieri insolētior: optimatisq̃ despicere qui potius illud archidami lacedemonij dictū crebra memoria tecum repete. Is enim cum post cheronie pugnā a Philippo rege asperiorē accepisset epistolā ita rescripsit. Si vmbrā tuam metiri volueris haud nunc eam maiorē inuenies q̃ esset ante victoriam. Quo maiorē victoria elationē affert: eo magis diminuit consiliū. Recte eni3 idem archidamus qui cum a quibusdā quo tempore prelio arcadas superasset laudibus efferret. melius inquit foret si eos prudentia potius q̃ viribus vicissemus. Quod tantū innocentissimorū ciuium numerū Cosme vrbe expuleris et ipse vrbe potiare nō tam tibi prudentie dandum est q̃ tue vel pecunie vel fortune: vel Joannis illius vitellesci potius hominis ꝑditissimi dolosis adhortationib⁹ nefariisq̃ insidiis. Quod si tua opera hi reuocati in vrbem fuerint ac patrie restituti: tunc magnū te profecto virum et sapientē ꝛ beneficū appellabo. Te vnum esse confitebor qui oīni virtute polleas: qui et diligēdus sis et obseruād⁹ ab oibus. Cum plane viceris viros optimatis: cū teipm viceris

Depone iam tandē Cosme: depone si sapis vel extingue potius oēm animi tui ardentiorē excādescētiam: flāmasq; iracūdie. Satis es vltus si quid vlciscendū existimaras. Noli diutius tentare fortunā: que tū maxime fallere: cum maxime obsequi consueuit. Jam aliquando prospice vel tibi vel posteritati tue. Jnquire teipsum propius et acutius inspice. Non enī alterū Cosmū habituri sunt medices. Si malueris patrie exules ciuis restituere q̄ id peruicatius expectare: vt patriā ipsi pristine libertati dignitatiq; restituāt: tum eris sane aduersante nemine in repu. princeps tum pater patrie appellabere: tum oēs te colent: omnes admirabuntur. Et ne dubito equidē vt es ingenio acerrimo: hec eadem videri tibi. Sed illud forsitan verearе ne optimatiū huiusmodi restitutio tibi calamitosa futura sit. At vide q̄ tibi recte consultum velim. Permagna Romuli romanorūq; in sabinos iniuria cōtumeliaq; fuerat. Jnter eosdem vero et pax tandem ⁊ beniuolentia exorta est maxima. Tibi ac tuis liberi sunt nōnulli: abundāt et exules filiis. Que suauior necessitudo: que firmior: q̄ diuturnior esse possit: q̄ que cōiugiis constat vltro citroq; constituti. Preterea qđ secundo loco litteris superbiorib⁹ publice sum hortatus: nulla re alia tum publicus florentine ciuitatis: tum etiam tuus tibi status solidior durabilior iucundior melior felicior futurus est: q̄ si omni cura industriaq; studueris idq; q̄primū: vt huius diuini principis Philippi marie angli et beniuolētia vos ⁊ societate muniatis. Quanta hinc ad te Cosme vtilitas: quāta dignitas: quantus honos sit peruēturus nequaq̄ ignoras. Non enī nescis eum esse Philippum qui cum aliis omnib⁹ preclaris ingētibusq; virtutibus nemini omniū cedit: tum et prudentia et gratitudīe ⁊ munificētia cunctis mortalibus antecellit. Jtaq; si tua potissimū opera intellexerit rebus suis accessionem factam: est te profecto apud se habiturus omniū primū. Js inquā te officiis prosequet̄: que ⁊ tibi et populo florentino maximū sint emolumētum ornamentūq; allatura. Solebam equidē Cosme cum istic essem: vestrorum quorūdam hominū imperitiā demirari nō mediocriter: qui si quando vt fit in re bellica Philippū acceperant incōmodo quopiam vel leuiter vrgeri continuo gestiebant exultabāt pre nimia leticia tanq̄ apud se esse nō poterant. Tum ipse mecū dij boni: quid insaniunt florentini? quid publice supplicationes: quid publici plausus: quid publici ignes volunt? Cum philippi letantur: nonne ⁊ suo et proprio letantur incommodo. An philippus perire possit quin vna pereant florentini?

Num qui philippū vicerint: florētinos incolumis fore patiātur?
Et profecto Cosme vestra oīs belligerādi cum Philippo ratio
perstulta michi: quod pace vestra dixerim: videri solet. quippe q̄
deteriore cōditione victores q̄ȝ victi futuri sitis. Que eni ad vos
ex victoria vtilitas peruētura est? Num vrbs: nū ager: num q̄cq̄ȝ
num morū? Nam vt sileam ad quantā rerum inopiam atq̄ȝ ege=
statem per belli diuturnitatē redigamini. An futurum ignoratis
vt per victoriā pulcherrimā rempu. pulcherrimā amittatis? Vi=
ctis autē durius nichil timendū est: q̄ȝ iis vos muneribꝰ et hono
ribus cumulatū iri: quibus et duces ꝛ imperatores et reges cu=
mulatos audistis. Nonne igiť vobis saniꝰ cōsuleretis si indubi=
tata victoria cū maximo rerū vestraꝝ incremēto potiamini cum
Philippo maria q̄ȝ oīo cum aliis victoribꝰ vinci? Quod si rebus
vestris cōtenti ocium q̄ȝ negociū malueritis: facile vniuerse ytalie
diuturnā pacē vestra cū Philippo societate tranquillāq̄ȝ quietē
parietis. Verū ne vos delectet tarda deliberatio. Non eni te pre=
terit Cosme medices icredibilis ac prope diuina huiꝰ dni prin=
cipis vel sapiētia vel animi magnitudo. Vt eni affinitates ꝓpin
quitatesq̄ȝ tacuerim q̄ȝ ceteris vniuersis ac maximis potentatibꝰ
carus ꝑiucūdusq̄ȝ sit: q̄ȝ apud oīs valet ꝛ auctoritate ꝛ gratia nō
es ignarus. Quāobrez matura Cosme dum licet: accingere huic
tam honesto: tam necessario: tam vtili: tam sancto: tam pio operi:
succurre patrie: succurre amicis: succurre ꝛ tibi et tuis. Oblatam
occasionē arripe. Noli queso expectare: vt iure optio dici queat:
nō volūtate Cosmus: nō animi iudicio: sed necessitate ꝛ rebꝰ ad=
uersis nō tam duciť q̄ȝ cogitur. Id autē vna re facillime vitabis:
si omī ꝑturbatione liber te rōni submiseris. Vale. ex mediolano
iiij. nonas iulias. Anno a natali christiano. M. cccc. xl.

Franciscus philelfus Kyriaco anconitano salutē.

Quod et gratularis michi: teq̄ȝ propediē apud nos fu=
turū denūcias: dici nō possit: quāta me tuis litteris vo
luptate affeceris. Vtrunq̄ȝ eni summe beniuolētie argumētum ē
Facito igiť si me amas: sicuti certe amas: vt te vti q̄ȝ primū fruiq̄ȝ
affatim possimꝰ. Interim autē rem michi pergratā facturus es:
si ad qd tempus naues onerarie sint istinc Bizantiū soluture: p
te certior factus fuero: quo vel tibi vel nostro splēdidissimo scala
monti dem aliquid litteraꝝ ad Mariū filium. Quod aūt placere
tibi ostendis. ea per z. et
nō per s. scribi. et idem Ptolemeum sensisse in suo de orthogra=
phia libro. Ego quidē neq̄ȝ tibi: neq̄ȝ Ptolemeo ipsi assentior:

q̃cunq̃ is tandē aut alterut Alexādrin⁹:aut Ascalonites: aut epithetes cognoīatus:aut ali⁹ quispiā fuerit q̃ se grāmaticū ꝓfiteri voluerit. Id enī ratio ꝓhibet q̃ istiusmodi cōsonātium numerū simł esse nō patit. Id qđ etiā apđ priscianū in ꝓmo de octo orōis ꝑtibus ītueri lꝫ. Quare q̃ tu epigrāmata istiusmodi characterib⁹ scripta īuenisti litteris atticꝭ(vt aiūt)scripta eē fatendū est:vel añ arcadas potius:quos

extitisse fabulātur. Michi tñ et epigrammata tua et que scripta abs te sunt:iucūdissima fuere. Uale ex mediolano. v. ydus quintiles. M. cccc. xl.

Frāciscus philel. Andreocio petrucio salutē.

Nimis laut⁹ factus es q̃ nos iā tedio habeas. Existimo te vrbani istius quē mīme bellū sacerdotaria vxor belli filiū vocat:cōsuetudine vti cepisse ob idq̃ nostratia hec ꝯtēnere. Uerū caue:te solū solus offendat. Nosti hōis istius tū vires:cuꝫ exul ab octaua Mari⁹ bibit:tum etiā mores. At officij tui esse arbitror:mō tibi ꝑ vrbanuꝫ liceat aliqđ obstruere lr̄is: quo de te ac tuorū oīm statu bonaq̃ valitudie certior fact⁹ mecū ipse tacitus gaudeā. Tu interī puccinis te credas noli:ne ruētes insaniētesq̃ et in ruinā te trahāt et in insaniā. Omnino enī si credis victores breui futuri sumus id qđ ex Landucio nostro accipies. Uale ex Mediolano. iij. kał. sextiles. M. cccc. xl.

Frāciscus philelfus Saxolo pratensi salutē dicit.

Aderūt michi tue lr̄e ꝑiucunde ⁊ Ioānes ādreas iucundissim⁹

Fuit ergo nobis cū tua: tū etiā sua ipsius cā charissim⁹

Quē medicū ad victorinū meū datur⁹ sim nō intelligo. Nā neq̃ lr̄as abs te vllas accepi: nec m̄ vllus ē medic⁹:nec itē futur⁹ sit opto

Quid de libris nostris et euripide ⁊ mathematicis scribas nescio. Eos veli ac etiā vehemētissime rogo te ⁊ oro ꝓpediē ad me des. Flaccū et Ciceronē nostri eruditissimi victorini dedi Ioāni ādree. Id qđ vt facerē significasti lr̄is. Cōsultum ꝟo tuū vł nostrū potius nōduꝫ satis cōsului. Quare ne incōsultū me abiēs dimittat breui ꝓuidebo. Platonis aut leges aut rēpu. libēter videri aut saltē.

Quod ais:imo cauillaris.

A mario nostro quotidie litteras expecto: quas cum accepero faciam te quod tantopere scire desideras: et ad quod tempus eum expectem⁹: et de omi re alia certiorē. Uale. ex mediolano. v. kal. octobres. M. cccc. xl.

¶ Frācíscus phílel. Catoni iurecōsulto et oratori sal.

Audio istic esse presbiterū quendā Cremonēsem Jacobum cassianū qui multū ac diu humanitatis artibus operā dederit: tametsi vel qua eruditiōe: vel q̄d omnino hoīs sit ignoro. Illud certe nō placet q̄d libros meos sue fidei cōmissos: nec reddiderit michi: nec verbū fecerit. Nam victorinus feltrēsis eius doctor vir vt nosti integerrimus idēq̄ doctissimus ꝛ michi vetere familiaritate coniūctus: litteras ad me dedit quibus miratur quod nichil ad se scripserim posteaq̄ et libros mathematicos et euripidis tragedias isti Cremonensi Jacobo ad me dedisset. Itaq̄ mi Catho rogo te maiorē in modū Jacobum istum q̄primū couenias: et ab eodem libros meos exposcas recipiasq̄ vna cum saxoli litteris ad me paucis tenes: quid facto sit opus. Is autem Jacobus phisosophie philosomatus quispiā studet vt aiunt. Uale vna cum vxore femina pudicissima: Ex mediolano. iiij. k. octobres. M. cccc. xl.

¶ Franciscus philelfus Jacobo cassiano cremonensi presbitero salutem.

Victorinus feltrensis doctor tuus ac idez eruditissim⁹ vir michiq̄ amicissimus monuit me suis litteris duos tibi meos dedisse ad me codices: quoꝝ altero euripidis tragedie: altero mathematicoꝝ libri continerētur. Quos cum arbitrer pluribus iam mensibus michi redditos esse mirari se scribit: quid nichil ab me litterarū ea de re acceperit. Itaq̄ te etiam atq̄ etiā hortor meos michi libros q̄primū reddēdos cures. Quod si fortasse neminē habes: cui tuto rem cōmittas: habeo istic hominē familiarē et virum optimū Catonem saccum clarissimū et iureconsultū ꝛ oratorem et philosophū. Huic igitur isti meos libros restitues: quo et officio tuo et Uictorino doctori satisfacias: michiq̄ pro tua liberalitate morem geras. Uale ex mediolano. iiij. kal. octobres. M. cccc. xl.

¶ Franciscus philelfus Kyriaco anconitano sal.

Ad quintū ydus quintiles dedi ad te litteras quib⁹ suauissime tue ad me epistole responderā. Miratus autē sum quid postea nichil ad me scripseris presertim cum scire admoduz cuperem vt tum significarā: ad quod tempus bonerarie

naues Bizātiū essent traiecture. Nllum fortasse moleste tuleris: q̄
que nomina

scribenda affirmabas: non ita scribenda esse
ostenderim. Inhumane profecto faceres: si assentatorem Philel
fum tuum q̄ tibi amicum malles Nam quod ait Terentianus il
le Sosia: hoc tempore obsequium amicos: veritas odium parit:
habeat id quidem locum inter adolescentes et stultos. Inter vi-
ros autem et prudentis nichil ficti: nichil simulati: neq̄ dicendū:
nec sentiendum censeo. Quod si eque prudentia ac eloquentia es
preditus: quid est quod minus velis q̄ me aliud de te loqui: aliud
sentire: et laudare aliud probare aliud. Id em̄ inani cuipiam glo
rie tibi ascribendū foret. Quod quidem crimen q̄ longissime abs
te abesse non sum nescius. Scribe
obsecro q̄ primum aliquid vel quibus malis characteribus. Nec
me fructu dulcissime nostre consuetudinis priuatum velis. Uale
cum meo splendidissimo Scalamonte. Ex Mediolano iiij. kl.
Octobres. M.cccc.xl.

¶ Franciscus Philelfus Georgio Carrecto iurecōsulto salutē.

Non possum te nō ingratitudinis accusare: q̄ rebus me-
is tamdiu pro voluntate vsus et libertatis mee obliui-
scaris et officij tui. Facis profecto inhumane. Ac michi
iam stomachum mouere incipis. Non enim puto aut in legibus
inuenisse te aut in alio quopiam iure id vni licere tibi: quod nemi
ni bono licet. Presta te oro: et bonum tandē et gratū virum. Uale
ex Mediolano. iiij. kalen. Octobres. M.cccc.xl.

¶ Franciscus philelfus Francisco barbauare sal. dicit plurimā

Uix dici queat mi humanissime Francisce quanta me vo
luptate affecerit hesternum a te munusculum. Qd̄ et si
ipsum ex sese me plurimum delectauit eo tn̄ longe grati
us iucundiusq̄ fuit: qd̄ abs te datum. Intelligo enim me nulla
mea frustratum spe quippe qui plane p̄spiciam te talē ac tantum
virum: cuius familiaritatem atq̄ beniuolentiam iampridem vni-
ce desideraui: et familiariter mecum agere et in amore michi af-
fatim respōdere. Gratulor igit̄ facillimo isti tuo humanissimoq̄
ingenio: gratulor modestie: atq̄ bonitati: gratulor beneficentie: le
tor autē felicitati mee: qui qd̄ semper optaram: me vel nullo meo
labore non solum assecutum iam video: sed q̄ cumulatissime asse
cutum. Ego vero quid aliud amicitia nostra dignum tibi referre
possim: habeo certe nichil: nisi vt te et rogem et orem: tibi quod fa
cere indubitato potes: etiam atq̄ etiam persuadeas eum eē phi-

lelfum ac semp fore quo possis oi in re vel peculij iure vti. Uale. Mediolani ex edibus nostris. iiij. kal. octobres. M.cccc.xl.

Fräciscus philelfus Thome bononiensi salutē.

N I michi iter incepisset tertiana febris: cui ipsi de⁹ su periq; oēs ad quartanā: ita cōtinuā quoq; ac perennē inferāt vt q̄celerrime radicit⁹ eam perdāt: venissem equidē ad te q̄primū vt eq̄ tibi corā gratularer: atq; michi mirifice sum letat⁹ qd pro tua singulari virtute maximisq; meritis in eo te loco hūanissim⁹ priceps noster cōstituerit q̄ et excelsus ē et illustris impri mis. Gratulor igit absenti absēs. ac pcor imortalē deū vt qd certo spero. Illud biantis dictū. Magistrat⁹ virū demōstrat: clare in te eluceat. hoc ē vt nō mee ꝛ amicoꝝ solū: sed oīm expectationi probitas tua integritasq; respōdeat. Nemini enī dubitandū est te in dies magis atq; mag apud nostrū principē et auctoritate ꝛ gr̄a cariorē fore. Facies autē pro amicitia officioq; tuo: vt cum quid ocij nactus fueris memineris nostri. Uale Mediolani ex edibus nostris. iiij. nonas octobres. M.cccc.xl.

Franciscus philelfus Thome bononiensi salutē

Q Uod tibi existimauim⁹ nō iniucundū fore: opima spolia imortali deo que de hoste infestissima febre illa tertiana voueramus nudiustertius detulimus: et nō illa quidem in ferculo: vt Ioui romulus: sed in bona spe bonaq; fiducia. Neq; enim ferculorū michi nec vasorum copia est. Nolim tamen putes adeo me redactum ad inopiā: vt si quid ex isto vestro delicato et lautissimo aucupio ad me pro tua munificētia dederis: nulluz habeam ferculum quo id cōmode sim excepturus. Quod si quesieris quibus armis: febris armis furoriq; restiterim nō equidem esculapij aut apidis: sed fere par pari retuli. Eam illa michi molilebatur sitim qua propediem conficerer. Id ego animaduertēs eiusmodi sane inedia hospitē accipio: vt quod est in attico prouerbio: longe ad coruos trāsire q̄ meo hospitio vti mallet. Itaq; liberat⁹ omnino videor edacissima et molestissima hospite: quā vel cum egritudine audio ad amicissimos nostros optimosq; viros Marcolinū barbauarā et dominicū ferufinum ex itinere diuertisse. Quos velim moneas: nō bonum vultū hilarēq; faciem impudenti illi petulātissimeq; belue ostendant. Sed ab sese potius q̄primum q̄diligētissime q̄fortissime abigant. Et si nolint inedia et veneno vtantur et sanguine. Uale: ꝛ me nostro diuino principi vnice commēda. Ex mediolano. vij. ydus octobres. M.cccc.xl.

C Franciscus philelfus Antonio pessine salutē

c Cum eraz absens: eram apud te semper. Me diligebas me predicabas: me colebas: me oibus amicitie & familiaritatis officiis psequebare. Nunc autē presens neqz video te vsqz nec audio. Num quod oibus fere in rebus accidit: nostri presentia tuā de nobis opinionē minuit? Nam quid est per imortalē deum qz ita obmutueris vt nec audias nec loquare? Quid de tua taciturnitate suspicer: nescio. Nam si tue occupationes te michi visendū prohibent: at litteris saltē quippiā obstreperes. Uale. ex Mediolano. v. ydus octobres. M.cccc.xl.

C Franciscus philelfus Blasio axeretensi vicecomiti salutem dicit.

s Olent nonnulli tamdiu amicos colere quoad eorū vel presentia vti vel officio frui queant. At ego huiusmodi homines vel assentatores potius nichil charitatis nichil omnino humanitatis pre se ferre censeo. Declarāt eniz se nō tam amicos coluisse qz priuati pprijqz cōmodi habuisse rationē. Illorū igitur mores perinde atqz ingratos et plane barbaros detestari cōsueui semp. Nichil eniz amici recordatione michi suauius esse potest. Quod cū in aliis semper: tum in te vno imprimis expertus sum. Nam incredibile dictu est: qztum me tenet desideriū tui: de te dies ac noctes cogitare nō desino. Tu absens michi semper es presens. Jucundos nostros dulcissimosqz sermones crebra memoria mecum repeto. Hac vna re absentie tue desideriū lenio. Hac vna re oblector ac letor. Quod si quid ad me litterarū dederis: exiliam sane: gaudeo exultabo triūphabo. Quid abs te velim intelligis. Uale. ex mediolano ydibus octobribus. M.cccc.xl.

C Franciscus philelfus Francisco picolpasso Mediolanēsium archiepiscopo salutem.

q Uod ruri te cōtineas quo tēpore propter subeuntē iaz hyemē vrbs maxime colenda est nō possum nō mirari. Nam solitudo ista quid tibi iucūditatis afferre possit nō intelligo. Quod si ocium qz negociū te malle dixeris: at memineris nō te ad ociū sed ad negocium: hoc est nō tibi sed bonis omnib9 natū. Quare cum ab vniuersa ciuitate desideraris tui fuerit vel officij vel benignitatis relicta ista solitudine rustica: te qzprimū vrbanū fieri. Quod vt facias etiam atqz etiā rogo. Uale. ex mediolano pridie ydus octobres. M.cccc.xl.

C Frācīscus philelfus Kyriaco anconitano sal.

a D quartū kalēdas octobres meis ad te litteris suz mi-

ratus qđ nichil iādiu scripseras. Uidebať eniʒ argumentū id qđ dam esse mutati animi erga me tui. Id quod nō moleste ferre nō poterā. Nunc autē cum tua michi epistola et diserta ⁊ persuauis reddita est: q̄ vbi ad. iiij. nonas Sextiles istinc iter arripuisset vix tandē sero ad nos. xiiij. kal. nouēbres puenerit: facile michi ītelli gere visus sū vel tēpoꝝ difficultatē vel nūcij fortasse negligentiā esse accusandā. Non enī erat occlusa.

Que quidem exoptata et dulcis epistola tua si michi ad qđ tempus debuerat: reddita fuisset: recte consultum foret mario nostro q̄ppe

q̄ sane adhuc integra apud me sunt. Reliquuʒ est vt me oportune commonefacias et ad quod tēpus nauis altera sit Constātinopolim traiectura: et cuius ductu. Preterea cui daturus hic ad te sim: quo perferenda cures

Et de his satis. Clarissimi dignitatis militaris viri Rainaldi Albicij consilium nō possum equidē nō probare. Rogo: et oro īmortalem deum vt eum incolumē reuehat ac reddat nobis. Nā cū eiꝰ etatē annosq̄ʒ considero vereor: ne maris tedium ac labor eiꝰ senectutē obruat. Uelim meo nomine vxorē eius Alexandrā adeas: ⁊ isti omne meū officium: pecuniā opem et pollicearis et deferas. Unice eñ Rainaldo meo affectus sum: vt et sapientissimo et fortissimo: et optimo: et amicissimo viro. Tu autē cū michi posthac quippiam scriptitaris: ne obliuiscaris velim: veterem consuetudinem tuam

Uale. ex mediolano. xiiij. kal. nouembres M. cccc. xl.

Franciscus philelfus Petro michaeli militaris dignitatis viro ac iurecōsulto salutem.

Ua in me plurima officia et beniuolentiā singularem nulla nunq̄ʒ apud me delebit obliuio. Nam et amabo te semꝑ et illustres ac p̄claras virtutes tuas quasi ꝑpetuus aliquis buccinator p̄dicabo diuulgaboq̄ʒ apud oēs. Ingratꝰ sane ille michi videri solet qui non pleniore quodā ore de absentis q̄ʒ de presentis amici laudibus loquať. At q̄ presentē laudat et si recte atq̄ʒ vero id agit: assentationis tn̄ crimini apud plerosq̄ʒ videť obnoxius. Existimať enī id nō tam ex animi sentētia q̄ʒ alicuiꝰ vel suscepti vel sperati commodi gratia cumulatius facere q̄ʒ par sit. Sed neq̄đ in aliis probare nō soleo: in eo ipse in presenti peccauisse cen-

sear qui te p litteras quasi coram laudē: hac de re satis ac super. Naʒ qd ab me tibi debet melius fieri q̄ dici volo. Scire admodū cupio q̄d istic apud vos gerit. Non eni te latet q̄ sūmopere Senēsis reipu. quietē tranq̄llitatēq̧ pcupio. Quare cū aliquoꝝ hominū seditiones audio ⁊ conat⁹ pestiferos: doleo equidē eque ac debeo. Imp̄mis aūt de vrbano bellua. huic bello dicere volui: certioꝛ fieri volo. Increbꝛuit eni apud nos pꝛestantē istuʒ ac pudicū virum et ciuē optimū moꝛi decreuisse. Id ego mirat⁹ sum valde. Nam q̄ pacto moꝛiat qui nunq̄ vixerit. Verū si quā aliam moꝛtē oppetere foꝛtassis istituerit q̄ impuri et obsceni hoīes suiq̧ simi limi cōsueuerunt: veliʒ suas res gestas memoꝛatu dignas ad me pscribat quo eius nomē imoꝛtalitati cōmendē. Et vt itelligas si q̄d etiā in hoc dicendi gn̄e Philelfus valet: orationē funebrē ad te dedi: quā superioꝛib⁹ diebus habuim⁹ in Thodeschini sepultura. Hanc autē si vrbani sacerdotaria ista vxoꝛ audierit non vereoꝛ foꝛe. vt coꝛnigerū virum suū nō hortet modo: sed etiā agat continuo ad interitum. Vale. ex mediolano. xiij. kal. nouembꝛes M. cccc. xl.

¶ Frāciscus philelfus Augustino dato salutē dicit

Litterę q̄s hesterno vesperi a te accepi: icessu vt aiunt testudineo vse sunt. Nam pfecte abs te ad. xv. kal. sextiles vix nostras foꝛes. xiiij. kal. nouēbꝛes tandē pulsauere. Monebis igit ne tam negligēter posthac iter faciāt. Vereoꝛ tū ne tu scis delectate ficis aut etiā emilianis. ppterea seri⁹ ad nos ierint q accepissent bonoꝝ ficoꝛū copiā nō esse insubꝛib⁹. Castigabis igit et ita istitues vt tibi malint q̄ gule obseq. Grata fuerūt que scripsisti oīa.

Miratus sum aūt q quas a te nostras illas epistolas expectabā nō modo nō miseris: sʒ nec etiam oīo de his v̄bum feceris. Dato igit si me amas qd certe facis: istas ad me stati oēs. Hac re nihil michi potes hoc tpe pꝛestare grati⁹. Causam scripsi ad te pꝛius Vale cū parētibus tuis oīq̧ familia. Ego atq̧ mei oēs valemus recte. Ex mediolano. xiij. kal. nouēbꝛes. M. cccc. xl.

¶ Frāciscus philelfus Catoni sacco iurecōsulto sal.

Hodie michi reddite sunt littere a Theodoꝛo gaʒe viro sane tū ingenio: tum facūdia singlari ac plane digno: quē non mō diligam⁹: sed etiā amem⁹. Quid velit itelligo. Rem q̄tum erit in nobis ex sententia ꝓsequet. Sed tua et ope ⁊ opera

opus ē. At de hīs postea. Ego libros nostros vehemēter expecto facito si me amas e vestigio ad nos aduolēt. Cū theodori epl'a nullas tuas accepi litteras. Caue ne te posthac vel negligētie vl' morositatis accusaturus sim. Uale. ex mediolano. viij. kal'. nouēbres. M.cccc.xl.

Frācisc⁹ phi. Gerardo lādriano cardiali comēsi sal. FEcisti michi rem pgratā qđ philonē meu3 imo nostrū ex Aurispa recuperatū ad me dederis. Quod aūt mosei vitā quā idē philo et copiose ⁊ elegāter apud grecos et grece scripserat i latinū ab me tātopere verti postulas et audiui libent et obtēperabo libētissime. Itaq3 factum puta qđ iubes. Nulla te tua de meo erga te animo fallet opinio. Jam operi me accingo. Uale. ex mediolano. iiij. kal'. nouēbres. M.cccc.xl.

Frāciscus philel. Nicolao puteo cremonēsi salutē. ET serius respōdi tuis ad me litteris et breuius fortasse q̄3 velles: quo℞ alterū aduerse illi valitudini dato qua duos circiter mēses vel p intercapedinē laborauim⁹: alterum publicis meis ac priuatis occupationibus quibus prope obruor. Legi autē tuas litteras libenter qui mutuā inter nos adolescētie nostre beniuolentiam consuetudinē disciplinam complexus es. Quod autem mirificis me laudibus extuleris id singulari quadam et exuberanti amoris abundantia abs te factitatū existimo Nam neq3 vir amicissimus simulq3 moderatissim⁹ assentaris: nec istiusmodi michi est de me opinio. Reliquum est id tibi persuadeas: quod et recte ⁊ vero potes facere: te michi eē carissimū et eo magis indies fore: quo te animaduertero nō obliuisci Philelfum tuum. Uale. ex Mediolano. iij kalen. nouembres. M.cccc.xl.

Franciscus philelfus Francisco piccolpasso Mediolanensium archiepiscopo salutē dicit. DE phenice quid sentiā: auem loquor: superiorib⁹ diebus corā commētatus sum tecu3: deinde inueni nouissime apud grecos huiusmodi auē temporib⁹ claudij cesaris venisse in egyptum post sexcentesimū quinquagesimūquartum etatis annum et vbi ipsa sibi pyram vel ambrosiano loquendi more thecam: hoc est loculum ex casia et myrrha constituisset: diem obiisse ac demum ex eo verme: quem vulgo predicant reuixisse ⁊ continuo reuolasse: vnde modo ad egyptios deuolarat. Ad hec cum sanctissimi et eloquentissimi viri Hieronimi nudiustertius epistolas passim lectito in eam incido que ad presidium inscripta est.

Hanc autem centesimā decimānonam inter epistolas numerari puto: vbi cū alia pleraq; Hieronymus perpulchre complexus ē: tum de ipso phenice longe plura commemorat: q̄ Ambrosius. Ego tamen sententiam nondum muto. Uerum que voluptati fore tibi existimaui: volui tibi mecum esse communia. Nam neq; in egypto: neq; in arabia illiusmodi auem vsq; visam arbitror: quippe que mea sententia nulla sit. Cuperem iam ruris tedium: aut saltem facietas te cepisset: quo ad te salutatum et commode: et frequenter accederem. Nam quo magis te ruri contines: eo maiore tui desiderio crucior. Idq; cum multis: vel potius cum bonis omnibus. Uale ex Mediolano kal. Nouembribus. M.cccc.xl.

Franciscus Philelfus Catoni Sacco iureconsulto salutem dicit.

Suauissime tue littere michi perq; suauissime fuerunt. Quod autem ais apud Senatū nostri disertissimi Theodori gaze mentionem habitam fabule. Nunq; Philelfus didicit verba dare non modo amicis: sed ne inimicis quidem. Nulla michi prorsus spes est: vt vir iste publica pecunia ob id muneris donetur. Causam diebus proximis ad te scripsi. Scribis me a Theodoro tris ad meam vnam epistolam litteras accepisse. Non tris dumtaxat: sed mille et āplius litteras accepi. Nam vnis illis quas litteras ad me dedit: pmulta elemēta pscripta sūt. Quare non tris posthac: sed ternas dicito: si et Priscianū: et Tullium q̄ et Bartholum et Baldum sequi malueris. Ego inquā cum binas ad Theodorum nostrum litteras in hūc diē dederim: vne tātum sunt michi ab eo reddite. Tu autē de tuis litteris multa quidem dicis. At philelfus tibi nō credit. Nam neq; negociādo me neq; ociando superes in scribendo vnq;. Proinde si te negligentie aut voluptatis accusari volueris: et amicissimi et diligētissimi hominis officio fūgere. Quod Euripides noster tuam bibliothecam egredi nolit: nequaq; miror. Repperit enim fortasse: quibus oblectetur. At si ad nos redierit: ilico eijcietur foras. Quod te illi socium comitemq; polliceare gaudeo modo seuerinum quoq; cum censerino ne negligas. Nam quod aduolet Euripides: nequaq; moneo: quoniam si altius fortasse humilis exosus tolleretur: periret igni. Que tibi debeo: persoluam. Quare ne me in forum protrahas velim. Uale et me tue pudicissime vxori commendato. Theodoro nostro salutem dicito. Ex Mediolano pridie nonas nouembres. M.cccc.xl.

Franciscus Philelfus Jacobo Cassiano presbitero sal.

N on tam michi molestum fuerat q serius meos michi libros reddendos curares:q in presentia et iucundum est imprimisq suauissimum: q tam modeste tamq phumane litteras ad me dederis: qbus te non modo expurgaris: sed totũ sane meum et esse et fore ostenderis. Quare cum tuã excusationẽ tum multo magis teipsum non inuitus admitto. Itaq vel victorini nostri: vel tuiipsius causa oia de me tibi potes affatim polliceri: que et vsui tibi: et honori futura sint. Et de his satis. Venit istuc nup vt scis: Theodorus gaces: vir certe et disertus et eruditus: quẽ etsi certo scio: nõ amabis solũ sed cumulatissime amabis tamen mea etiã causa velim ita ames: vt nulla prorsus fieri queat ad amorem accessio. Hoc erit michi tã gratũ: q quod omniũ maxime. Uale ex Mediolano. xvij. kal. decembres. M. cccc. xl.

Franciscus Philelfus Catoni sacco iureconsulto sal.

M irum est qd vidi somnians. Dici michi a Minerua sũ visus nocte superiore. Cato in te tu9 alıqd monstri alit. Nam q libros tuos neq dedit ad te absens neq reddidit presens: neq aduenıens verbũ fecit: aliud nichil est nisi q alteri cuipiam nescio cui: maluit iniuste: q tibi iuste gratificari. Uale ex Mediolano. xvij. kal. Decembres. M. cccc. xl.

Franciscus Philelfus Simoni Arigoni sal.

Q uam epicuri de voluptate sententia te delectat: tue ad me hesterne littere et pdices facile declararunt Nã alteris animi: alteris corpis voluptatẽ psecut9 es Ego autẽ et si vtrisq nõ mediocriter sum delectat9 litteris tamẽ longe magis: que nõ solum in me laudando singularem tuam erga me beniuolentiam: et eximiam pietatẽ pre se ferre vise sunt: sed ingenij tui facundieq prestantiam perpulchre referebant. Itaq et benignitati tue et discipline eque gratulor: atq tuo amore michi plurimũ gaudeo. Teq etiam atq etiã hortor: vt veluti cumulatissime facis et virtutis: et doctrine studijs te totum dedas: ac dedices. Euades enim et in clarũ et in eruditissimum virũ Me aũt tibi totum ascribe: vel absq munusculis tuis Uale Mediolani ex edibus nostris. viiij. kal. Decembres. M. cccc. xl.

Franciscus Philelfus Catoni sacco iurecõsulto sal.

E t tue michi littere primũ: ac deinde libri: qs abs te tãtopere expectabã: redditi sũt. vtraq sane res voluptati michi pmagne fuit: at illud pq maxie q meis illis supioribus vnis litteris e somno te excitasse sũ visus Nõ ei oportet hominem amicissimum i amicitie officio dormitare. Cato mi suauissi=

me nichil ē te michi suauius: nichil carius. Facito: si me amas vt certe amas vnice: nūq̈ posthac Mediolanū petas inscio Philelfo hospiteq3 et tui amātissimo. Miror q̄ Theodor⁹ noster nichil respōderit ad meas litteras quas vltimū a nobis accepit. Que ad pessinā nostrū scripsit et legi et ꝓbaui. Vex ꝛ si nichil ē: qđ min⁹ sperem q̈ q̄ ipse cupit: et ego imprimis opto: curabo tñ sedulo: ne vlla ex pte officiū meum desideratur⁹ sit. Et de ac re satis. Nos istic iniuriola quadā vrgemur. Pricipis lr̄as ad tuos istos satrapas lectitabis: monebisq3: ne vel oratori vel satyro stomachū moueant. Vale cū pudicissima coniuge farciminibusq3 tuis. Ex mediola. pridie kal. Decē. M.cccc.xl.

¶ Franciscus Philelfus Simioni Arigoni sal.

E[t] supbia a me nichil alieni⁹ ꝛ gratitudie apđ me nichil antiqui⁹. Quare cū tuis ad me officij plenis humanissimisq3 litteris rn̄deo: nō modo supbie crimē effugio: sed etiā nomē gratitudinis michi ppulchre vēdico. Mirifice amplector amorē tuū. Ac tua hūanitate facilimisq3 morib⁹ ꝛ modestia singulari delector plurimū. Ingenij vero tui viuax prestāsq3 dexteritas maiorē in modū pgrata michi ꝛ periucūda ē. Video em̄ te tua illustri laude eā michi laudē allaturū: que pulcherrima sit et maxia. Nō em̄ istiusmodi tu⁹ ornat⁹: quo in litteris vteris: mediocrē de te tuaq3 facūdia spē quandā pollicet. Itaq3 te etiā atq3 etiā hortor: vt oēm operā diligētiāq3 tuā eloquētie et hūanitatis studiis. sicuti facis: accōmodes. Magna em̄ anim⁹ me⁹ de te presagit. Vale Mediolani ex edib⁹ nostris. vij. id⁹ Decēbres. M.cccc.xl.

¶ Franciscus Philelfus Matroniano brasche sal.

Q[u]od me tuis litteris nō mediocriter extuleris: fecisti tu quidē phumane ꝛ amice poti⁹ q̈ vero. Nō em̄ is sum q̄ meipsū nō nori. Sed tu illud verissimū eē liq̄do declarasti: qđ vident poete fabulari: amorē oculis carere: eque em̄ amic⁹ falli de amici iudicio: atq3 de iimici iimic⁹ plerūq3 solet. Nā ꝛ h̄ odio: ꝛ ille amore nimio affect⁹ veritatē neq̄t iternoscere: facile tñ patior erratū tuū: quippe quē longe malim amicū michi q̈ sec⁹. Verū illud de me tibi polliceris Licet te michi eē carissimū: ꝛ eo fore in dies cariorē quo te familiari⁹ vti potero. Munusculū autē tuū ꝛ si nequaq̈ desiderabā: nō potui tamen nō vehementer ꝓbare vel Epicuri sentētia: Nichil em̄ in eo ad voluptatē defuit. Et amplū erat ꝛ suauissimū. Nolim tamē posthac tā grādi ere obruas Philelfum tuum. Nam hec Satrapis et regibus: non pauco viliq3 contentis ac philosophis dono mitti consuerunt. Vale Mediolani ex edibus nostris kal. Januarijs. M.cccc.xli.

¶ Frãciscus philelfus Alberto zancario salutẽ.

n On te p̃terit q̃ꝫta michi cũ Rhomeo pepulo viro nobili et prudẽtissimo iuriscõsulto et familiaritas est et iueterata beniuolẽtia. Hunc veli noĩe meo adeas et q̃ proximis litteris ad te scripsi: ei diligẽter corã exponas addasq̃ꝫ quãtum ꝓ tua prudentia conductuꝝ ad rem censueris. Uale. ex mediolano iij. ydus ianuarias. M. cccc. xli.

¶ Franciscus philelfus Alberto zancario salutẽ.

q Uod pluribus hortaris libẽter agerem si liceret. Sed nichil apud me licet qđ honestati aduerset. Plurima sunt et maxima huiꝰ in me principis beneficia. Itaq̃ꝫ nunq̃ꝫ patiar me ingratitudinis accusari. Preterea nõ est constãtis et grauis viri quotidie mutare sedes. Uale. ex mediolano. x. kal. februarias. M. cccc. xli.

¶ Franciscus philelfus Joanni cornelio salutẽ.

q Uam mirifice desiderẽ te visere atq̃ꝫ coraꝫ alloq̃ breui cognosces. Id aũt quur michi tãtopere cordi sit: q̃ꝫq̃ꝫ potuisti iãpridẽ intelligere: Is tñ qui tibi lrãs reddidit vbis meis exponet q̃d veli: quicq̃ꝫ facto sit opꝰ. Putaui enĩ nõ tibi molestũ fore si antiquũ hospitẽ eadẽ qua soles hospitalitate venientẽ exceperis. Uale. ex mediolano kal. februariis. M. cccc. xli.

¶ Frãciscus philel. Petro thomasio pħo ac medico salutẽ.

a Udiui que scripsisti omnia: et barbari nostri consiliũ laudo et nõ minus tuum. Illud tamen malim effectuꝫ iri: quoad eius fieri possit. Esset enĩ multo res tutior. Ipsi tamen videritis quid facto sit opus. Uale. ex Mediolano xij. kal. martias. M. cccc. xli.

¶ Frãcisc9 philel. Liberio bonarello eq̃ti aurato sal.

e S tu quidẽ pietatis laudãdus: quod vel mortui patris memoriã colas. Existimo enĩ me idcirco abs te amari: quod scias q̃ꝫ carus fueriꝫ patri tuo grauissimo et clarissimo viro Nam ille me quoad vixit: cunctis beniuolẽtie ⁊ benignitatis officiis prosecutus est: quare cum Joannes marius filius tuaꝫ in se facilitatẽ ⁊ liberalitatẽ exposuisset: mirifice sum letatus. Uidere enĩ sum visus me veluti rediisse in successionẽ nõ tam amisse q̃ꝫ intermisse beniuolentie. Nam quod in patre amisisse existimarã intelligo in te filio recuperasse. Itaq̃ꝫ michi plurimũ gratulor: q̃ tam mirifice abs te diligar. Ut autẽ intelligas q̃ꝫ tibi in amore rẽspondeã quod velis periculum facito: totus enĩ sum tuus. Uale ex Mediolano ydibus martiis. M. cccc. xli.

¶ Franciscus philelfus Francisco barbaro salutē.

h Umanissimā excusationē q̄ in ꝑxima es vsus epl'a nō inuitꝰ admisi. Noui enī occupatiōes tuas et priuatas et publicas. Sed sum miratꝰ qđ de libris nostris ne vnū quidem fecisti verbū. Itaq3 rogo te vt ad ea q̄ modo scripsi tibi diligēter rn̄deas. Vale ex mediolano. x. kal'. apriles. M. cccc. xli.

¶ Frācíscus philelfus Hieronimo bellanti sal.

u Ereor idē accidisse tibi: posteaq3 petieris Basileā: qđ trito ꝓuerbio vsurpari solet. qđ distat ab oculo; distat a corde. Nam cū plura hinc abiens es pollicitꝰ: nō modo es conflatum nulla ex parte dissoluisti: sed versurā facis longe maiore fenore. Nobis autē nō modo de lucro in epistolario munere satisfactū abs te nō est: sed de vino quoq3 nō paruz diminutū. Que tibi abeunti mādauimus nosti. Tuū igitur fuerit ne frustra officium tuū postulasse videamur. Hugolino parmensi ornatissimo equiti aurato ac iurecōsulto salutē meo nomine dicas: velim eum dēq3 cōmoneas vt cautior sit: nedum exteris nationibꝰ blandiri cupit: et illis tacito animi iudicio nō probetur: et ab suis iure vituperetur. Non enī videtur eiusdē hominis censorē gerere: qui censendus ipse sit. Preterea qui se prestat in suos ingratū: qual' in alienos existimet? Quare vt probe viuit: ita et sentiat et loquatur probe. Non enī par est paucorū flagitia vniuersis populis ac principibus vitio dare. Sic enī et germanos bibulos et francos incestos: et hispanos predones: ꝛ britannos edaces appellabimꝰ quoniā eorum pauci: quidā aut in potum aut in predam et sanguinem maxime alacris: aut in cibum intemperantis se gerunt. Sic alia aliis crimina ascribemus. Vel dicat obsecro quispiam vbinam gentium reperiantur: qui vel animi vel ingenij magnitudine atq3 prestantia: qui religione: qui sanctimonia: qui bonarum artium splendore: qui omni deniq3 virtutum ac laudum genere cum italis comparari queant? Et ait Hugolinus meus et imperiū italie ꝛ pontificatum ereptum: quasi Romanorū et ytalie minus sit vel imperatores vel pontifices et diligere quos voluerint: et reiicere quos voluerint. Aut se romanoruz imperatorē profiteātur: quem Romanus populus: quem ytalia improbarit. aut veniat in ytaliam iste felix totius etiam terrarū orbis viribus adiutus si noluerint ytali si vnus Philippus maria gener aduētum eius prohibuerit. Itaq3 iterū atq3 iterū verba pensitet Hugolinus. Nec tam loqui cōsuescat q̄3 recte loqui. Vale ex mediolano pridie kal'. apriles. M. cccc. xlj.

¶ Frãcisci philełfi epistolarũ Liber quintus.

¶ Franciscus philelfus Catoni sacco iureconsulto et oratori salutem plurimã dicit.

v Ideo te esse admodũ ociosum: vtpote q̃ a leguз ac iuris ciuilis studio tãtisper veniã exorata: donec cõstitute vacationes p̃teri erint: te oblectãdi gratia vt es homo voluptari⁹: his questionibus obtuleris q̃ et iucunde sunt et hoĩe vrbano minime indigne. At ego nequaq̃ respondebo tibi: vt Aristoteles aut Plato: sed vt Philelfus. Si quid vero acuti⁹ volueris: tuã istã academiã cõsules. Sequar aũt ordinẽ propositaꝝ a te questionũ Et primũ tu quidẽ petis quid cause esse putẽ: q̃ hebrei oẽs natura fetent. Utrum hebrei oẽs (vt tu ais) feteãt an id minus: nichil cõpertuз hẽo. Sed q̃d in causa esse q̃at: vt nõnulli malũ odorem ⁊ plerique bonũ de se prebeãt. põt vtrũq̃: in aliis nãa: in aliis more accidere. Nam qui cibo sunt aut potu inferiores hi male cõcoquant necesse est. Ex cõcoctione autẽ mala: aut morbi manãt alij atq̃ alij: aut per sudorẽ ea resoluitur. At istiusmodi sudor quẽ fetulenta emiserit concoctio necessario odorẽ habet concoctioni simillimũ. Ex illiusmodi autẽ humore siue is intrinsecus per cutem emerserit: seu in superficie sit mẽbrorum: tristis sane odor exhalatur. Nec in hebreis id offensionis magis accidit q̃ in oĩbus qui viuunt incõtinenter: siue cibi ac potus incõtinentiã: siue etiã aliter: sed fortasse eo magis in hebreoruз genere id vsu venit: q̃d plerique omnes mensarij sunt feneratoriã exercentes: et ita nullis exercitati laboribus. Quo fit vt nimio ocio quieteq̃ marcescẽtes tetrum de se odorẽ emittant sit necesse. Contra autem qui sobrie temperãterq̃ vitã agunt: seq̃ persarũ more assidue exercent: aut equitãdo: aut ambulando: aut aliter ingenue. Hi certe nõ modo cũ male olent: sed bene potius. At sunt sane qui natura delectant odore suo. vt de Alexãdro macedonũ rege legitur: cui⁹ etiaз vestimenta que eius corpus cõtigissent: gratũ odorem exhalarẽt. Id vero ob aliam nullã fiebat rationẽ q̃ ob maximũ calorẽ corporal' illius tẽperamenti. Quare nõ est mirandũ si quãdoq̃ Alexãder in iram adeo exardesceret: vt eos etiaз quos habebat carissimos iterimeret. Q̃d tum maxime accidebat cũ ad nature feruorẽ vini estus in potu accederet. Nam ex nõ adulterato nature calore cuз alia bona et vtilia permulta: tum suauissimus odor gignit᷑. Que quideз res vel ea ratione probari potest: q̃ et casie ⁊ cinnama et thus ⁊ cetera huiusmodi odorifera pigmẽtorum gñã: non nisi in

Arabia et calidissimis regionibus oriuntur. Quod si hi qui sunt calido corporis tẽperamẽto natura bene olent: hi necessario olẽt male q̃ frigido sunt ꝛ humido: vt de pituiticis licet intueri. Quo in genere populi septẽtrionales fere sunt oẽs qui ad frigiditatẽ et humorẽ temperamẽti vbi vite quoqꝫ ac victus incõtinentiã adiũxerit omni sunt nausea tetriores. Quod autẽ petis secundo loco qua ratione fieri cẽseam: vt autũnali tempore appetẽtiores vescendi simus q̃ꝫ aliis anni tẽporibus. Ad id quoqꝫ quid sentiã nõ ambigã tibi ostendere. Sunt qui arbitrẽtur id accidere copia atqꝫ varietate illoꝝ fructuũ qui ꝑ id tẽporis ex arboribus manãt vt sunt mala/pira/pruna/castanee/mollusce/ficus/vue/sorbula/muspula: ceteraqꝫ huiusmodi prope inumerabilia pomoꝝ/nucũ atqꝫ baccarũ genera. Nãqꝫ istiusmodi esculẽtorum illecebris gustus delectatus vt stomachũ veluti ad ea admittẽda inuitat: ita ad cõcoquendũ reddit ardẽtiorem quibus etiam humectatꝰ venter quod susceperit et facilius deiicit ꝛ celerius. Unde stomachꝰ onere vacuus assiduius appetit impleri. Eam vero rõnem nitũtur cõfirmare ex egrotãtium cõsuetudine qui per huiusmodi fructuum esum recuperãt vescendi appetitũ. At huiusmodi michi cause autũnalis edacitatis minime probãtur. Pirorũ enim ꝛ ficuum et vuarũ similiũqꝫ fructuum esculenta ꝛ humectãt stomachum et frigidiorẽ efficiunt. Id autẽ vt cõcoctioni detrimẽtosũ est: ita etiam comedẽdi appetitũ aufert. Itaqꝫ alia michi cõmodior occurrit et ꝓbabilior ratio autumnũ estas antecessit At per estatẽ intimus ille calor noster et ꝓprius quo naturalit̃ alimur: dispergitur: fitqꝫ imbecillior ac rarior. Idẽ in autũnum cogitur rursus receptusqꝫ penitus intra corpus propter eius densitatem atqꝫ refrigerationẽ exteriorẽ vim suã roburqꝫ reassumit. Preterea cum per estatẽ magis vtimur potu q̃ꝫ cibis. Item humidioribus ob caloris magnitudinẽ natura in autũnali tempore mutationis cupida cõtrarium querit. Itaqꝫ nos maiore afficit fame siccũqꝫ alimẽtũ corporis reddit temperamẽto. Quid vero in causa rear esse: vt cygni in aĩa efflanda et sonoriꝰ canãt ꝛ dulcius: dicam audacter qd̃ sentio. Neqꝫ me hoc loco deterrebit ab aĩmi iudicio platonis auctoritas. apud quẽ disputat Socrates. Cygnos idcirco in morte sonãtius canere ac melius: qm̃ tum maxie ꝓuideãt immortalitatẽ animoꝝ. At ipse id puto natura fieri: q̃ studiosa conseruãde sui: vitales oĩs spiritus ꝑ corpus dispersos contrahit ad cor tanq̃ꝫ ad arcẽ vitalis p̃sidij ac roboris. Sed vbi natura frustra diu multũqꝫ luctata necessitati parere tandẽ cogit̃: spũs illi defta

cordis statione emergētes īpetu quodā intrīsec⁹ p anularis illos lōgissimi colli ābitus ad os ipm sonū quendā pleniorē efficiunt musici cātus simillimū. Ad postremū autē quesitū est a te qd remedij afferre qat: quo min⁹ qs ebrietate superet in liberiore cōuiuio: qd greci symposiō noīant. Et ad istud quoqꝫ facil' est rñsio. Drusus germanic⁹ Tyberij cesaris frat: vt erat vir et liberal' ⁊ gciosus: istiusmodi tuo cōuiuij gñe delectari solitus tradit. Cōuiuis aūt reliqs ebrietate correptis solus medic⁹ vino supior est inuētus: cū is tñ longe magis q̄ꝫ alios quisqꝫ sese potu obrueret. Sꝫ posteaqꝫ est aīaduersuꝫ cōsuesse medicū anteaqꝫ bibere iciperet: vesci semp quiqꝫ aut sex amaris amigdal': vbi id facere est a Druso ꝓhibitus: mox post paruū etiā potū ebrietati cōcessit. Potes igit etiam tu qñcunqꝫ vel germanos vel burgundiones tuos: q et ipsi quoqꝫ ex germania olim ꝓfecti in gallia cōsederunt: istiusmodi cōuiuio acceperis solus videri sobrius si volueris p hmōi amaroꝝ esum amigdalorū vino iter ꝓhibere inuenas. Quod si huiusce rei q̄sieris rōem ea michi videt esse q̄ vi s amaritudis naturalit desiccat atqꝫ cōsumit huiditates. Itaqꝫ ex oibus liquorib⁹ amarus maxime gustū offendit (vt ait plato) vtpote q lingue venulas q ⁊ molles sunt et rariores contēdit: humiditatib⁹ ex ariditate resolutis. Uidemus etiaꝫ vlcera amaris medicamētis extenuari ac purgari. Sed hec phisicis relinquamus et medicis. Uale. nonis aprilibus. M.cccc.xli.

Frāciscus phi. Danieli vēturio patricio veneto sal.

CUm indignū existimarē: vt qui presentia essem a te disiunctus: non eque sermone litterario quādoqꝫ cōiungerer: vt beniuolētia et obseruātia semper sum hec vel paucis ad te scripsi: ac ne id quidē qd noui quicq̄ꝫ acciderit: sed ne fortasse negligētia quapiā id accidisse opinareris: hoc ē ne ꝓpter nouos quotidie amicitie amicos veteres: eosqꝫ bñficos oblitus possem a quoq̄ꝫ iudicari. Ego te mi daniel et amaui semper ⁊ colui: quippe qui multiplicis tuas preclarasqꝫ virtutes admiratus sim et admirer: ac tuā vel humanitatē vel officium in meis honorib⁹ atqꝫ emolumētis perspectū vsqꝫ habuerim et cognitū. Itaqꝫ tibi velim persuadeas ita me tuū esse ac fore vt alium quenq̄ꝫ omnium maxime. Neqꝫ fieri nunq̄ꝫ posse incremētis vllis blandiciisue fortune: vt veteribus amicis nouos aliquos anteponā. Id tam et si pro tua prudentia latere te nō debet: volui tamē vt mea etiā confessione atqꝫ testimonio liquidius teneres. Uale. ex mediolano v. ydus apriles. M.cccc.xli.

¶ Franciscus Philelfus Petro perleoni sal.

C Ommēdaui te per litteras Joanni argyropulo presbytero erudito ac diserto et amice ⁊ diligenter. Quātum aūt commendatio de te mea profuerit: fac vt certior fiam. Solet eñ qñqꝫ vir iste nō minus leuitatis morositatisqꝫ pre se ferre qꝫ discipline. Sed tu vteris: si sapias: prudentia tua: teqꝫ et hominis ingenio accommodabis et tempori. Litteratura tibi ex eo comparanda est: non mores. De Mario filio que scripsisti: ex aliis quoqꝫ didiceram. Frustra nitimur inuita Minerua. Tu hortare adolescentem assidue: vt facis: non minus ad morum integritatē ⁊ elegantiam: qꝫ ad litteras. Cum istic essem: diu multumqꝫ studui: quesiuiqꝫ diligenter comparare aliquid michi ex Apollonij erodianiqꝫ ijs operibus: que ab illis de arte grammatica copiose fuerant et accurate scripta. Nichil vsqꝫ potui odorari. Nam a magistris ludi que publice docētur: plena sunt nugarum omnia. Itaqꝫ neqꝫ de constructione grammatice orationis: neqꝫ de syllabarum quantitate: neqꝫ de accētu quicqꝫ aut perfecti: aut certi ex istorum preceptis haberi pōt. Nam lingua eolica: quā et Homerus: et Callimac⁹ in suis operibus potissimū sunt secuti: ignorātur istic prsus. Que aūt nos de hmōi rationib⁹ didicim⁹: studio nostro diligentiaqꝫ didicim⁹ quāuis minime negari nos ex Chrysolora socero adiumēta nōnulla accepisse. Sed nostro: vt ita dixerim: marte ad calcem quoad ei⁹ fieri potuit: puenim⁹. Quare nō mediocriter me iuuaret: in viros illos quos modo memineram⁹: incideres: quo sitim hāc oēm nō leuarem solū sed sedarem oīno. Tu de tuis rebus oībus litteras ad me dato assidue. Uale. Ex Mediolano. idibus Aprilibus. M.cccc.xli.

¶ Franciscus Philelfus Nicolao cebe sal.

Q Ui grandē pecuniam opinant prdesse plurimū bonis artibus vtpote que oēm amoueant necessitatē plurimū fallūt mea sñia. Quid eñ pdesse queant: que quo maiores sunt: eo hūana igenia reddūt deteriora? Id aūt ita eē tu pspicuo es exēplo: qui quo tpe esses pauper: etiā inter maximas animi occupatiōes atqꝫ labores corpis: semp aliqd: vel scribebas: vel lectitabas. Et quicqd ocij surripere a negocijs poteras: id oē ad rerū cognitionē ⁊ laudatissimarꝫ artiū studiū cōferebas. Itaqꝫ tuo ipse igenio prestātissimisqꝫ morib⁹ delectat⁹: qua tēpestate mercature gratia pficiscebaris in Mediā ac Persidia: tibi tāqꝫ suauissimū vite comitē eū Ciceronis codicē dono dedi: q de questionibus tusculanis inscript⁹ ē. Tu aūt nūqꝫ pretermittebas iter mole

stissima etiam negocia tua vsq3 aliquid ad me scribere et te et ami citia nostra dignū. Nūc autē posteaq3 pecuniosior factus es neq3 respondes vnq3 ab me persepe litteris ꝓuocatus: neq3 lectitādis libris vt audio: operā vllā idulges. Sed tot9 es in lucro. itaq3 non possū nō odisse diuitias tuas que nō modo michi te: sed ipsi etiā tibi abstulerūt. Nisi fortassis vna cū pauptate et facilitate abs te oēm humanitatemq3 abdicaueris: factusq3 sis supbior. Quid em̄ aliud opiner cū nichil rn̄deas? Qd si aliud est in causa cui necesse est inseruire te: fac vt sciam: quo vel ignoscam tibi vel miserear tui Uale. Ex Mediolano. iiij. kal. Maias. M. cccc. xli.

¶ Franciscus philelfus Joanni Mario filio sal.

u T sunt res humane mutabiles oēs ac fragiles et caduce. Theodora Chrysolorina michi dilectissima vxor: et tibi mater indulgentissima ad ꝓximum quintū Nonas Maias q̄ dies erat Mercurio dicatus hoc ipso anno: qui ē a natali Christiano quadragesim9 primus supra millesimū nature deoq3 concessit id quod michi adeo acerbum fuit vt in vita nichil potuerit accidere acerbius. Scio me tibi fletus singultusq3 nūciare. Nam ne ipe quidem potui me a lachrymis continere. Ceterum qm̄ ea lege necessitateq3 nati sumus: vt oēs aliqn̄ moriamur equo animo tantū hoc vulnus feramus: necesse est. Tu fac ad nos q3 p̄mum reditu3 matures. Nam nichil est q̄ istic diuti9 tēpus teras: qn̄quidē in litteraꝝ studio quaꝝ gratia Cōstantinopoli es ꝓfectus non modo nō ꝓficis: sed etiā que ab nobis abiēs didiceras: amiseris vsq3 adeo studiosum te diligentēq3 prestitisti. Uale. Ex Mediolano p̄die kal. iunias. āno a natali Christiāo M. cccc. xli.

¶ Franciscus Philelfus Catoni Sacco iurecon. sal.

q Uis te nō amet: atq3 magnifaciat Cato: quē videā nichil omnino velle ignorare? Sunt nōnulli ordinis tui homines: qui Bartholū modo Baldūq3 legerint: quos certe minime cōtēno: sunt em̄ ad emungēdas pecunias vel extorquendas potius licitatores minime vulgares: ij aliud nichil curēt neq3 pluris faciāt diē: q3 noctem. Sed tu vt es vir ꝛ acutus et grauis: nullis tenebris delectaris. Sed versaris semp in apertissima luce igenij atq3 veritatis. Nichil tibi obscurū: nichil reconditū: nichil āceps: nichil ābiguū pateris. Queris ab me duo ex p̄ma questione M. Tul. Ciceronis: p̄mū quid sibi vir ille eloquētissimus voluerit apud quē vbi esset ꝓpositū mortē videri malū cōtinuo subdiderit p̄inde atq3 necessario cōsequēs: si malū ergo miserum Ais eni id videri tibi nō satis docteq3 neq3 acute dictū. Sunt em̄

pleraq; mala in homine: neq; tn̄ ei⁹ pōderis sunt: vt miserū effici ant. Num illum virum dicemus miserum: inquis: qui summa vir tute preditus et primarijs corporis atq; fortune bonis pollens: si aut interdū ex pedib⁹ laboret: aut in maximis diuitijs vel equū vel bouem amiserit? Nam hec etiam mala sunt sed non talia que tali atq; tanto viro miseriam imporrent. Petis secundo loco: qd Clepsydra significet. Nam eius quoq; verbi mentionem fieri eo dem in libro. Paucis ad ista tibi respondeo: et de Clepsydra pri mum: hoc enī verbum est grecum: qd a Clepto compositum est et hydor. Clepto autē furari significat ac velo. Descēdit enim clep to a Calypto: id quod significat velo: et inde apocalipto hoc ē re uelo: vnde habetur apud Joannem apostolum apocalipsis: quo verbo reuelatio significatur. Nam ꝓprium furacis hominis est: qui Cleptes dicitur: velare et abscondere: que clam et per īsidias surripuerit. Clepsydra vero duo significat et fontem et horologi um Est enim fons Athenis in arce illa Minerue quondā nunc beate Marie virgini consecrata. Js per alueum subterraneum latentemq; fluens stadia viginti: surgit tandem in riuos ad vicū phalereum Erat preterea vas quoddā vitreū: qd equalib⁹ dimē sionibus signatas horas ostēderet: ad cui⁹ etiam fundū erat fora men: qd aquā aptum emitteret: et ita hore p aque diminutionem quot essent: videri poterant. Jtaq; nō absurde siue de fōte acci pias siue de horologio: recte Clepsydra noīatur q aquam aut ve let: aut furetur. Ceterum in pria Tusculana eā ꝓ horologio itel ligi oportere: haud est ambiguum. Vocata est aūt hora ab horos: quo verbo vrina significat̄: aīaduersū. n. in egypto ꝓhibent quo tpe sacrificium quoddā esset faciundū: hostiā immolandam qter ac vigesies equalib⁹ inter se spacijs mixisse. Et ita hora no men accepit ab horos. i. vrina qd idē etiam huros dicitur. Et illd quoq; ābigendū nō ē duplicit̄ dici diē ꝛ natura: q nocte vnā cum die dimetiēs: quattuor atq; viginti horas cōplectit̄: ꝛ arte q itegrū hūc diē in duas diuidēs ptis ex duodenis cōstat horis: qua dimē siōe ꝛ romani vsi sūt ꝛ hebrei Ad alterā vero tuā questionem qua Ciceronē videris ꝛ obtusitatis ꝛ īscitie accusare: illd cēseo rn̄dē dum nō tibi quē nichil ab re querere solitū aīaduerti s; tuis istis sophistis: q cū oīa nosse volūt existimari: nichil sciūt oīo. Jn oī ꝛ facultate ꝛ arte et scīa: pricipia queda; veluti fūdamenta cōstitui solēt: qbus cōcessis: que īde manāt facile cōfirmātur. Academici quoꝝ auctor fuit Plato: ꝛ peripatetici itē: qbus et nomē: ꝛ initiū dedit Aristoteles Platonis discipul⁹: triplicia bona in hominis

vita esse voluerūt. Prima animi et ea sane ceteris oībus potiora Secūda corporis q̄ tanto sunt q̄ꝫ animi deteriora: quāto corpus animo est inferius. Tertia fortune: que quo minus in nostra potestate eo ceteris bonis minoris sunt facunda. Preterea in singulis huiusmodi bonis eas differentias esse volunt: vt alia aliis prestare arbitrētur. At stoici quorum princeps fuit Antisthenes socratis auditor condiscipulusq̄ꝫ platonis id solum ac summum censuit bonum quod honestū esset. Que vero vel ad corpus vel ad fortunam pertinerent: neq̄ꝫ bona appellauit existimatiue nec mala: sed indifferentia quod et bene ac secundū virtutem hisvti possemus et male atq̄ꝫ viciose. Ob eamq̄ꝫ rem tum cōmoda tum incōmoda nominātur. Nec parum et nimis: nec plus et minus: nec excessum et defectū illum inter animi bona stoici esse volunt vt cum quid dicatur bonuꝫ: id constet omni bonitatis et ratione ⁊ numero: et item malum quod omni ex parte ⁊ absolutissime malum sit. Cum solo igitur bono stoici humanā felicitatem desinant: q̄ꝫ rectissime Cicero stoicos secutus cum propositū esset mortem videri malum: respondit si malū ergo miserum id quod et ad propositionē ⁊ fortassis ad veritatem aptissime subtilissimeq̄ꝫ consequitur: quanq̄ꝫ idcirco fortassis ipse nō probas q̄ podagra tibi non malum modo: sed summū etiam malum esse videatur. Quod si teipsuꝫ collegeris aliter sentias. Vale. ex mediolano. iiij. nonas iunias. M.cccc.xli.

Franciscus philelfus Saxolo pratensi salutē.

De tua in peloponesū quā instituisti ꝓfectione accipe sententiaꝫ meā. Fuit olim peloponesus in vniuersa grecia et viris ⁊ opib⁹ pollēs: nunc iis vacua prorsus. Nā ꝓpter cōtinuas barbaroꝝ icursiones incolarūq̄ꝫ ignauiā adeo est bonis exinanita oībus: vt p̄ter vnū georgiūgemystū virū certe ⁊ doctū et grauē ⁊ disertū nichil iuenias dignū laude. Pricipes eni illi paleologi ipsi quoq̄ꝫ inopia pressi vel suis sunt ridiculo ac prede. Itaq̄ꝫ p̄ter vnū gemistū cetera illic oīa cōmiseratiōis sunt plena Accedit q̄ lingua etiā ipsa adeo ē deprauata vt nichil oīo sapiat prisce illi⁹ et eloquētissime grecie. Mores ꝟo barbaria oī barbariores. Quare si me audias nō pelonesus tibi: sed thracia hoc est noua roma constātinopolis petēda est. Illic eni ⁊ viri eruditi sūt nōnulli et culti mores ⁊ ꝟmo etiā nitidus. Qđ eo tibi magis faciū duꝫ censeo qđ nesciā quāta sit tibi Georgij gemisti futura copia si pelonesum petieris. Est enim iam admodum senex qui magistratuꝫ gerit nescio quem. Ceterum constantinopolin petiturus

poteris si videbit: ad virum ex itinere tantisper diuertere: donec presens ipse coramq diiudices et regionē & viros. Vale. ex mediolano. vi. ydus iunias. M. cccc. xli.

¶ Franciscus philelfus Joanni aurispe salutē.

N Emo te vno accipiēdo facilior. Te rursus nemo difficilior dando. Tu me liberalitatis plurimū laudas. Et hanc virtutē extollis orōne ac recte tu quidē. Ceterū quam ipse virtutē tanti facere videris: cur eā minus āplecteris? Es tu sane librorum officina. Sed ex tua ista taberna libraria nullus vnq pdit codex nisi cū questu. Quid tandē adeo te libris īgurgitas? quibus vtinā vt par ē vtereris. Ego petij abs te strabonē geographū exscribendi grā: cā michi librarius esset domi. Reddita michi sunt a te verba cū assentatione pmulta: ad rem autē nichil. Petis a me nunc sextū empericū eius exscribūdi gratia: gero tibi morē. Sed ea conditione ne mutuū tibi iure doni ascribas. Quare fac vt ad me meus redeat codex: cum suo apud te officio functus fuerit. Vale. ex mediolano. iiij. ydus iunias. M. cccc. xli.

¶ Franciscus philelfus Francisco barbaro sal.

A Dhortationē tuā nō inuitus audiui quippe q norim eā pficisci a beniuolētissimo in me aīo. Itaq habeo tibi grās. Verū illud quoq aīo velim tecū volutes nō esse in eius potestate q nauiget euxinū ire sepe quo velit: sz qua venti traxerit. Vale. ex mediolano pridie kal. apriles. M. cccc. xlij.

¶ Frācíscus philelfus Leonardo iustiniano sal.

S J possem tuo vti consilio nichil omniū mallem. Sed quod te nō latet tēporis habenda est ratio. Quod qui minus facit: is certe prudens esse nō potest. Cetera tecum is cōmentabitur qui tibi litteras reddidit. Nam quicquid exposuerit id ab me totum profectum existimato. Vale. ex mediolano pridie kal. apriles. M. cccc. xlij.

¶ Frācíscus philelfus Catoni sacco iurecōsulto sal.

P Vto mariū filiū diē ppe apud te fore. Nā eū expecto qtidie. Debet enī soluisse ex thracia: estq remigraturus per padū. Cum istuc appulerit: aut ipe tu ei consule de equo: aut me facito q primū certiorē quo equum iubeam aduolare ad vos Vale. ex mediolano ydibus maiis. M. cccc. xlij.

¶ Franciscus philelfus Alberto zancario salutē.

N Olo tibi vnq persuadeas Alberte zancari eo me eē ingenio: vt simul cum loco animū quoq īmutem. Quin imo etiam cū sum Mediolani videor vsq Bononie agere adeo

me istius florētissime vestre vrbis memoria tenet. Quid igitur de te putas: cui⁹ suauissimi facillimiqꝫ mores semꝑ habitāt mecuꝫ die noctuqꝫ: Quod si minus frequēter mee littere ad te aduolāt: id vel occupationib⁹ meis dato: vel tibi fortasse ipsi qui negligētior factus es. Nam si sepius ad me scriberes cogerer etiam ipse vim afferre meis qbusqꝫ negociis: ne te frustra scripsisse iure qri apud me posses. Itaqꝫ posthac quid tibi faciundū sit tenes. Velim me certiorē facias de omibus rebus tuis. Nam quanqꝫ varij istinc rumores afferūtur: ego tñ ea certissima eē arbitror quecūqꝫ a te accipio. Non eni ipse es qui aliud dicas aliud sentias. Proinde si de te me velis tranquillo esse animo: fac liquido intelligā quo in statu verseris ꝙ viuis et tibi ⁊ tuis. Idqꝫ vt facias te etiā atqꝫ etiam rogo. Nam de rebus tuis nō possum nō esse sollicit⁹. Vale. ex mediolano. xiij. kal. ianuarias Anno a natali christiano M. cccc. xliij.

¶ Franciscus philelfus Joanni tuscanelle salutē

N On esse te oblitū et doctorꝫ ⁊ hoīs amicissimi gaudeo maiorē in modū: tibiqꝫ habeo gratias quod hoīs gratissimi officiū pre te fers. Qđ cupis certior fieri quo in statu sint res mee: versor equidē apud hunc meū humanissimū principem atqꝫ optimū ⁊ honorifice ⁊ in maxima animi quiete. Unū michi modo molestū ē ꝙ ethrusco potius delectaꝛ ꝑmone ꝙ litterario. Itaqꝫ necesse est ea scribā que iubet. Cetera michi belle sunt oīa Vale. ex mediolano. v. kal. ianuarias. M. cccc. xliij.

¶ Franciscus philelfus Guarnerio castellioni iurecōsulto ducaliqꝫ senatori salutē dicit plurimā.

E T leporē ⁊ capos et ꝑdices ꝗs dono misisti michi cuꝫ vidi libēter: tū iucūdissime accepi. Naꝫ et ingeniū delicationib⁹ foueꝛ absoniis redditꝛqꝫ acuti⁹ ⁊ accipe a te dona tali tātoqꝫ viro nō fit sine laude mea. Recte eni Horati⁹. o et ꝓsidiuꝫ ⁊ dulce decus meū. Quāqꝫ ego: vt igenue tibi fatear qđ sentio. Lautiorib⁹ istiusmodi esculētis non admodū vti cōsueui: nō ꝙ gustus michi sit rustican⁹ aut agrestis: sed qm̄ videor didicisse quo habiti⁹ est corpus eo ingeniū reddi crassius. Quis autē nescit istiusmodi ꝗbusqꝫ cibis corpora effici lautiora: Itaqꝫ si me amas leuioribus munusculis mecum age peponibus/prunis/ꝑsicis/malis/piris/ vuisqꝫ: ac ficubus: ne deteriorē efficias quem meliorem debes. Vale. Mediolani ex edib⁹ nr̄is. iij. kal. ianuarias. M. cccc. xliij.

¶ Franciscus philelfus Leodrisio cribello sal.

Q Uod greca oīa te delectāt vel ea assequor cōiectura qđ

meis libris vteris ꝑ tuis ex illo videlꝫ trito puulgatoqꝫ ꝓuerbio Sꝫ tu eo plus facis qd mea ita ducis tua vt michi in his nullũ ius reliquũ esse velis. Meus diodor⁹ iam ãnos duos est apd te. Nec tot lr̃is repetitũ ire ad me pateris. At isto michi vehemẽter ẽ opus. Quare fac eat ad me q̃primũ redi-tur⁹ ad te cũ voles. Qd si fortassis teneť in fenore fac me certiorẽ quo pecunias ad te dem ne pereat. Vale. ex mediolano. iij. kaľ. ianuarias. M.cccc.xliij.

¶ Franciscus philelfus Sarolo pratensi salutẽ

Pollucẽ quẽ petis libẽtissime ad te darẽ si penes me fo ret. Sꝫ hospitať iãpridẽ apd Harpyã: hoc ẽ apud Jo-annẽ nostrũ aurispã q̃ ea cõditione libros accipit mutuo vt resti-tuat nunq̃. Dabo tñ ad eũ lrãs: curaboqꝫ vel hũanitate vľ iurgio vt pollux redeat domũ: quẽ deinde cõtinuo tibi mittã. Vale. ex Mediolano. iij. kaľ. ianuarias. M.cccc.xliij.

¶ Frãciscus philelfus Guiniforto barzizio sal.

Et sanctũ est p̃ceptũ et euãgelicũ ne alteri faciam⁹ qd nobis fieri nolum⁹. Jd p̃sepe legisse te certo scio. es ei tot⁹ filiis tui. Quo fit vt magi mirer ñ idẽ a te obfuari qd didiceri Scis eni ab aristotele quoqꝫ vsurpatũ nõ satis esse virtutẽ scire nisi etiã boni sim⁹. Quid hec sibi velit oro nõ te p̃terit. Tuuꝫ igiť fuerit ita moderari tibi: vt nichil quesisse videaris: qd ipse graui-ter sim laturus. Est michi tecũ a patre tuo eruditissimo illo opti moqꝫ viro familiaritas que tibi sancte atqꝫ inuiolate tuenda est. Vale. ex mediolano. iij. kaľ. ianuarias. M.cccc.xliij.

¶ Franciscus philelfus Bornio sale iurecõsulto sal.

Quid egerim in causa amici tui ex eodẽ ipse debes iam corã accepisse. Nam est a me nihil sane p̃termissũꝫ qd ad eius vel rem vel dignitatẽ pertinere sim arbitrat⁹. Et vt mea fert opinio longe plus est apud hunc meũ clemẽtissimũ principẽ mea opera consecutus q̃ vel optare fuisset ausus. Tu si quid est aliud qd a me tua cã fieri velis id si scripseris nõ scripseri frustra Vale. ex mediolano. iij. kaľ. ianuarias. M.cccc.xliij.

¶ Frãciscus philelfus Antonio metello salutẽ.

Commẽtationum florentinarum dedi ad te libros tris. Nam pluris nondũ edidi et ne id quidem mea culpa: sed istorũ potius ab quib⁹ princeps inducit: vt alia michi inscri-benda iubeat que idoctos potius q̃ viros doctos et grauis sint delectatura. Vale. Mediolani ex edib⁹ nostris. iij. kaľ. ianuarias M.cccc.xliij.

¶ Frãciscus phi. Antonio raudẽsi theologo sal.

Q Uid ego sentiã de his que abs te in lactãtiũ firmianũ scripta sunt: dicam equidẽ breuiter: nec tibi mentiar. Petis eni vt audacter tibi aperiã iudiciũ meum de iis que in firmianũ lactantium scripsisti. Obtẽperabo voluntati tue id quod etiam si minus esset abs te petitũ minime subticuissem. Non est boni viri reticere veritatẽ p̄eserti eam q̄ deprauata si fuerit: nocere pluribus pōt. Vellẽ eqdem pr̄ optie ab oī istiusmodi scribẽdi gñe te continuisses: neq3 cum insanienti cãdido decẽbre desipere ipse voluisses. Id certe fuisset ꝛ ordinis et dignitatis tue. Que em̃ p immortalez deũ phanatica rō te cõmonuit: vt pinde atq3 infesto quodã atq3 iimico afflatus spũ in virũ illũ doctissimiũ atq3 disertissimũ tã insolẽter: tam iiuste: tã impie iuehereris vt nō res solũ pene inumerabil' cõsulto male interp̄teris: sed nomẽ etiã viri deprauare studueris: vtpote quẽ lactẽtium p lactãtio noĩes? Nam de rebus ipsis q̄d loquar: q̄s vel pueris notas dum corrũpere laboras te oĩbus erudit' et grauissimis viris ridiculo p̄bes. Pudet me pfecto ea in mediũ pferre q̄ a te nō inepte minus q̄3 perperã notata sunt atq3 rep̄hensa. Rogo igit' te vt hac in re Aureliũ augustinum imiteris. Retractauit ille vir eque sapiens ac sanctus q̄ imprudẽter errauit. Retracta etiam tu si tibi constat que sciens volensq3 male scripsisti. Quod si feceris nō modestie ꝛ verecundie minus q̄3 sapientie laudabere. Vale. Mediolani ex edibus nostris. iij. kal'. ianuarias. M. cccc. xliij.

¶ Franciscus philelfus Saxolo pratensi salutẽ.

que iussa sunt. Sed que vis tertia inferius est posita: ea superio-
ribus paret dignitatib⁹. Animū preterea putat plato per omnis
meare artus et corpus vniuersum per mēbraqꝫ sigillatim tanq̄ꝫ
instrumēta vim suā transfundere. Que autē sensibus occurrant
vt sunt alia atqꝫ alia: ea in sentiēdo referri ad animū omnia. Ut
igitur paucis oīa cōplectar: Plato vim mentis atqꝫ rōnis quasi
principē locauit in cerebro. Longius enī abest ea pars corporis
a colluuione ac sordibus. Iracūdie vero animositatisqꝫ vehemē
tiam qui vocatur a grecis in corde: at cupiditatē sub-
ter precordia statuit. Cuius quidē ꝛ ordinis et sapientie virgili⁹
familiaris noster minime ignarus pulcherrime cecinit in primo
eneidos libro inquiēs. Celsa sedet eolus arce sceptra tenēs: mol
litqꝫ animos et tēperat iras. At quare noīatum deum existimē ꝛ
que sit eius ꝰm priscos illos philosophos definitio rursus pauci

accipe. Stoici qui sunt grauissimi inter oīs philosophos et acutissimi iudicati: diuinā substātiam ita definiūt. Diuina substātia est spiritus intelligibil' igneus q̄ forma carens tum in ea q̄ velit mutat: tum rebus oībus simul assimilat. Ut autē deus appellaretur huiusmodi causam inuenio. Cum sydera suspicerēt hoīes que et cursu vterētur perpetuo: at currere dicit grece thein esseq̄ꝫ eadem in causa vt hi cōtemplarētur id qđ dicitur theorin. Jdcirco cū astra cetera: tum maxime ꝛ solē et lunā deos nominauerūt q̄ꝙ sunt nōnulli qui deum dictū arbitrētur deos quo noīe timor significat: qđ deus scꝫ timēdus metuēdusq̄ꝫ sit his videlꝫ qui vt sunt aīo deprauato: diuinā substātiam neqꝫ verent neqꝫ venerātur quippe quā esse nullā putent. Ex quorum numero te nō esse existimādum: questiones tue dilucidū prebent argumentū. Uale. ex mediolano ydibus februariis. M.cccc.xlv.

¶ Frācifcus philelfus sal. di. plu. Frācisco barbaro.

q Uem ego hac tēpestate putē ex grecis hoībus grecos ceteros doctrina eloquētiaqꝫ prestare: queris a me reꝫ pfacilem iudicatu. Honos alit artis. Cicero noster inquit omſqꝫ incēdimur ad studia gloria. Quē inquā honorē nunc putes apđ grecos ꝑpōsitū bonis artibus atqꝫ disciplinis in tanta grecie totius iopia? Legi ad hippodromū constātinopolis in marmoreis quibusdā lapidibꝰ sub pulcherrimo illo obelisco versus quosdā ad partem anteriorē obelisci latinos: ad posteriorē aūt grecos et vtrosqꝫ heroicos et item vtrosqꝫ admoduꝫ ineptos q̄ quantū ex iis potest intelligi: ipressi atqꝫ insculpti in lapidibꝰ illis fuerant Theodosio seniore iperante: cui Arcadius atqꝫ Honorius filij in regnū successere. Qđ si in secūdissimis rebus illius orientalis imperij littere ꝛ bone artes negligebātur: quid nūc existimādum sit in tanta grecoꝝ calamitate ꝛ seruitute? Ceterū vt ad quesita respondeā: vnus Theodorus gaꝫes mea sentētia ceteris grecis omnibus et litteris prestat ꝛ eloquentia: nō hac inquā libaniana garrulitate: sed eloquētia illa prisca qua et Demosthenē ꝛ Aeschinem et Lysiam: ceterosqꝫ illos nobilissimos oratores vsos legimus. Est pterea vir grauis et bonus ac plane dignus quē diligas Uale. ex mediolano pridie kal. martias. M.cccc.xlvi.

¶ Frācifcus philelfus Bauerie philosopho ac medico salutem.

d Ebes nō esse oblitus q̄ꝙ me semper Boetij opera delectarint: cū in oī facultate atqꝫ disciplina: tū ea maxīe q̄ scripsit in dyalecticis in qbus ipis m̄ visus ē excelluisse

plurimū. Que igit̃ noua tātus vir de sillogismis cathegoricis hip pothetici sq; precepta adinuenit: ea michi exscribi cupio. Itaq; a te peto cōtendoq;: vt eorū librorū copiā facias mea causa erudi tissimo atq; disertissimo iurecōsulto Bornio sale. Is eni librariū aliquē parabit qui huiusmodi prouinciā sit obiturus. Uale. ex Mediolano. iij. nonas martias. M. cccc. xlvi.

Frācis cus philelfus Thome senece salutē.

q Uod pudorē tuū accuses: nequaq; est op⁹. Nam tam etsi tue me littere plurimū delectāt: delectarūtq; semp quippe q̄ ab hoīe erudito et ipso quidē mei amātissimo pficiscā tur: tamē cum siles etiā michi es carissim⁹. Scio eni te mecū nō libēter silere neq; sponte: sed ob eā fortasse rem qd vel locus ali quis vel fortuna quepiā scribere phibuerit. Fuerunt autē nunc michi eo tue littere suauiores: q̄ sunt desiderate diutius. Qd uo cupis p nostre amicitie munere imortalitatis noī per nos cōmen dari id q̄q; in te est: cui⁹ eruditio est illustris: faciā tamē qd petis nō inuitus. Sed tu veli interea loci de morte dum nō imprudēter cogitas: te viuū esse memineris. Facitoq; ne tuas prius sarcinu las colligas q̄ te videro. nam videbo te iucundissime. Uale. ex Mediolano nonas martias. M. cccc. xlvi.

Franciscus philelfus Frācisco oche salutē.

b Artholomeus catias nouariensis iurisconsultus me nuper consuluit: quē idoneum ipse censerē qui noua riēsem adolescentiā bonis et litteris ⁊ moribus istitueret. Itaq; tu michi continuo venisti in mentem. Audiuit vir ille de te liben ter petiitq;: q̄primum curarem certior a te fieri. Uelles ne No uarie ludum aperire. Uolunt enim hi ciues eiusmodi virum qui et grāmaticam simul et rhetoricam doceat publice. Tu igitur si rem probas ostende michi propediem quantum nūmorum tibi constitui velis pro huiusmodi annuo munere. Uale. ex medio lano pridie kal. mayas. M. cccc. xlvi.

Franciscus philelfus Petro perleoni salutē.

t Uam illam orationē Joanni caimo iamprudem dedi ad te: qua de quid ego sentiam. sentio enim optime ex his que antea tibi scripsi debes intellexisse. Cupio cultellos tur cos. nō qui a turcorū officina in ytaliā nauigarint: sed quos opi fices genuenses turcos imitati fabricarint: falcatos illos atq; sub curuos. Nosti quos dicam: qualis scilicet istic emi cum adessem Michi res tua cordi est: id qd breui (vt spero) liquido cognosces Uale. ex mediolano ydibus maiis. M. cccc. xlvi.

¶ Fracíscus phílelfus Petro thomasio pħo ac medico sal.

n E quid rerum mearum lateat te hominē amicissimuꝫ et virum optimū: proxima nocte hora septima morte michi sublatus est dilectissimus michi filius Olympꝰ flauius: q̄ michi natus ex vxore secūda Orsina hosnaga matrona pudicissima: adeoq; formosa vt horeosyna dici posset: nondum mēsem nonū implerat. Itaq; nature ībecillitati cōsentiens: non possum nō esse in luctu: presertī quod ex oībus liberis meis erat is pulcherrimus et pre se ferebat ymaginē indolis cuiusdā egregie. Uale. ex mediolano. vij. kal. iunias. M. cccc. xlvi.

¶ Fracíscus phi. Pallanti stroze equiti aurato sal.

v Ix dici queat q̄ me delectarint proxime tue littere. Nullū enim officiū omisisti: neq; boni viri: neq; amici hominis. Monuisti et prudenter ꝛ bene. Sequar equidē consilium tuū. Moderaborq; michi et si nō absurde iambilis excandescebat. Is enī sum qui iniuriā ferre possim: cōtumeliam vero nullo pacto possim: nec etiam velim. Nam iniuriā ferre prudētis hominis moderatiq; duco: contumeliā vero et stulti ꝛ fatui. Faciam igitur quod hortaris. Tibiq; velim persuadeas neminem omniū amicorum esse hac tempestate te vno michi cariorem. Uale. ex mediolano. v. ydus ianuarias. M. cccc. xlvij.

¶ Fracíscus philelfus sal. di. plu. Bernardo iustiniano.

c Upio omnino vos visere ad resurrectionē dominicā: quo et tuo reliquorūq; amicorum mutuo conspecto frui colloquioq; liceat: et certa honestatis lege q̄ michi istic negocia sunt cōponantur. Quare si me amas: da operam: tu tuta michi ad vos pateat accessio ne publice principū simultates si que tandem he sint inter vestram nostrāq; rempublicā: priuato obsint officio. Preterea vt scis non minus sum venetus q̄ Mediolanensis. Utraq; enim ciuitate donatus sum. Uale. ex mediolano kal. februarias. M. cccc. xlvij.

¶ Franciscus philelfus salutem plu. di. Sceue corti equiti aurato ac iurecōsulto.

t Abellariū ad te in germaniā ꝓficiscentē nō suꝫ passus ire vacuū meis litteris. Ex quaꝝ delectatione poteris facile cōiectare: quāta me ꝓuaueris voluptate: qđ eidē tabellario mediolanū mō repetēti nullā ad me epistolā dederis. Et fecisti ꝓfecto pace tua dixerī inhumane ꝛ illiberaliter: qđ cū ad alios scriberes: hoīs amicissimi sis oblitus. Sed quo maior ē beniuolentia nostra: eo fortassis existimasti magis licere tibi vti

mecū silentio p litteras:psertim in istis germanie niuibus quarū frigore digiti quādoqꝫ stupeāt ac rigescant. Itaqꝫ ignosco excusationi tue:modo ista posthac vti nolis. Quare fac vt erratū cumulatissime resarcias:operamqꝫ des vt aliquid noui reportes in ytaliā tecū quod musarꝫ nostraqꝫ intersit. Non enī fieri potest qn episcopus eneas vir doctrina et eloquētia singulari egregiū aliqd īuenerit in tot ac tā plenis et puluerulētis bibliotecis germanie. Vale. ex mediolano pridie ydus februarias. M.cccc.xlvij.

Frāciscus philelfus Guiniforto barzizio iurecōsulto sal.

q Uod ad principē Marchionem scripserim nō te latet Quid aūt ea in re decreuerit nosse cupio. Rogo igit te vt qm nō mediocriter nostra interest q̄ sit istius mens principis q̄primum intelligere cures p virili parte:efficiasqꝫ ne diutius nobis expectādum sit. Erit hoc michi pergratū. Vale ex Mediolano ydibus februariis. M.cccc.xlvij.

Frāciscus philelfus Antonio trebano salutē.

a Ntonius florētinus fictor et excusor egregius eque tēpestate nostra atqꝫ praxitelen apud priscos memorāt copanue aut phidian aliquē et te diligit plurimū et michi est carissimus. Itaqꝫ a me petiit vt te in familiaritatē beniuolentiāqꝫ acciperē; quippe q̄ mei studiosissimus sis. Cupere enī se nō secus suos amicos omnis fieri meos atqꝫ ipse est. Quare vt et homini amicissimo et humanitatis officio satisfacerē: idcirco hasce litteras ad te dedi: vt tibi perpetuo testes essent singularis dilectiōis erga te mee. Vale. ex mediolano. iiij. kal. martias. M.cccc.xlvij.

Franciscus philelfus salutē dicit plurimā Petro thomasio philosopho ac medico.

e Xpectabā quotidie tuas litteras: quibus de iis oībus fierem cumulatissime certior que mea interesse cēseres Tamē cum interiꝫ iste nuncius ad te iret nō eum sum passus meis litteris vacuū pficisci. Te autē vt vel hac in re meo exemplo vti velis:etiam atqꝫ etiam rogo. Vale. ex Mediolano iiij. kal. martias. M.cccc.xlvij.

Franciscus philelfus salutē dicit plurimā Francisco barbaro.

e Que humanitatē tuam laudo: atqꝫ tabellariorꝫ accuso vel negligētiam vel perfidiā in reddendis litteris meis Intelligo causam quare nichil responderis:cum quid esses responsurus ignorares. Reliquum est vt quod tuis litteris q̄amicissime polliceris ac recipis et diligenter perficias et q̄pri-

mum: hoc erit michi tam gratum vt imortalibus beneficiis me tibi obstrictum fore profitear. Vale. ex mediolano. iiij. kal. martias. M. cccc. xlvij.

¶ Franciscus philelfus Bernardo iustiniano sal.

q Vanq̄ minime futurum dubitabā quin abs te michi littere propediē redderentur: tamen cum existimassem nequaq̄ tibi fore ingratum: si publicus tabellarius aliquid item litterarū mearum ad te deferret: scripsi rursus eadem scꝫ que antea. Itaq̄ velim cures vt ad resurrectionē dominicā pateat michi tutus ad vos accessus. Vale. ex mediolano. iiij. kal. martias. M. cccc. xlvij.

¶ Frāciscus philelfus Bornio sale iurecōsulto sal.

r Em michi feceris admoduꝫ gratā si a doctissimo pho ac medico Baueria boetij ꝯmētarios in porphiriū et itē in aristoteles p̄dicamēta atq̄ in eum librū: cui titul⁹ est. peryarmenias: tātisper mutuabere dū exscribātur id q̄d fiet q̄primū. Non eni mutuū peto feneratorū more: vt meuꝫ fiat tuū: vel tuū meū: sed vt cōmodet eos nobis ꝯmētarios. intra mensem eni redibunt Bononiā ad te q̄ bauerie nostro restituas. Vale. ex mediolano. iij. kal. martias. M. cccc. xlvij.

¶ Franciscus philelfus Alberto ꝫancario salutē

l Itteras tuis hisce occlusas cōmuni amico ⁊ eruditissimo iurecōsulto Bornio sale reddito perq̄ celerrime eumq̄ hortare: vt sepositis paulo conuiuiis ac musicis homini amicissimo inseruiat. Vale. ex mediolano pridie kal. martias. M. cccc. xlvij.

¶ Franciscus philelfus salutē di. plu. Nicolao quinto ecclesie romane pontifici maximo.

n Esciā quid optati⁹ in vita michi pater beatissime Nicolae quinte pontifex maxīe quid iucūdius cōtingere potuisset q̄ q̄ dina benignitate te sacrosancte romane ecclesie prefectū didiceri. Iam tandē eni cū publice: tum p̄uatim eruditis oībus optimisq̄ viris tuo fausto atq̄ felici ductu pulcherrime consultū et ad rem ⁊ ad dignitatē aīaduerto. Nam qui sola virtute ingeniiq̄ prestātia atq̄ doctrina incōparabili: et eloquētia singulari ad summi pōtificatus maiestatē sublat⁹ es: ꝓbitatis disciplineq̄ꝫ fautorē fore te qui dubitet: esse puto neminē. Itaq̄ꝫ vt de reliquis cōticescam: nō possum michi nō vehementissime letari atq̄ꝫ gaudere: cum memoria mecū repeto superiora illa tēpora. Iam eni anni prope viginti preteriere quibus ab ine

unte iuuenta vsq3:cū Bononie primum docuissem:tua familiari tate:qui eandē etatē ageres:suauissime vsus sum. Nō fieri em̄ po test:quin vna cū etate ingens ac mirifica tua illa creuerit erga me charitas:quando quidē quoꝝ me gratia diligebas:ea nulla ex pte diminuta sint. Nā mea erga te fides et icredibil' obseruātia acces sionem indies magis magisq3 suscepit:et ita suscepit vt nichil ad cumulum preter solum desideriū possit accedere. Et em̄ qui pro viribus colit nichil amplius in eā rem queat q̄ supra vires aut de siderare aut optare. Quare hoc vnū est:qđ in tāta mea ac tā miri fica animi voluptate:quā ex ac ista tua ad summū pontificatū cre atione cōcipio me quodāmodo offēdit qđ maiore aut pietate aut veneratiōe te ꝓsequi nequeo. Quid em̄ vel audeā supra hominē: vel sperem? Frustra vero quicq3 optare dementis est. In te igitur amando colendoq3:non tam accessio a nobis est:q̄ stabilitas cu pienda. Hanc autē sempiternā fore:tue sanctitatis merita ni pre stiterit:nullū certe meū prestare possit studiū. Nā cū ꝑmagna sit facta et oī ex parte incōparabilis in dignitate disparitas adeo:vt silitudo nulla possit adduci:eadē nūq3 sit amicitia: ni tu q̄ Chri stum ingeris in terris:Christi quoq3 humanati secutus exēplum ex isto tuo excelso atq3 diuino solio in nostrā humilitatē tuum cor dis intutum per superiorem illā ac tuam animi māsuetudinē ita demiseris:vt seruata etiam illa mathematica(vt aiunt)inter plus minusq3 ꝑmerētes ꝓportione quadā me nō min9 diligas q̄ a me ipse diligeris Hoc em̄ si feceris nō solū q̄ fucata gētiliū s3 q̄ vera et idubitata eterni dei sapiētia precepit: et similē amicitiā nostrā et eādem oīno que fuerit ad vltimā vite calcē conseruabis. Et ne maximis occupatiōib9 tuis vel intēpestiuioꝛ accedā vel iportuni oꝛ:iā de his satis. Nam reliqua si sanctissimus ille spiritus diui Nicolai Cardinalis Bononiensis tibi quōdam patris dum erat in viuis:nunc vero sanctimonie tue filius: cui nosti me carissimū extitisse:altioribus melioribusq3 intentus obsequijs: ingerere me morie tue distulerit:ea que mea interfuerint:omnia tibi pater am plissimus mediolanēsis Cardinalis: Henric9 verbis meis corā exponet. Bene i Christo valeat sanctitas tua cui me etiā atq3 eti am cōmendo ac dedo. ex Mediolano vigilia resurrectiōis dn̄ice Anno a natali Christiano. M. cccc. xlvij.

¶ Frācis. Philel. Joanni Tuscanelle ap̄lico secretario sal.

g Ratuloꝛ foꝛtune tue mi Tuscanella iuxta atq3 virtuti: qđ locū nact9 es oꝛnatissimū apud Nicolaū quintū pō tificē maximū Qđ aūt me īuitas in romanā curiā tuūq3

oē polliceri studiū: libēter audio adhortatiōes tuas. mō intelligā (ex teipso ne loq̄ris) qđ ad me scribis: an iussus a pōtifice. Si me hac de re feceris certiorem: nō obscure aīaduertā quid me facere oporteat. Uale. ex mediolano ydibus iuliis. M. cccc. xlvij.

Frācis cus philel. Catoni sacco iurecōsulto sal.

q Uid tibi in mentē venerit non possum augurari: quod ex meipso cupis intelligere quot ānos sim natus. Nū fortassis vllam michi paraueris vxorē: que q̄ sum corpore firmo robustoq́ꝫ velit intelligere? Nam ferrū est qđ amant: vt est apud Juuenalē. At michi vxor est tametsi eam egrotās egrotationem quam qđ vehemēter doleo nunq̄ꝫ sit euasura. Patitur enī tabem eiusmodi: vt huius vita diuturna esse nō possit. Uxorē tñ tertiā ducere michi non est in aīo. Utcūq̄ꝫ tñ habet postulatio ista tua: obsequar volūtati tue. Natus equidē ipse sum anno a natali xp̄iano nonagesimo octauo supra annuꝫ tricentesimū ad millesimū die quinto ac vigesimo iulij: et id quidē mane circiter ortū solis. Quo die litteras hasce ad te scripsi: meꝰ natalis agebatur. Itaq́ꝫ initiū dedi quīquagesimo etatis anno: valitudine vsq́ꝫ prospera et acerrimis sensibus pro diuina benignitate ac firmissimo toto corpore. Uale mi dulcissime Cato. Ex mediolano octauo kalen. augustas. Anno a Christi natali die millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo.

Frācis cus phi. sa. di. plu. Joāni ferufino iurecōsulto

q Uod me dolore pene conficit ac macerat acerbissimū tibi he littere ꝛ luctuosissimū afferant nunciū. Propria enī nocte q̄ ydibus augustis successit: hora secūda splēdidissimū illud principū decus atq́ꝫ lumen Philippus maria anglus mediolanensiū dux: cū ventris profluuio aliquot dies dissolueretur: nature deoq́ꝫ concessit. Tota ciuitas est in fletibus: senioq́ꝫ conficitur. Neq́ꝫ quid consilij capiat: satis nouit. Tumultuaria sunt omnia. Nam neq́ꝫ auditū fuerat adhuc tm̄ principē egrotatione detineri vlla: cum repente clamor sublatus est eum vita excessisse In hac tamen rerum omniū perturbatione videntur omnes publicam libertatem appetere. Quid secuturū sit: augurari nescio. Uehemētissime michi videntur procelle tēpestatesq́ꝫ impēdere: presertim q̄ hostes potentissimi sint in ipsis fere portis: et hic in tam repentino infortunio paratū sit nichil. Ni deus ipse prouiderit: maxime fluctus naufragiaq́ꝫ sequētur. Uale. ex mediolano xviij. kal. septembres. M. cccc. xlvij.

Frācis cus philelfus salutē di. plu. Joanni aurispe.

n On iiuria michi rebusqꝫ meis metuis amicissime Aurispa. Nam hic oia sunt turbulenta. Post obitū illius nobilissimi pricipis Philippi marie q̄ vnus iure meritoqꝫ potuit cum omni hominū memoria de gloria certare: mira hic facta est mutatio in animis huius populi. Preter paucos ex ordine nobiliū: ita sunt oēs ad laxam quandā et dissolutā libertatem incensi atqꝫ inflāmati: vt nichil magis oderint q̄ꝫ vni⁹ Philippi illius nomē. Ego libētissime romam concederē si daretur abeundi facultas. Uale. ex Mediolano kalen. septembribus: M.cccc.xlvij.

¶ Franciscus philelfus Alberto zancario sal.

b Reui ad te ibo romā petitur⁹: nisi ab iis fuero īpedit⁹ q̄ noue huic p̄sunt reipu. Quas lrās tuis alligatas acceperis: cura q̄ꝫ diligētissime redditū iri. Nā id te facere mea plurimū interest. Uale. ex medio. iij. ydus septēbres. M.cccc.xlvij.

¶ Frācisc⁹ phi. Petro thomasio pħo ac medico sal.

q Uos duos hippocratis libros in latinū conuerti eloquiū: alteꝝ de flatib⁹: alterū de passionib⁹ corꝑis dedi ad te vt ꝓximis litteris petieras. Hos cū legeris ꝑ tuo arbitratu cura vt ad me redeāt. Scio enī nō facies: vt mei quidā amici añ hac apud vos cōsuerunt q̄ quos libros mutuo potius (vt videt) q̄ꝫ cōmodato et ad constitutū tempus accepissent: ita verterunt in vsum suū: vt apud dn̄m ius nullum relictū videatur. Sed hec tecum iocatus sim. Noui enim bonitatē ꝛ integritatē animi tui. Uale. ex mediolano ydibus octobribus. M.cccc.xlvij.

¶ Franciscus philelfus Joanni lamole salutē.

r Ecte facis mi lamola: qd̄ nullū tibi relinqs dubiū. De musis qd̄ queris: tibi paucis respondi: vtpote q̄ essem minime ociosus. Sunt q̄ musas denominatas putent ꝑinde atqꝫ homu vsas. presunt enī orōni: vna enī vtētes cōueniētia quā harmoniā vocāt et simul canūt et simul tripudiis exercētur: nec vnq̄ꝫ inuicē separātur. Nam tametsi eaꝝ queqꝫ suā vim hꝫ: vt alia in astronomia: alia in geometria: et alia in aliis disciplinis. in vnaq̄qꝫ tn̄ eaꝝ musas oīs iuenias. Jn astronomia enī atqꝫ geometria facile repias et carminū ꝛ historie pulchritudinē atqꝫ dignitatē. Et eodē mō in ceteris artib⁹ et sciētiis At alij musas nomē duxisse arbitrātur a qd̄ vt nosti q̄rere sigĩficat. querēdo enī disciplinas adipiscimur. Ob quā ipam rē eas prisci noim inuētores musas appellauere: qd̄ artis sint doctrineqꝫ ꝓbitrices. Qd̄ aūt Joue illas dicāt memoriaqꝫ natas nil

dicūt absurde: cū oportcat virū eruditū ac doctū intelligētia memoriaqꝫ vigere. Sꝫ vis itellectiua a ioue ē: vt remiscēdi a meōria Uale. ex mediolano pridie nonas nouēbres. M.cccc.xlvij.

❡ Frācīscus phi. Matthiolo perusino pħo ac medico sal.

t Um me negligētie videris accusare cū nulla vnqꝫ diligētia vti cōsueueris: nisi circa rem fortasse pecuniariā: cū aliquē egrotū sanādum acceperis: cui cū ꝓmiseris receperis: spopōderisqꝫ futurū vt intra octiduū omni aduersa valitudine liberet: in mensis traducis duos et āplius verbis hominē lactans pecuniisqꝫ emulgens. Sed hec tecū iocatus sim: cum tu serio facis oīa que referātur ad questū. Uerū hec medicis vobis legitima sunt: vt vel celeriter hominē perimatis: vel egrotatione diuturna cōficiatis. Ratio vestra oīs refert ad lucrum. Et accusas me negligētie qui vnus omniū sis negligētissimus. Uale. ex Mediolano. xv. kal'. ianuarias. M.cccc.xlvij.

❡ Franciscus philelfus Jacobino picheto sal.

f Um ego tua causa lactantiū aliunde mutuatus: quem intra quindecim dies promisisti reditutū ad dominū. Tu eum codicēꝫ penes te habes iam prope annū. Facisqꝫ michi nō mediocrē iniuriā: cum tua causa ludere videor virum optimū michiqꝫ amicissimū. Prudētius tibi consulueris si lactantiū dederis ad me q̄primū: vt eum tandē remittā ad dñm. Uale. Mediolani ex edibus nostris kal'. ianuarias. M.cccc.xlviij.

❡ Frācīscus phi. sal. di. plu. Antonio petrucio eq̄ti aurato.

q Uam nouissimis litteris tuis michi conditionē proposuisti quo redirē ad vos: si id michi facere esset iam integrū eam libenter acciperē. Sed cuꝫ ob alias multas rationes ea michi vti nō licet: tum precipue ob nouū hui⁹ reipu, statum quo tempore nemo est sui iuris. Breui tamē futurū puto vt tibi ex mea sententia respondeā. Uale. ex mediolano pridie ydus ianuarias. M.cccc.xlviij.

❡ Frācīscus philelfus Galeacio cremensi sal.

a Liunde mi Galeaci tibi consule. Nam hoc tempore quid aliud tibi consulā: nichil habeo. Uale. ex mediolano ydibus ianuariis. M.cccc. xlviij.

❡ Frācīscus philelfus Catoni sacco iurecōsulto sal.

n Escio sane quid tibi sim respōsurus ad ea: que multa scripsisti nō amice minus q̄ iucunde ꝛ pro tua consuetudine. Sed vides in que tēpora inciderim⁹. Itaqꝫ ignosce: tum breuitati litteraꝝ: tum etiam quod nō liceat apertius loqui. Sed mittā aliquem ex meis ad te: ex quo mentē oēm meā cognosces:

Uale.ex mediolano ydibus ianuariis.M.cccc.xlviij.

Franciscus philelfus salutem dicit plurimã Bessarioni cardinali niceno.

e Iam homeri yliada quã vir eruditissim⁹ Theodorus gazes exscripsit michi et eam quidẽ magna cũ impẽsa atq3 sumptu facio tanti: vt n e Cresi quidẽ ingẽtibus illis admirabilibusq3 thesauris cuiq3 sim cessurus. Te aũt pater reuerẽdissime maiorẽ in modũ miror: qui me cũ ab vsq3 cõstantinopoli noris vl' i publico discendi ludo: vbi post obitũ mei soceri Chrysolore fuim⁹ apud Chrysococẽ cõdiscipuli: mores arbitreris cum etate mutasse. Ut q̃ vnus omniũ liberalissim⁹ esse censerer: benignitatẽ illam cũ auaritia cõmutarim. Donare didici sepe p multa: at vendere nichil vnq3: preserti libros quibus sane precio sius nichil duco. Ad hunc homeri codicẽ tam carum habeo: tam iucundũ: vt vix quicq3 in vita magis. Itaq3 ignosce hac in re m. Si quid aliud tibi possim gratificari: iusseris nichil frustra. Uale ex Mediolano.x.kal'.februarias. M.cccc.xlviij.

Franciscus philelfus Alberto zancario salutẽ.

q Ue hic gerantur: neq3 ausim: neq3 debeo scribere tibi. Scis eni nõ decere incolã in aliena repu. esse curiosu3 Omnis mea consuetudo hoc tẽpore est cum libris. Itaq3 semot⁹ a popularibus fluctibus (ne peream naufragio) institui tamdiu in huiusmodi portu me continere: donec alicunde secundus aliquis ventus aspiret. Utinam michi liceret ad vos ire. Quod qm̃ facere prohibeor: modice feram necessitatẽ. Uale. ex mediolano kalen. februariis. M.cccc.xlviij.

Franciscus philelfus Petro perleoni salutẽ.

n Ugaris tu quidẽ cum negligentiã michi obiicis: quasi tibi mores mei sint incogniti. Nã quẽ vnũ vidisti vnq3 q3 me diligẽtiorẽ? At quid velis ad te scribã in tanto rerũ omniũ turbine? Itaq3 sine me temporũ habere rõnem. Tibiq3 persuade tuã rem omnẽ nõ secus: atq3 ipsius meã michi cordi esse. Uale ex Mediolano.viij.kal'.martias. M.cccc.xlviij.

Frãciscus philelfus salu.di.plu. Frãcisco patricio.

q Ua ipse in re tuo veli3 vti officio Galeacius cremẽsis iste qui meas tibi litteras reddidit: diligenter corã exponet. Tuus autẽ michi animus exploratissimus est. Amas eni obseruasq3 me egregie. Nec potes oblitus esse q3 ego te semper dilexeri. Nam tua tum doctrina: tum dicendi elegantia testimonium facit. Quod cũ ita sit: reliquũ est vt re ipsa intelligã: q3 etiã

hoc tempore tibi sum cordi. Uale. ex mediolano pridie kal. apriles. M. cccc. xlviij.

¶ Franciscus philelfus Augustino dato salutē.

a Ccipies ex Galeacio isto Cremensi qui meas pertulit ad te litteras que velim abs te curatum iri. Non enim ignoras quātum discipuli preceptoribus debent: quos nō secus ac parentes colere venerariq; oporteat. Quod quoniam minime ignoras: tecū longior esse nolui. Uale. ex mediolano pridie kal. apriles. M. cccc. xlviij.

¶ Frāciscus phi. sal. di. plu. Angelo actiolo eqti aurato.

q Ue petenti tibi Philippo maria duce adhuc viuo. receperā de Cosmo medice ea seruaui oīa. Que vero tu michi neq; petenti neq; cogitanti es pollicitus nusq̄ apparent. At nouit cosmus et egregie quidem mecū actum esse nullo iure. Quod si extrema affectus iniuria oīa tibi condonaui quid facturus sit cosmus apud quē vnū tu posse videris omnia? Aut igitur ꝓmissa perfice aut tibi debeo nichil. Uale. ex mediolano kal. aprilibus. M. cccc. xlviij.

¶ Frāciscus philelfus Guarnerio veronensi sal.

s Trabonē geographū quē ab me petis cōmodato darē ad te q̄primū si penes me foret. Sed eū ab vsq; constātinopoli cū aliis meis ꝑmultis libris misi ad Leonardū iustinianum virum clarissimū et tibi eque amicissimum: atq; ipse michi ea scȝ lege vt michi cum primū in ytaliam reuertissem: bona fide restituerit. Nunc illo vita functo: libri oēs sunt apud eius filium Bernardū virum optimum patriq; simillimū. Tu rem tenes. Uale. ex mediolano. iij. nonas augustas. M. cccc. xlviij.

¶ Franciscus philelfus Joanni aurispe salutē.

t E vno mi aurispa nemo est in accipiēdo liberalior: in dando autē nemo rursus auarior. Quare ne prodigus iure possim a quoq̄ iudicari qđ a me petis ad te nō ibit. Uale. ex Mediolano. x. kal. septēbres. M. cccc. xlviij.

¶ Frāciscus phi. Bessarioni cardinali niceno salutē.

e T si michi videbar satis ad ea tibi antea respōdisse ad decimū kal. februarias que de Homeri yliade ad me scripseras pater āplissime: tñ quia litteras meas forsitan nō accepisti: repetā eađ paucis. Jdē michi de libris accidit qđ hoī auaro de pecuniis solet. Js eni aut dat nūq̄ aut ibi dat: vñ plus accepturū se sperat. Ego nullo precio eiusmodi codicē sim daturus: q̄ eque delector atq; dilectissimis meis liberis. Cōmutatur⁹ aūt

quo pacto:cum nullum existimem hodie in vlla disciplina codicē reperiri:q̄ possit cum eo comparari. Itaq̄ rogo te:atq̄ mirum in modum et oro:et obsecro ne me priues voluptate mea:quam tan tam habeo in huiusmodi Ilide cōstitutam vt in ea michi summū fere bonū collocarim. In ceteris aūt rebus oībus me vtere ꝓ tuo arbitratu. Vale ex Mediolano idib⁹ Octobrib⁹. M.cccc.xlviij

¶ Frācíscus philelfus Angelo actiolo eq̄ti aurato sal.

Audeo equidē mirū in modū Petrū Medicē Cosmi fi

g lium ita meas partis amplecti tueriq̄:vt scribis. Nouit

em̄ Petrus ab sev sq̄ adolescente et ingeniū meū et mo res:preterea dilectionē erga se plane singularē Quid igit̄ factur⁹ sit pater si diligenti⁹ considerare instituerit prudētissimū iudiciū optimi filij? Qui perturbationes animi appellauere morbos:q̄ re ctissime eas noīauisse arbitror. Sunt em̄ ꝑfecto morbi:quib⁹ cor repti qui fuerint:sui iuris esse non possunt:preserti si in eos icide rint medicos:qui non curandi:sed exasperandi peritiam didicere Non te preterit Cosmū quibusdā vti familiarib⁹:qui michi sem per cū florentie agerē:fuerūt infesti: idq̄ nulla mea culpa:sed sua dūtaxat aduersus me inuidētia. Quādiu Cosm⁹ istiusmodi hoi bus auris prestiterit recte de me iudicare nunq̄ poterit. Itaq̄ ad monēdus michi videt̄:ne cui credat magis q̄ sibi:hoc ē rōni et ve ritati Id si fecerit nullus ꝑturbationi loc⁹ relinquet̄. Reliqua tu ꝓ tua singulari prudētia bonitateq̄ moderabere. Vale ex Medi olano. iij. Nonas Nouembres. M.cccc.xlviij.

¶ Franciscus Philelfus Petro medici Cosmi filio sal.

Ngelus actiolus:ornatissimus eques auratus:q̄ te vero

a amat:fecit me suis litteris certiorem: id q̄d erat michi

clarius omni luce te mei eē studiosissimum nichilq̄ vsq̄ pretermittere:q̄d vsui michi atq̄ honori futurum putes. Que qui dem ipse legens mirifice sum letatus: cum intelligerem te omni bus palam facere plus residere in te officij: q̄ illorum insimula tionis:q̄ recte sapere nunq̄:neq̄ didicere neq̄ voluere. Satis eni a tua vsq̄ adolescētia nosti me. Deus ijs malefaciat:quorum frau dibus atq̄ insidijs factum est vt qui animo sēper fuerimus con iunctissimi tanto locorum diiungamur interuallo. Nam ego te mi Petre carissime eadem sum vsq̄ beniuolentia vel absens pro secutus qua cum istic essem:consueui. Scis enim me non menti ri: cum me docentem adolescentulus audires: quantum ipse tibi et suadendo et monendo et docendo: adhortandoq̄ prodesse stu derem: nullumq̄ vnq̄ locum fecisse reliquum vbi meum vllum

desiderare posses officiū. Equidē puto nichil magis obfuisse m̄ q̄ precipuū meū erga te studiū cum aīaduerterēt pditissimi qui= dam hoīes fore aliquādo: vt cū adultiorē etatem dignitatēq̄ eua sisses et auctoritate ꝛ gratia valerē apud te oīm maxime. Quare rerū causa eas in me flāmas odij excitarūt: quas ni tua prudētia bonitateq̄ extinxeris: indies magis atq̄ magis exestuabūt. Cui tante īdignitati vt moderator curatorq̄ occurras: te etiā atq̄ etiā rogo. Uale. ex mediolano. iij. nonas nouēbres. M. cccc. xlviij.

Frācíscus philelfus Antonio panhormite sal.

c Um idoneus esset oblatus nūcius cui tuto litteras ad te darē: volui certior fieres de rebus meis: quas p nr̄a summa atq̄ mutua beniuolētia scio non secus te ducere ac tuas quāti me faceret carūq̄ haberet diuin⁹ ille dux Philipp⁹ maria nosti peregregie. Quo extincto quod sine lachrimis meminisse nequeo: apud hos ciuis subito est exortū incredibile quoddā pu blice libertatis studiū: cuius initia pulcherrima extiterunt. Nam quādiu consensione sunt vsi res gesserunt et p̄claras ꝛ maximas Sed vbi relicta ratione publice vtilitatis et glorie ad ambitionē et auaritiā animū conuerterūt: pmagne sunt inter eos discordie subsecute. Hinc enī gabelline: illinc gelphe emersērūt factiones q̄ inter sese mutuis odiis estuantes in ardētissimas flāmas breui exurgant necesse est. Uidere videor horrenda propediē emana= tura incendia: que diuina atq̄ humana oīa concremabūt. Itaq̄ vellē me hinc tēpestiue surripere. At quo me recipiā nondū satis ītelligo: ita michi videtur vniuersa prope ytalia eodem hoc igni cōflagrare. Quare te rogo me adiuues consilio tuo quod michi faciundū magis conducat. Est enī michi familia nō parua: eaq̄ delicata quam hic relinquere nec possum nec volo. Quo aūt ho= neste sim cōmodeq̄ acturus: nō satis habeo exploratū. Uale. ex Mediolano ydibus nouēbribus. M. cccc. xlviij.

Franciscus philelfus Gregorio arrigio iureconsulto salutem.

n Ichil ad ea tibi possum que a me queris respondere: p̄terea q̄d a me tibi q̄rendū est: Num es oblit⁹ q̄d apd Ciceronē familiarē nostrū persepe in officiis lectitasti nō licere īcole in aliena repu. eē curioso: Nā q̄q̄ ex pegrino ita ciuitate a dīno illo duce Philippo maria donat⁹ sum vt ad om̄e ciuitatis et mun⁹ ꝛ bn̄ficium hoꝝ michi nemo sit p̄ferēdus: quorū p̄mi maiores illi Mediolanū condiderūt: tn̄ michi nō est habēda q̄d ciuis sim noīe inquilinus et non hic ex maiorib⁹ meis natus.

Insup satis debet apud te et rumoribus:et nūciis increbrescere:
quomodo post proximā Carauaginā victoriā hec habeāt negocia
Ego vbiqꝫ gentiū mallem hoc tēpore:q̄ hic esse adeo futuras tē-
pestates:ne dixerim naufragium:perhorresco. Et hoc vnum atti
gisse me penitet. Sed mortuo sim locutus. Uale ex Mediolano
idibus Nouembribus. M.cccc.xlviij.

¶ Franciscus philelfus Georgio lampu-
gnano iurecōsulto salutē.

n I te plurimū amem:cui norim iāpridē me esse carissi
mum et dicēdus sim et habēdus ingratꝰ. Facit igitur
ꝑcipuus meꝰ erga te amor vt q̄ michi in mentē veniūt n̄ ignores
Uideo te grauissimū subire discrimē:qđ tanto subiiciaris reipu.
honeri. Naꝫ tametsi patrie deesse nō debes cū extremo etiā vite
periculo:āplustre tn̄ moderate est gubernādum:neqꝫ aduersis vē
torum flatibus nitendū contra. Quod q̄ minus considerat vehe-
mētioribus surgentibꝰ fluctibus sese naufragio obiicit. Utinam
te nunq̄ꝫ negociis hisce publicis dedidisses:q̄ plena sunt procel-
larū. Sed qm̄ non est eiusdē tuto emergere qui se vltro fluctibus
imerserit:quod vnū facere tibi licet:moderare cursum nauigatio
nis tue quo censearis ab omibus portū malle q̄ꝫ pelagus petere.
Noli factiosus:noli seditiosus vocari ciuis. Id tibi facile cōtin-
get si nullā in partem iudicatꝰ propēsior fueris. Stude cōmuni
omniū paci. Discordias q̄ꝫtum in te fuerit ꝓhibe. Factionū sedi
tionūqꝫ principes suam ipsi pestem sibi atqꝫ perniciē moliūtur.
Pone tibi ante oculos spuriū melium. Pone saturninū. Pone
gracchos. Pone etiā ex grecis cum Themistoclē et Alcibiaden
tum alios ꝑmultos qui dum supra ciuilem moderationē appeti-
uissent:miserabilē exitum habuerūt. Illud tibi velim grauissimū
sapiētissimūqꝫ dictum menti aīoqꝫ inhereat: ne qđ nimis et item
illud:tempus cognosce. Hec si curaueris: errabis ꝓfecto nunq̄ꝫ:
tibiqꝫ ac tuis oībus ꝓderis plurimū et priuatim ⁊ publice. Hec
vt paucis te monerē: nostra singularis beniuolētia est me adhor-
tata que tu vt in bonā partē accipias rogo. Uale. Mediolani ex
edibus nostris ydibus nouēbribus. M.cccc.xlviij.

¶ Frācíscus philelfus sa.di.plu. Kyriaco anconitano.

q Uod me donas sepenumero perpulchris quibusdam
epigrāmatis habeo tibi grās: idqꝫ vt etiā q̄ꝫ sepissime
facias rogo te. Quod autē eulogiū in Homeri sepul-
chro insculptū ad me misisti:subdisqꝫ id satis esse argumēto Ho
merum nō Smyrneū extitisse:sed Chium neqꝫ probo sententiā

tuam:nec omnino reprobo:presertim cum et Acusilaus libro ter tio et Hellanicus in aglantide homeridas:que familia apd Chi= os erat illustris:ab Homero poeta nomē duxisse tradiderit. Quo rum opinioni aduersatur libro secundo Seleucus:inquiens er= rauisse Crateta:qui putarit homeridas homeri fuisse posteros. Nam illos hoc nomen accepisse ab homeris:hoc est obsidibus: quoniam chilie quondam mulieres cum desipissent in bacchana libus:manum cum viris conseruere. Cumqꝫ postea reconciliatis animis homerus id est obsides inuicem sponsos sponsasqꝫ dedissent:qui ex ijs posteri nati sunt:eos homericas vo cauere. Quod si ea legeris:que tum ab Herodoto et plutarcho: tum ab alijs nonnullis de illius poete prestantissimi vita litteris sunt mandata: neqꝫ de eius patria: nec item de etate:hoc est quo aut tempore natus: aut mortuus: aut vbi sepultus fuerit: quicqꝫ certi inuenies. Tantum autem fuit ⁊ tam illustre ac preclarū Ho meri nomen:vt permulte etiam nobilissimeqꝫ vrbes eum suum fu isse ciuem contenderint:ac sepulchrum eius ostendant: Itaqꝫ nō absurde id possit de illo dici:qđ Socrates de se respondere sit so litus: Ut si quis querat:cuias Homerus extitisset:respondeatur eum extitisse mundanum:si diuinum potius virū qꝫ humanum. Uale ex Mediolano.xi.kal.Decēbres. M.cccc.xlviij.

¶ Franciscus philelfus Aenico dauolo eqti aurato sal.

q Uo in statu sint res mee post obitum illius nostri diui ni principis Philippi Marie:potes tu mi enice nō cō iectura modo animaduertere:sed oculis pene ipsis co= ramqꝫ intueri. Non em̄ obscuri aut varij eē queāt:qui ad vos quo tidie et rumores et nuncij hinc pferuntur:adeo sunt oīa tumultu aria atqꝫ turbulenta. Nec longe abesse potest:quantū michi au= gurari licet: quī hi ciues:vt mutuis feruēt:estuātqꝫ odijs iter sese per oēm cruoris imanitatē digladiētur:ni de⁹ ipse auxiliū tulerit. Sed cōtineo ipse me. Haud enī scio qꝫ hec recte cōmiserī litteris Adiuua me prudētissimo tuo amicissimoqꝫ cōsilio:si quid potes Uale.ex Mediolano.xv.kal.Januarias. M.cccc.xlviij.

¶ Franciscus Philelfus Nicolao cebe sal.

q Uanqꝫ reuertisses ne genuā ignorabā an adhuc te mas silie cōtineres: nolui tñ qui pecunijs nō sim solit⁹:in dā= dis litteris existimari parcior Omniū pmuꝫ itelligere ex te cupio et qꝫ belle vales ⁊ quo i statu sint res tue. Nā iamdiu nichil de te audiebā. de meis autē rebus qđ ad te scribere audeā in his tpm pcellis cū tibi satis cognitū esse debeat:que hic gerantur. Quare

cetera relinquamus gubernāda fortune: cuius temeritatem q̄ sequūtur: fortunatissimi hac die censentur. Nos ad mercaturā litterariam reuertamur. Antonio Cassarino viro siculo qui proximis annis Genue perijt codex fuisse dicitur q̄ omnis Platonis libros contineret. Hunc michi cōparari cupio. At argento dixeris opus est. Sz nec eū michi a te petebā dono datū iri. Nā tā et si pecuniosus neq3 sū neq3 me futurū spero: habeo tn̄ amicos quosdā quos michi opera mea tributarios reddidi. Horum michi eraria semper patēt et si difficulter ijs vtor. At in istiusmodi michi cōparādo codice vti nō verebor: illis etiā minime iuitis. Rem igitur michi facies pgratā: si p te q̄ primū didicero: et cuiusmodi sit codex iste: et qd̄ eius preciū facito: hac i re si me amas te strenuū mercatorē extitisse iure possim affirmare. Uale. Ex Mediolano kal. ianuarias. M.cccc.xlviij.

¶ Franciscus philelfus Petro perleoni sal.

Codicē illū Antonij siculi illius Cassarini: quo platonis libros et scripta oīa cōtineri accepi habere vehemēter cupio. Qua quidē de re litteras etiā dedi ad Nicolaū cebā virū sane grauē: ac michi ab vsq3 Cōstantinopoli pfamiliarē: quē puto mea cā curaturū oīa: modo in hanc diē istuc redierit. Ceterum velim ipse quoq3 curā omnē adhibeas atq3 diligentiā: vt is Codex iusto precio noster fiat. Fac igit̄ propediē ad me scribas indicē librorū omniū ac itē preciū: et q̄cq̄d scitu opus eē arbitrabere. Uale ex Mediolano. kal. Janua. M.cccc.xlviiij.

¶ Frācicus philel. ātonio bernaregio philosopho ac medico sal.

Es tu profecto mi Antoni cū in ceteris philosophie partibus: tū i mathematicis disciplinis et eruditus: et doctus. Quid igit̄ de solis magnitudine sentias: audire ex te cupio. Uideo enī non idē inter omnes constare: qui de eius magnitudine sunt locuti: cū alij minorem. alij multo maiorem sunt opinati. At dixeris fortasse eos propterea non conuenire inuicem: quoniam hi humilius: illi altius solem locauerunt. Quasi eadem ratione altitudo solis capiunda sit: qua Thales milesius pyramidum altitudinem ex earū vmbra dimensus dicitur. At hominum visus non eandē vim habet in omnibus: cum alij eo vtūtur acriore: alij hebetiore. Cū etiam sunt qui contēdant solē et lunam non maioris esse q̄ appareant et alij quoq3 dicāt solē: quē suspicimus non eē solis ipsius corpus: sed veluti simulacrū simulacri solaris Preterea nec aut humilior: aut sublimior sol appareat ex atho Olympoue: q̄ ex infima valle aliqua. insup cum tāta in suo cursu

celeritate sol vtitur: vt nullo consistat loco: cui⁹ visus sit tanta ꝑnicitas vt eum dimetiatur? Et breuiter quod volo concludam: nullā michi rationē afferunt astrologi tui isti: qua qescere possit animus de solis reliquorūq₃ astrorū₃ magnitudine. Quare si qd habes tu certius fac vt sciam. Uale. ex edibus nostris Mediolani kal. ianuariis. M.cccc.xlix.

Frācīscus philelfus Philippo mediolanensi philosopho ac medico salutē.

d Um ytalia tota in armis est ꝙ prudētissime ac vero familiaris noster virgili⁹ cecinit: grauidā bellis armisq₃ frementem ipsi ad māsuetiora nos studia referamus. Memini cu₃ nuper viuo diuino illo principe nostro Philippo maria esses Mediolani vidisse apud te vetustissimū quēdam codicem qui medicoꝝ pluriu₃ scripta cōplecteret. Ut cornelij celsi et vtriusq₃ Sorani ꝛ Apuleij et Democriti ꝛ quarūdam etiā mulierum. Rogo igitur te in maiorē modū: vt aut illum codicem ad me mittas: tantisper apud me futurū donec exscribat quod factum iri curabo ꝙ primum aut istic ipse michi cures excribendū. Nam quod mea causa ipenderis id oē pecuniaꝝ breui ad te ibit. Medicos vero istos lectitare volo: nō vt eorū michi preceptis vtendum cupiā: qui sum vt nosti corpore bene cōposito et valitudine prospera: sed doctrine dumtaxat gratia. Uale. ex mediolano pridie nonas ianuarias. M.cccc.xlix.

Frācīscus phi. Lapo pisano iurecōsulto sal.

q Ui tibi reddiderit meas lrās: est m̄ iam multos ānos ꝑfamiliaris. Cui⁹ fide ac beniuolētia erga me habeo explorati⁹ nichil. Itaq₃ nō sum verit⁹ huic vni cōmittere ea oīa: q abs te cuperē curatū iri. Quecūq₃ igitur verbis meis tibi corā exponet: ea volo: nō secus accipias ꝙ si ex ore ꝓsentis mei emissa audires. Nec eni puto alio te nūc esse aio ꝙ tum eras: cū in aruo de lunari meatu atq₃ natura tā facete ꝑmētabaris. Nam quanq₃ audio te ad rem nūmariā factū paulo auidiusculū ꝙ soleres: etsi profusus fuisti: nunq₃ tñ quia operā a te exigo nō pecuniā: nichil est quod dubitē de tua benignitate ni forsitan iurisperitoꝝ more operam quoq₃ venalem proponis. Effice quod volo: ac Uale ex mediolano ydibus ianuariis. M.cccc.xlix.

Frācisc⁹ phi. sal. di. plu. Petro thomasio pho ac medico

f Ranciscus barbar⁹ vir clarissim⁹ et vt scis latine atq₃ grece eruditissim⁹: habet meos nōnullos grecos codices quibus non poete solū et oratores hystoriciq₃: sed

phi quoq atq theologi ptinent. Et habet eos quidē ab illo vsq tēpore: quo ipse agebā constātinopoli. Nam cū instituissez breui repetere ytaliā: libros illos ea rōne misi ad virū amicissimū atq optimū: quo michi ad reditum salui forent. Quid sit in causa nō intelligo. Non modo repetenti michi libros nō restituit: sed ne respōdet quidē. Vereor ne litteris ad se meis forsitā ob temporū malignitatē interceptis respondendi facultas sublata fuerit. Te igit rogo atq obtestor vt barbarū meū virū humanissimū adeas meo noīe eumq horteris: meos oīs codices ire ad me curet: vel ea rōne vt sibi liceat quē maluerit ex his codicib⁹ accipere dono id me nō modo nō ferente grauiter: sed loco etiā singularis beneficij ducente. Et vt hanc rem dilucidiorē teneas: habes istic phebum capellā iuuenē certe modestū ac bonū. Is viuo adhuc philippo maria duce: scriba senatus vestri cū barbarō ad eū principē oratorē p more patrio secut⁹ esset: pſens corāq audiuit: et me libros meos illos repetentē ꝛ rñdentē barbarū: cū primū venetias reuertisset: se michi satisfacturū. Itaq minimo sane cū labore cū m̄ morē gesseris hoī tui studiosissimo: tū iusticie fungeris officio Vale. ex mediolano. iij. nonas apriles. M. cccc. xlix.

¶ Franciscus philelfus Phebo capelle salutē.

Petrus thomasius vir scientia virtuteq singularis q̄d dam est quesitur⁹ ex te. Sine vllis etiam adhortationibus meis que vera sunt: minime reticesceres. Verum etiā mea causa vt ea que perspicue nosti referas te plurimū rogo. Nichil abs te peto quod alienum ab officio censeas. Quid autē magis officiosuz q̄ quod verū est loqui? Vale. ex mediolano. iij. nonas apriles. M. cccc. xlix.

¶ Frāciscus philelfus sal. di. plu. Nicolao fregoso.

Ni michi bonitas hūanissimi tui īgenij modestissimiq mores ab ineunte pe adolescētia cū me pceptore florentie vtereris: cogniti admodū forent: non auderē fortasse tanta cū fiducia id a te postulare: qd michi gratissimū sis factur⁹ tibiq honorificū. Solent enī nōnulli q̄ se letiore in fortuna vident constitutos reddi insolentiores. At nō debeo esse nescius nichil tibi posse accidere hmōi qui nulla fortune traharis temeritate: sed rōne semper cōsilioq ducaris: nō tu sane ignarus virtuti deberi oīa que si vera fuerit nō fucata fortuna omni pro famula vtitur. Sed ne videar difficilius quicq abs te petiturus: rem accipe breuiter. Petrus perleo ariminēsis fuit: ipse quoq nōnullos ānos florentie primo: dein etiam Sene auditor meus. Vir bonus est

idemq̃ ꝑdoctus ac facũdus: michiq̃ cariſſimus qui genue ora-
toriã docet vt ſcis. Iſtic qđ publicũ eſt ꝑmium cõſtitutum perq̃
difficillime diſſoluit. Abſurdũ eſt ꝓfecto quẽq̃ poſſe bñ docere
et ſimul pugnare cum egeſtate. Oportet enĩ ingeniũ hoĩs eruditi
ſi velit ſuo fungi officio vacuuꝫ eſſe mercẽnaria omni cura. Tue
igitur vel prudentie fuerit qui litteratiſſimus et habearis ⁊ ſis:
vel beniuolẽtie erga me quẽ noſti et tui ⁊ fregoſoꝝ omniũ laudis
ſtudioſiſſimũ eſſe: operaꝫ dare ne cogatur Petrus perleo noſter
ob inobſeruatã publicã fidem iſtinc diſcedere ac proficiſci vene-
tias quo eum noui frequenter acceſſi honeſtiſſima conditione.
Tu rem tenes. Dabis operã ſi me amabis ne fruſtra videar ad te
ſcripſiſſe. Clariſſimũ ducẽ Ianũ cũ vniuerſis Fregoſis ⁊ ſaluere
⁊ magnos eſſe indieſqꝫ magis fore vehementer opto. Uale. ex
mediolano. xv. kal. iulias. M. cccc. xlix.

℄ Frãciſcus phi. ſal. di. plu. Bornio ſale iurecõſulto.

e Rat natalis meus cũ hec ſcriberẽ tibi ad octauũ kal.
auguſtas: agebãqꝫ etatis ãnum vnũ et quiquageſimũ
qui natus eſſem anno a natali chriſtiano milleſimo trecenteſimo
nonageſimo octauo. Quod idcirco volui ne te lateret quoad oĩa
que ſcripſeras reſpõderẽ. Habes etatẽ meã quã ſi noſſe voluiſti
vt michi vxoreꝫ aliquã forſitan dares: nichil eſt qđ labores. Non
enĩ hec ſunt tẽpora quibus de re vxoria vlla ineunda ſit ratio cũ
nec michi ſit integrũ hinc decedere: ⁊ hic nõ ego ſolum: ſed vni-
uerſa ciuitas in extrema rerum omniũ difficultate ſit poſita: im-
primiſqꝫ rei frumẽtarie: cuius indigẽtia tanta eſt vt permulti ine
dia iam perierint: pereãtqꝫ quotidie. Et feles et canes ⁊ imunda
oĩa eſu cõſumpta ſunt. Atqꝫ mirabilis tamen eſt ciuitatis huius
cõſtantia vt emori oẽs malint q̃ dominũ quẽq̃ admittere. Quid
ergo facturi ſint mediolanẽſes? Nichil habeo quod tibi reſpon-
deam aliud q̃ quid nõ facturi. Ni deus ipſe prouiderit: videre vi
deor breui fore vt prodigioſa audias permulta. Ego de me quid
acturus ſim neſcio. Neceſſe fuerit vt ex tẽpore alia atqꝫ alia con-
ſilia capiã: que cuiuſmodi ſint futura augurari nequeo. Uale. ex
Mediolano. viij. kalen. augu. M. cccc. xlix.

℄ Frãciſcus philelfus Ioanni auriſpe ſalutẽ.

e Go mi auriſpa in ſyrtibus nauigo: vnde ſine maximo
periculo erumpere non licet: et inter nauigandum ne
fluctibus obruar at peream naufragio plurimum eſt metuẽdum.
Si quid habes adiuua me conſilio tuo. Nam quid agam incer-
tus ſum. Ubiqꝫ gentiuꝫ hoc tempore q̃ mediolani eſſe mallem.

Ubi neq; sine maximo periculo esse possum ppter ciuilis seditiones: nec etiã hinc abire ab his pmittitur in quoꝝ potestate sunt oĩa. Adde difficultates rei mee familiaris. Quare michi oĩa sunt aduersa. Nichil oĩo consilij michi relictũ est. Tu qui nauigas in portu si quod michi adiuuamentũ afferre potes ne differ. Uale. ex mediolano. vi. kal. augustas. M.cccc.xlix.

Franciscus philelfus Blondo flauio salutẽ.

q Ue a me scirevis de illo diuo pꝛĩcipe Philippo maria: nõ est narrandi locus. Sed vnũ velim: tibi certo psuadeas: neq; esse neq; fuisse vnq; virũ alterũ vno. G. Julio excepto quo nichil hoĩm natura pduxit profecti⁹: qui vlla virtutis laude cũ Philippo maria illo cõferri posset. Uellẽ michi liceret oĩs illius laudes sigillatim in mediũ referre. Sed quoniã hec sunt tempora michi tacẽdum existimaui. Quã cuperẽ vna esse possemus. Uale. ex mediolano. vi. kal. Augustas. M.cccc.xlix.

Frãciscus philelfus Georgio plato iurecõsulto sal.

a Dmonitionẽ tuã et probo ꝛ plurimi facio: vtpote quã norim manare a beniuolẽtissimo in me aĩo. Ceterũ velim illud tibi esse exploratissimũ: ita me michi vitã instituisse: cũ antea semp: tum precipue hac die vt nichil obiici queat meis moribus: cui⁹ redditur⁹ nõ sim ꝯrectissimã rationẽ. Nec sum adeo curiosus in vestra republica vt a quoq; possiꝫ iure accusari. Ego totus versor cum libris. meq; domi cõtineo nõ modo: ne loquar quicq; quod michi sit incõmodum allaturũ: sed ne audiaꝫ quidẽ Jtaq; admonẽdus nõ est qui et secũ habitat: nec aliunde pendet quã ex sese: ni fortassis michi metuis a candido decẽbre homine natura maledico et iimicissimo bonis viris et eruditis omnibus Js si quid insidiarũ tetenderit: da operã vt coram accersar. Jd si feceris: facile oẽs dilucideq; intelligẽt nefarios dolos ac fraudes teterrimi nebulonis. Tibi autẽ gratias habeo imortalis: quod nichil ptermittas qđ mea interesse arbitreris. Uale. ex mediolano vi. kal. augustas. M.cccc.xlix.

Franciscus philelfus Nicolao varoni pho ac medico salutẽ di. plu.

d Electatũ esse te duob⁹ his libris Hippocratꝭ: altero de flatibus: altero de morbis siue id malis: de passionib⁹ corpis. hoc ẽ peri pathon: quos ex greco in latinũ cõuertim⁹: plurimũ letor. Nam laudari abs te doctissimo pho ac medico prudẽtissimo lucubratiões meas nõ mediocri m asscribo laudi. Qđ aũt me hortaris ad ceteros Hippocratꝭ libros

interꝓtandos obseqrer tibi ꝑfecto ꝑlibēter si id michi facere licere ret. Sed vsq; adeo sum aīo occupato ne ꝑturbato dixerim in hac tēpoꝝ ꝓcella vt vix sim apud me. Qd si deus quispiā secūdius flauerit: nullo erit ad eā rem opus adhortatore. Ultro eni accingar q̄ n̄ris hoibus ꝓsim. Interea tpis sine me hr̄e eoꝝ rōnem quib⁹ ꝑ plus vrgeor. Uale. ex mediolano. v. kal'. augustas. M. cccc. xlix.

¶ Frācíscus philel. sal. di. plu. Leonello estensi marchioni.

q Uantā michi iucūditatē afferat tua omnis dignitas: scio te non latere. Nam amorē erga te meū haud nunc primū intelligis. Quid enī te nō semper amarim quē ab ineunte etate semper magnū ꝛ prestantē virū fore cognossē? Nulla certe ex parte me de te mea fefellit opinio. Magni sunt fundamēta virtutis: quib⁹ qui solide nititur mirabili incremēto cū die auctus surgit in gloriā. Iecisti tu quidē mi Nicolae pulcherrima laudis fundamēta adhuc puer: quibus p̄petuo quodā (vt ita dixerim) p̄bitatis pariete sic in hanc vsq̄ etatē respōdisti: vt cūctis in rebus pro tua prudētia fortunā obsequentē haberes Nam fortuna si qua tandē ea sit nunq̄ inertibus: nunq̄ ignauis fauet: sed industrios et strenuos hoīes planeq̄ prudentes ad res maximas semper vel comitatur vel sequitur. Tu igitur virtutis gradib⁹ per egregia deinceps facinora ad genuēsem prefecturā

nõ difficile es euectus. Hanc velim ita existimes te adeptum vt nullo fortune obsequio potuisse intelligas nisi virtutis ductu ac presidio vsus es. Qd cum ita sit: reliquũ est vt qbus artibus hãc es dignitatẽ assecut⁹: eisdẽ quoq₃ sustineas atq₃ tueare. Non enĩ solũ ornatu et orõne atq₃ honore: vt docet Aristoteles ceteris eũ prestare oportet q̃ illustri sit loco excelsoq₃ cõstitutus: sed multo etiã magis totius vite morũq₃ grauitate ⁊ constãtia. Nam quãti faciunda sit vestitus elegantia et magnificẽtia: ostendit Solon quẽ in eo genere gallum Creso pretulisse accepimus. Que sit in dicendo seruanda dignitas: que maiestas nõ parysatis modo Artaxerxis mater: sed norunt etiam hystriones et vniuersa theatral' turba: qua nichil humilius nichil abiectius. Tyranni pterea non minus q̃₃ reges honorãtur. Eo enim assentatores confluunt vbi plurimũ tum inepte fortune: tum leuitatis et stulticie abundare aduerterint. Nec eos pudet modo quid commodi se adepturos putent prestare omne famulatus obsequiũ. Ut autẽ huiusmodi hominũ colluuio arcenda a nobis est: ita doctissimorũ grauissimorũq₃ virorum consuetudine assidue vtendũ: quo eorum prudentia vel instituti vel confirmati meliores indies simus. Et qd Theophrastus Alexandrũ monuisse traditur: libri q̃₃plurimi cõparandi sunt quo scriptis horũ admoniti que amici principibus dicere verentur quid sequendũ aut nõ sequẽdum sit: teneamus. Sic enĩ₃ cum alia multa: tum etiam qui ornatus: que oratio: qui honos nobis cõueniat: non ignorabimus. Sic ad Porsenã qui ad occidendũ accessit: eum offendisset huiusmodi nugis ceteros antecellere: fortasse nõ re infecta rediisset ad suos. Nec darij mater Hephestionem pro Alexandro adorasset: si aut exteriore corporis cultu aut verborum fastu: aut honorationis insolentia maiorem Hephestione vidisset Alexandrum. Laudatur a sapientibus non Agesilaus rex modo: sed vniuersi Lacedemonij: quod et amictu admodum vili et sermone breui ac simplici: et veluti quadam vite victusq₃ atq₃ morum equalitate vterentur. Itaq₃ ingenti illo vulnere a. M. Attilio regulo perculsi Carthaginenses: nõ Cresum: nõ Sardanapalũ. non Xerxem aliquẽ: sed Lacedemonium Xantippum suis afflictis rebus preficiẽtes e victis victores eua serũt. Sola quidem virtus est que nullis huiusmodi ornatus insignibus et insignis est et ornatu omni ornatior: que nullis decorata verbis sese ipsam decorandã ostendit: que si a nemine etiã honoretur: cunctis est honorabilis. Uirtutẽ ergo ipsam mi Nicolae si tuo semper comitatu contubernioq₃ dignaberis: si

hanc tibi sociam si sodalem assumes: si cunctis hanc tuis actionibus non modo interesse sed preesse voles: nulli te vnq̄ꝫ errato facies obnoxium. Uerum ita velim virtutē abs te coli: vt eā nullam eē ducas: que deo vacet. Nam quecūqꝫ a priscis illis vel sapientibus: vel sapientie studiosis virtutum noībus appellantur nequaq̄ꝫ virtutes sunt: sed veluti adumbrata quedam simulacra virtutum. Nā vera et incōmutabilis virt⁹ sapiētia ē: que nichil fictū nichil simulatū admittit: sed ad veritatē celestiū reꝝ tota deūqꝫ refert. Oīs autē scia hec inferior et sciētie partes: quas actiuas et moralis virtutes dicimus: ita virtutē sapiūt si sapiētie se coniunxerint. Nam scientia omnis hmōi que sapiētia et manca ē ꝛ debilis nullorūqꝫ neruoꝝ. Quē eī prudentē dixero: quē iustū: quē liberalē: quē forti ꝛ magno aīo virū: quē deniqꝫ modestū frugi: temperantem: q̄ principem atqꝫ reginam virtutum oīum quā sapientiā dicimus: ignorarit? Nichil igitur tibi agendū arbitror: quod nō tecum antea diu sis multūqꝫ meditatus. Nulli autē cogitatus tui veritate et deo vacare debent. Hoc presente atqꝫ arbitro et cōsideranda tibi et dicenda: et agenda sunt omnia in cunctis autem et verbis et rebus fides seruanda est. Huic enim vni que iusticia minus nititur: iusticia esse nullo pacto potest. Homo vero iusticia vacuus similis est immanium beluarum. Nulla re alia Aristides et dictus est et existimatus vir optimus: nisi q̄ iustissimus haberetur. Eandem sibi cum de se opinionem. M. Cato apud Romanos comparasset: ingentem est laudem assecutus. Et quoniam vt monere Bias consueuit: magistratus virum demonstrat: danda tibi est opera vt non minus ipse dignus magistratu existimeris: q̄ꝫ te magistratus. Sunt enim nonnulli: qui nulla virtute freti cum in aliquem dignitatis gradum ascenderint: superbiunt ilico: et ita cunctos insolentissime dedignātur: vt seipsos dedignari videantur. Quare vt facilitatem imprimis amplectare: te non solum hortor: sed etiam rogo. Nam q̄ se difficilem adeuntibus prebent: pleruncqꝫ in nomen morositatis incurrunt. Et respondendum est omnibus et bene respondendum: ne aut contumeliosi: aut superbi iudicemur. Quam sit non modo negligentia et desidia in magistratibus et presidibus: sed ocium etiā fugiendum: satis eo monemur exemplo: quo anus illa paupercula Philippū regē nō insulse cauillata est. Nam cum esset huic cōtrouersia apud regem quam is sepe multumqꝫ rogatus: vt audiret atqꝫ iudicaret: respondit se ociosum non esse: tunc anus exclamauit: inquiēs. Noli te igitur regem esse. Qd quidem dictum

Philipp⁹ vt erat vir prudētissim⁹ admiratus: nō illā solū: sed alios quoqꝫ cōtinuo audiuit: et sollicitudine liberauit. Quare tum laboꝛe indulgendū: tum grauitati studendū est: que tūc maxime seruetur: si lenitate seueritas cōdiatur. Nā cum lenitas nimia lenitudinis nomen subit tū imoderata seueritas in seuiciā labitur. Nec admodum exhilaratam faciē pꝛobo: nec itē supꝛa modū tristem: sed talem sane que veluti mixtā Lelij et Scipionis quā tradunt: faciem repꝛesentet. Vocem neqꝫ comicam neqꝫ tragicam velim: sed que inter contentionem ac sermonem media quedam sit. Incessum etiā ipsum ad mediocritatē referri cupio ne aut viatoꝛum: aut pompam agentium similes simus. Ea constantie ratio est habenda: vt idem semper velle: non semper facere: aut dicere contendamus. Id aūt maxime tuebimur: si reꝝ: hominū locoꝝ ac tempoꝝ discrimen habuerim⁹: si callidi diligētes: pꝛudentesqꝫ fuerimus. Cum alie multe illustresqꝫ virtutes requiri in pꝛincipibus et magistratibus solent tum innocentia et abstinentia non vulgares habentur. Quid eñ turpius qꝫ venalem habere rempublicam? Quid fedius qꝫ qđ iusticia debet: et mercede fiat: et pꝛemio? Alij coꝛrupto argento vim afferunt legibus. Alij aut ducti pꝛomissis rei concupite: aut tetra libidine occecati se iniuriarum licitatoꝛes faciūt: quos pꝛopulsatoꝛes vltoꝛesqꝫ opoꝛtuit. Et qui non manus et oculos solum: vt Pericles monebat Sophoclen: abstinetis habere debeant: sed mentem etiam et cogitationē omnem: hi per omnem auaricie et incōtinentie labem ac dedec⁹ volutantur. Vt autem cauendū est: ne metu fracti qđ rectum est: deseramus: ita quoqꝫ nos conuenit turbulentissimos iracūdie indignationis sed motus cohibere. Iratus enim nunqꝫ recte iudicet. Quam quidem sententiam secutus Aristides villicum qui deliquerat: punire iratus noluit. Et Alexāder Macedo quos per irā amicos iteremisset: ita doluit: vt vix ab se manus abstinuerit. Nō igitur absurde Aiacem poete ferunt pꝛe iracundie vehementia ī insaniam actum. Quamobꝛem non ego illum foꝛtem dicendum putem: qui agendis in rebus comite ira vtitur: sed audacē potius ac plane insanum. Nā furentes et insani homines agunt quādoqꝫ multa non ratione et consilio: sed quadam casus temeritate: que specie quapiam foꝛtitudinis laudantur a stultis: a pꝛudentibus enim grauissimisqꝫ viris non modo non laudantur: sed vitio eis dantur. Cum ad penam accedimus: ita iusticie faueamus vt misericoꝛdiam exosi minime censeamur. Atqꝫ opera danda est vt quantum in nobis sit: nulla detur causa puniendi. Accidit eñ

quãdoq₃ idq₃ in vrbibus factionũ plenis:vt magistratuũ ac prin cipum vel suasione vel confidentia multi multa et ipsi ꝑpetrent per iniuriã et aliis perpetrãdi causam afferant. Delinquẽtes aũt ita sunt plectendi:vt nulla id odij acerbitate:sed lege:sed equo et bono fieri videatur. Curandũq₃ est maxime:ne seditiones fiant in ciuitate: ne simultates ĩimicitieq₃ alantur: que tum potissimũ solent accidere:cum non equo iure cum ciuibus vtitur: cum non eadem bonis aut premia aut commoda redduntur. Improbis vero pene aut detrimenta. Que quidem errata in factionibus vigent maxime. Nam homines factiosi quo se potentiores efficiãt concordiam tollunt:pacem quietẽq₃ perturbant: et rerum publicarum statum funditus euertunt. Hec autem horumq₃ similia nunq̃ recte seruemus nisi nobiscum ipsi ante cõueniamus. Pareat igitur in nobis rationi appetitus: libido voluntati cedat. Perturbationũ omniũ vehementiores motus si tollere omnino non possumus:sedare saltem mitigareq₃ studeamus. Nam quo pacto alios moderetur qui seipsum nequit? Num quod in aliis vituperamus laudemus in nobis? Qui alios puniamus si nobis ignoscimus? An ignoramus eam esse subiectorũ priuatorũq₃ naturam:vt magistratuum et principum facta imitentur? Si alios iustos et bonos volumus:ne mali ipsi iniustiq₃ videamur:nitendum est. Ciuitatum felicitas a bonitate principum proficiscitur Ubi iusticie locus datur: ibi discordie locus esse non potest. Est enĩ discordia totius seditionis et belli seruitutisq₃ fundamẽtum. Concordie igitur qua vna respublice et seruãtur et crescũt: tum maxime consulamus cum preceptis iusticie institutisq₃ paruerimus. Justi autẽ simus si pietatẽ qua religiosissime deum colim⁹ presentẽ semper corãq₃ habuerim⁹. Omnis enĩ humana iusticia nisi a diuina manarit:que pietas est:eam esse iniusticiã summam reor. Quis illum ãbigat qui deũ nõ vereatur:hoĩes etiam contẽnere? Quos aut contẽnimus quibus eos vel iniuriis vel cõtumeliis afficere dubitem⁹? presertim oblata ĩpunitate. At vir bonus atq₃ idem sapiens si nullus etiam neq₃ deus nec homo sit metuendus:flagiciũ tamen et improbitatẽ abominabit̃:nec quid reliq̃ aut dissimulẽt aut ignorent:sed quid ipse de se sentiat cogitabit. Hec tibi quanq̃ pro tua prudentia nõ ignota esse censebã:volui tamẽ pro meo erga te studio ĩtelligeres eadã michi quoq₃ videri q̃ ipse per oẽm vitã obseruare didicisses:quo veteris doctoris tui iudicio cõfirmatus:virtutẽ atq₃ sapientiã cunctis rebus mortalibus anteponas. Si enĩ nõ tam a prefecture ornatus magistratu

qui tibi reddidit meas litteras. Tu interim cura oīa diligenter. Nam quātum erit in me: oīo obsequar voluntati tue. Vale. ex mediolano. iij. ydus ianuarias. M. cccc. l.

¶ Frāciscus philelfus Joāni amideo iurecōsulto sal.

t Uus ille familiaris quotidie me obtūdit. Rogo te: des operā ne mecū vaticinet. Nam vt ait ille apud poetā dauus sum: nō edipus. Habeat sibi sapiētiam suā. Nam hoc tpe nichil est oīm min⁹: qd velim q̄ vaticinari. Deus nouit qd futurū sit. Illud m̄ vaticiniū est certissimū. Petrū candidū semp̄ inuigilare vt m̄ incōmodet: cui⁹ īsidiosa maligitate ne incaut⁹ opp̄mar tuū fuerit ꝓuidere. Nosti eni ingeniū: nosti flagitiū facinorosissimi hois. Uale. medio. ex edibus nr̄is p̄die nonas februa. M. &c.

¶ Frāciscus phi. Blasio axeretēsi mediolanensiū p̄ori sal.

v Ersari video arma vndiq̄. Quid tātus tumultus sibi velit: nōdum satis intelligo. Tu si quid habes qd me scire oporteat: fac vt q̄primū intelligā. Nam animus presagit nescio q̄d deus bene vertat. Ego me interea domi contineo. Uale. ex edib⁹ nr̄is mediolani. v. kal. martias. M. cccc. l.

¶ Franciscus philelfus Nicolao cebe salutē.

n Ulla nostra ratio: nulli humani conatus: nulle terrene vires celesti queūt aduersari imperio: siue id fatū: siue necessitatē seu aliđ quicq̄ quod supra nos sit: appellari oporteat Nostra sane inferiora hec omīa vana sunt nulliusq̄ momēti vbi minus diuino adminiculo auxilioq̄ nitātur. Cum primū diuin⁹ ille pr̄iceps Philipp⁹ maria anglus vitā deseruisset ceperūt mediolanenses hi ciues contēpto per omnē contumeliā ac ludibriū p̄cipis vnius iperio: adamare āplectiq̄ libertatē. Cui⁹ statuēde initia secūda sane fortunatissimaq̄ fuere. Nam hoꝝ optatis venetos aduersantꝭ tribus deīceps cladib⁹ affecere. Placētia p̄mo que se vltro illis tradiderat vi capta ac direpta: dein classe eorum maxima et oībus rebus ornata apud Casalē cognomēto maiorē superata et capta magnaq̄ ex parte in Pado et tormētis ꝛ igni perdita: ad postremū eodē anno maximis eorū copiis et firmissimis ad Carauagiū fusis fugatisq̄ intanta ꝛ militū et ducum ac principū captiuitate ꝛ preda: vt de ipso etiam venetorū imperio actum videretur ni mediolanēses ipsi desipere voluissent. Cum a Francisco eni Sphortia quē vnum suis exercitibus prefecerāt sibi metuissent: ne is propter Blancā mariā Philippi filiam regnum soceri tanq̄ hereditario vxoris iure foret post tantā victoriam occupatur⁹: cepere de pace clam tractare cum venetis per

Henericum quendam pãicarolam:q̃ patria mediolanensis mercaturam Venetiis exercebat. Veneti vt viri sunt prudentissimi: tametsi que proponerentur:non detractabant:tamen consultata re diligentius cum Francisco Sphortia maluerunt:q̃ cum Mediolanensium repu.agenda contrahere. Nam etiam is certior factus cũ de huiusmodi occultis consilijs:tũ de animo Mediolanensiũ erga sese:conuenit cũ Venetis honestis q̃busdã conditionibus:vt tãdiu sibi auxilio eẽnt et milite ⁊ re pecuniaria :quoad eius vrbis ditione potiretur Jd eñ Veneti suo imperio tutius fore duxere: q̃ pati vrbem potentissimam eandẽq̃ insolentiã in ꝓxima regione excrescere altius:presertim cum intelligerent vnum Franciscum Sphortiam mediolanensibus omnibus incredibili esse odio Quibus rebus ita constitutis ac firmatis:missus ẽ a frãcisco Benedictus Nursinus:qui non modo erat egregius medicus:verũetiam vir prudens ac disertus. Js cum primo multa de mediolanensibus nomine sui principis in cõtione publica questus est: tandem in eam sententiã perorauit:vt ostenderet et lege et equo et bono vrbis huius imperium: omnemq̃ eam ditionem quam Philippus possederat:ad vxorem Blancã mariam ad ipsumq̃ Franciscum:quem Philippus adoptauisset:ptinere ⁊ ita ea queq̃ repetere. Cui cum nichil pro postulatis respõsum esset: ad Franciscum redijt re ĩfecta:et ita magnum periculosumq̃ bellum a Venetis in Mediolanenses cõuersum est. Quot inde difficultates malaq̃ emerserint: prolixum est difficilimũq̃ narratu Omnes et vrbes et oppida:et municipia:et castella breui ad Frãciscum defecerunt. Ager Mediolanẽsis fere omnis ferro igniq̃ vastatus. Preter vrbis suburbia tenebatur nichil ad postremum exhausta eraria omnia. Rei frumentarie in vrbe nichil. Extrinsecus importari nichil poterat propter hostium copias:que ad ipsas vsq̃ portas omnem aditum prohibebãt. Nobilitas omnis ab vrbe aberat alij alio confugientes Ptãs omnis ad plebẽ redacta est. Si q̃ fuerant aĩo seniore q̃ fuerũt admodũ pauci: ij obtrũcati oẽs Cũ eo difficultatũ redacta res foret:vt passim fame cõfecti ciues inter ãbulãdũ caderẽt:q̃nquidẽ neq̃ feles: neq̃ canes:neq̃ vlla ĩmunda animalia esui reliqua iam essent: ob idq̃ diuti⁹ deditio ad Franciscum differri nõ posset Veneti cũ mediolanẽsib⁹ societate ĩita et auxiliaris copias ex agro Mediolanẽsi trans adduam ire iubẽt:et omni pecuniarũ ope Frãciscum destituũt:pauloq̃ post ꝑ Pascalẽ Malipperiũ eidẽ nunciãt vt ab omni vi atq̃ iniuria ĩ Mediolanenses abstineat:id si facere recusaret bello in

¶ Franciscus Philelfus Dominico Mauro sal.

u Jr quidam grauis ac probus qui nuper a vobis reuertisset Mediolanum: michi neq; petenti: neq; cogitanti renunciauit te de me dignos disseminare sermones. Jd aũt ego de te minime sum miratus: qui ita loquaris: vt es et nat⁹ et altus: et educatus. Reliquum est: vt non minus honeste de te iure audeas: q̃ꝫ pro moribus tuis de philelfo tuo locutus es. Vale ex Mediolano. x. kal'. Decembres. M. cccc. l.

¶ Frãcis. philelfus Petro Thomasio philosopho ac medico sa.

r Eddita michi sunt vna cum litteris tuis opuscula: que misisti. Et habeo tibi gratias. Reliquum est vt cum tertius liber de exilio tibi reddit⁹ fuerit: eum ad me des q̃ꝫ primum. Velim etiam q̃ꝫ diligentissime odoreris: q̃d de secundo eiusdem operis libro: quid de Mediolanensibus conuiuijs quid de ijs Hippocratis libris quos in latinum vertimus: actum sit. Nam hec omnia ad Leonardum Justinianum virum patricium et de me optime meritum legendi gratia dederamus. Quare vt ꝛ hec singula et Cosmianam orationem ab illius summi viri nobilissimo filio Bernardo petas: atq; mittas ad me: te valde rogo. Audio istic. D. M. petulantissime de me loqui. Et ne id quidem miror. Raro fit enim vt impurus adolescens in improbum et flagitiosum virum non corruat. Jstum tamen moneri cupio. Philelfo bilem ne moueat: ne que falso alteri obiicit: vero in sese ac liquido cum agnorit: stulticie sue peniteat. Nam canis hic quod Diogenes dicere cauillariq; consueuit: betis non vescitur. Nouit autem ipse: et qualis est et qualibus natus. Ego nullius opis diuina benignitate in presentia indigeo Nam omnia michi apud hunc liberalissimum principem secunda sunt planeq; felicia. que si leuissimus iste nebulo considerare voluerit: sese insanie arguet. Que iccirco ad te scripsi vt hominem moneas: ne cum detrahit bonis viris suiq; dissimilibus: sibi ipse tandem irascatur. Vale Ex Mediolano. x. kalen. Decembres. M. cccc. l.

¶ Franciscus Philelfus Baptiste Sacche barocio salutem.

i Ta velim officio tuo vti vt id michi cõmodo sit non incommodo. Quare ne michi longius verba des: huic nũcio ꝛ epistolarum codicem et Aristotelis particulam ad me dato. Vale Mediolani ex edibus nostris. x. kal'. Decembres M. cccc. L.

¶ Franciscus Philelfus Baldo martyrello sal.

q Uod iampridē de Gaspare librario suspicabar: ductꝰ vel quadā recondita rōne id ꝑspicue tandē erupit in lucem. Quā michi rōnem fingit homo impudētissimus? quā lacernā blactit? Illum ego lacerna vtor? aut vsus vnq̄ꝫ sum? Illum petij? Illum ꝓmisi? Illum meo noīe cuiq̄ꝫ dedit? Illum est apud me chirographū eius: quo ratio nostra oīs cōtinetur? Sed miror ꝑfecto te: qui noris incōstātiam et leuitatē hoīs mēdacissimi in Eneidos codice: ꝛ michi tn̄ impedimēto sis quasi is non faciat dum mea michi nō restituit: sed patiatur iniuriam. Prudētius egeris si hominis impudētiam acriter castigaueris. Uale Balbum nostrū saluum esse cupio. Ex mediolano vij. kal. decembres. M. cccc. l.

¶ Franciscus philelfus Facino forobronūcianēsi sal.

q Uod michi abiens verbū non feceris: fecisti tu quidez inhumane id qđ nō tam moribus tuis qui sunt humanissimi dandū velim q̄ꝫ liberalitati calabri nostri Cicchi: qui duz vi nūmoꝝ te obruit: facit oblitū amicitie nostre. Quare peto abs te: euz vt roges meo noīe: ne te nūmosiorē efficiat: quo in amicos sis diligētior: addasq̄ꝫ se michi gratissimā rem factuꝝ: si negociū meū confecerit apud principē: idq̄z et q̄ꝫ primū et ex sententia nostra. Quam ipsam rem vt etiam tu q̄ꝫ diligentissime cures: maiorem in modum ad te contendo. Uale. ex mediolano. vij. kalen. decembres. M. cccc. l.

¶ Franciscus philelfus Ciccho calabro ducali secretario salutem.

r Em meā vt apud principē cures: tanto studio te rogo vt maiore vix aliud quicq̄ꝫ possim. Non ea michi conditio est vt morā pati liceat: id quod tibi esse perspicuū non sum nescius. Noui preterea occupationes tuas. Quo fit vt vel importuniorē me prebeaz. Cedit enī necessitati pudor. Itaq̄z velim omnia pro tua prudentia modereris. Uale. ex mediolano vij. kal. decembres. M. cccc. l.

¶ Franciscus philelfus Blondo flauio salutē.

p Ercunctāti quotidie sepissime de te michi tandem est renunciatū te ferariam concessisse habereq̄z perbelle. Que res me quanta voluptate affecerit: cōsiderari abs te malo q̄ꝫ dici a me qui eo te amore cōplexus sum vt alium magis neminē. Quod aūt in hanc diem nichil ad me scripseris nō mediocriter sum miratus. Non enī es nescius q̄ꝫ michi iucunde esse debeant tue secūde res omnes: quas eque michi atq̄z tibi secundas semꝑ

iudicarim. Itaq; tue liberalitatis munus erit: si me feceris q̄primum certiorem de omni statu tuo: quem īdies ab immortali deo magis magisq; fortunari non solū cupio: sed etiam opto. Vale & clarissimo philosopho Nicolao Vario & eloquētissimo viro Guarino veronensi salutē meo nomine plurimā dicito. Ex Mediolano vij. kal. Decembres. M. cccc. l.

¶ Franciscus Philelfus Joanni Aurispe sal.

c Retensis quidam auceps qui nomine tui principis accipitres ad Cesarem hunc nostr̄ nuper dono tulerat: fecit me certiorem te modo e Romana curia Ferrariam reuertisse. Itaq; mei sum officij arbitratus vt te viserē meis litteris: et de omni meo statu doctiorem facerem. Omnium primum quod tibi esse non ingratum existimo: et valeo ipse quidē et huic humanissimo principi sum carissimus. Nummorum autem tātūdem michi nunc est: quātum antea semper: hoc est eque ac nichil magis delector hospitio.

Et hec de me. Cupio nūcies verbis meis nostro amicissimo Blōdo Flauio me posteaq; a nobis abiit quedam scripsisse: que Caspari suo vel nostro potius nō inutilia fore sit putaturus. Hec mittam ad eum: cum me docuerit: quem tandem in portum omnino se recepit. Itaq; velim etiam ex te scire: et quid agat: et quo in statu res suas collocarit: sit ne ī Romanam curiam profecturus: an istic futurus diutius. Idem quoq; vt de teipso intelligam: facito: quo sciam: quo in loco te sint nostre littere offensure. Preterea si q̄d noui es nactus: qd maxime musarum intersit: cura vt norim: vel potius: vt id michi cōmune sit tecū. Vale ex Mediolano. vi. kal. Decembres. M. cccc. l.

¶ Franciscus Philelfus Ciccho Calabro ducali secretario salutem plurimam dicit.

m E tue perhumane amicissimeq; littere nō modo recrearunt: sed etiā mirifice refecerunt. Nec dubito: que scripsisti: ex animi sn̄ia esse a te scripta modo quēadmodū ipse benigne cupis: ita etiā reliqui iussa principis exequātur. Vale ex Mediolano. vi. kal. Decembres. M. cccc. l.

¶ Franciscus Philelfus Ciccho Calabro ducali secretario salutem.

d E re pecuniaria quid michi sperandum sit: non satis intelligo. Conueni vtrunq; Antonium et Bossiumet Longum: quorum alter pecuniam dicit nondum esse allatam. At lōgus addit nichil etiam de ea michi sperandum eē. N

illam oēm deberi atq̃ decretā esse auunculo tuo Angelo Simonete. Itaq̃ te rogo des operā: ne diutius res trahatur. Uale. ex mediolano. vi. kal'. decembres. M. cccc. l.

Frāciscus philelfus Johanni calabro salutē.

r Eddidi tuas litteras Antonio longo: quibus is lectis michi respondit diligentissime ad sese de me scriptum ac se cupere michi admodū gratificari: sed nequaq̃ posse. Nam sibi eiusmodi pecunias esse nullas. Itaq̃ aliunde consuli oportere: quoniā quicquid nummorū ex papiensi illa ratione in hanc vrbem afferetur: id omne constitutū esse Angelo Simonete auūculo tuo. Tibi autē mi Johānes habeo gratias: qui quantum in te fuit: voluntati mee satisfecisti cumulatissime. Uale. ex mediolano. vi. kal'. decembres. M. cccc. l.

Franciscus philelfus Petro thomasio p̄ho ac medico salutem.

n Osti eam esse sapiētū viroꝝ sententiā nichil accidere pniciosius senectuti q̃ animi relaxationē. Ea enī ingenij vis quam iuuente feruor excitabat: iam spiritali sanguinis fomēto veluti tepescēte paulatī habet: vbi diligētia et perpetuo quodā studio minus acuatur. Itaq̃ nō absurde monēt qui precipiunt esse in hmōi etate labores corpori minuēdos ad augēdos autē animi. Quanq̃ haud scio q̃ ociosa vita conducat corpori. Uidemus certe apud Homerū Nestorē et animi et corporis viribus eque delectari. Ego autē puto in omni etate mediocritatē esse seruādam: et ita agendum vt nichil nimis nichil parum. Intensionem remissione censeo condiendam. At relaxari qui velit: languide cuiusdam pecudis simillimum iudico. Quorsum hec? Iampridē nichil ad me scribis vel q̃plurimis litteris prouocat⁹ Nichil esse in causa aliud opinor q̃ senium. Quare te rogo vt et tui et musarū iam incipias reminisci. Michiq̃ aliquid respōde ne vel senectutem in te accusem vel obliuionē vel negligētiam. Uale. ex mediolano. vi. kal'. decēbres. M. cccc. l.

Frāciscus philelfus Enee siluio episcopo senensi salutem.

a Ccepi te Sene declaratum episcopum quod et tibi et senensibus vehementer gratulor. Utrisq̃ enī recte cōsultum puto. Nam et tu viues in patria: viues cū tuis: viues tranquille: viues cum dignitate: et Senēses eum pontificē sunt adepti qui sit integerrimus/innocentissimus/doctissimus. Reliquū est vt quandoquidē liberale tandem ocium nactus es:

ea bona que tibi natura q̃ affluētissime largita est et obserues ⁊ colas. Uales ingenio/eruditione/eloquētia. Hec tibi sunt om̄ia excitanda. Curandūq̧ vt nō tibi solum sed bonis oībus: non mō viuis atq̧ p̄sentibus: sed vniuerse quoq̧ posteritati natus videare. Uidere nōnullos cōsueuimus qui in paupertate frugi et industrij extiterūt. At iidem vbi rebus letioꝛibꝰ vti cepissent: cū dignitate ⁊ opibus desidiā etiam admiserūt et negligentiā. Quod ⁊ si de te minime verēdum arbitroꝛ: facit tamē incredibilis amoꝛ erga te meus: vt vel currentē adhoꝛtari audeam. Si cum esses et episcopus tergestinus et regis romanoꝝ secretarius ac idem sepissime pꝛo illo pꝛincipe oꝛatoꝛ: tum ad pontificē maximuȝ: tum ad floꝛētissimas oꝛbis terraꝝ respublicas ac dominos: semper aliquid egregiū lectitabas/dicebas/scribebas. Quid te nunc agere opoꝛtet tanta leuatuȝ laboꝛū mole? Noli obsecro pati vt vel punctum aliquod tēpoꝛis tibi vacuū labatur. Non parum pꝛodesse poteris et tuis ⁊ alienis: si tuos grauissimos cogitatus acutissimaq̧ inuenta litteraꝝ monimētis cōmendabis. Pone tibi ante oculos pontificē nostrū Ambꝛosiū Aurelium Augustinū Joannem Chꝛisostomū: vtrunq̧ Gregoꝛiū qui cum ipsi quoq̧ essent episcopi et infinitis fere occupationibꝰ obꝛuti: quot tn̄ et quanta quāq̧ salutifera volumīa lucubꝛarūt? Quid enī aut magnū Basilium aut Eusebiū Hieronimū abbates memineroꝛ? quoꝝ pene infinitis elegantissimisq̧ libꝛis et ytalia pollet ⁊ grecia. Chꝛistianiq̧ omnes mirifice iuuantur? Sed longioꝛ sum q̄ꝫ debeo: pꝛesertim tecum pontifice pꝛudentissimo. Uale. ex mediolano. vi. kal. decembꝛes. M.cccc.l.

¶ Francisci philelfi epistolarū Liber octauus.

¶ Franciscus philelfus Renato regi salutem plurimā dicit.

Ohānes Marius filius cum nuper mediolanū mei visendi gratia rediisset: cū aduentu suo cupienti et exoptāti michi voluptatē maximā attulit: tum eo iucundioꝛ fuit quod se tibi carissimū esse declarauit: ⁊ id quidē permultis erga se tuis ac pulcherrimis beneficiis. Quid enī adolescenti ad virtutē vel nato vel contēdenti foꝛtunatius possit contingere: q̄ꝫ eius pꝛincipis vti cōsuetudine apud quem versari nō minus sit honoꝛificum q̄ꝫ fructuosum? Ut enī nulla vtilitas in bonis censenda est: que honestate careat: sic in actiua atq̧ ciuili vita honestum id

amplectendum imprimis arbitror: quod emolumenti rationem nō aspernetur. Nam illud honestum quod prisci philosophi gloriam sibi dumtaxat proponentes coluerunt: et si erat amplissimū tamen quia nullam habebat vim vtilitatis admixtam: a ciuili viuendi cultu: et ab oī reipu. admīstratione reiectū est. Quare cū video esse filio apud te meo et honestati simul et vtilitati locum: nō possum mediusfidius nō letari: cū eius: tū etiam tua cā cuius laudi vehementer faueo. Ego tibi rex Renate non mediocriter sum affectus: quippe quem audiam ijs virtutibus preditum: que maxime sunt in rege humanitate: munificentia: et studio discipline. Nam quanquam semina quedam virtutis sunt nobis natura insita: ea tamen doctrina mirifice coalescunt: et speciosissime efflorescunt. Itaque laudantur a viris sapientissimis Cyrus. Alexander. Cesar qđ essent doctissime eruditi. Qđ si natura quadam omnes incendimur ad sciendi cognitionem: quanto id magis nitere debet in regibus: qui veluti quedam optime nature deique simulacra habentur in terris? At humanitas cum delectat in omnibus: tū in principibus et regibus maxime: q̄ quo excellentiores sunt inter homines eo magis debent humanitate ceteris antecellere. Itaque humanitatem tuam: mansuetudinem: facilitatem: cum audio ab omnibus predicari: dignus michi vnus existimaris: quem nulla hominum facundia: nulla sapientum virorum ingenia: nulla monimenta litterarum conticescant. Liberalitatem autē et munificētiam tuam et si iāpridē et vna et viua et eadem omniū voce atque laudatione audieram celebrari: eam tamen cum sum expertus in filio te huiusmodi esse statuo cuius vitā et incolumitatē debeāt sapientes oēs et eloquentissimi viri tum vitam sibi: tum etiam incolumitatem opinari. Et facis tu quidem recte: qui te benignum et beneficū semper velis. Vix est eñ alia virtus vlla: que munificētie prestet in cōsiliandis hominū studiis atque beniuolētia. Preterea quid aliud habēt boni fastigia principatuū ac regnorum: quo illorū presides ceteris hoībus videātur beatiores: nisi vt his dādi et benefaciendi ꝓbatis viris facilior sit facultas? Quāto igit dandi atque donādi munere diligētior fueris: tū eo te magis pricipatu dignū ostēdis tū ceteros oīs aut rapis ī amorē tui aut ad te amādum facis ardētiores. His ergo tā preclaris regalibusque virtutibus cum te ornatū eē intelligo Rex Renate: equiore patior animo absentiā dilectissimi filij: preserti cū aīaduerto filij vtilitatē cum tua et vtilitate et voluptate coniunctā esse. Nō eñ is tibi parū prodesse queat ad grece discipline preceptionē: qua te iure delectari

audio ac letor. Reliquum est vt intelligas me totum esse in filio. Quare q̄cquid in hunc humanitat⁊ tue benignitatisq̧ cōtuleris id om̄e in meipsum abs te collatū iudicabis. Uale rex optime. ex mediolano. vi. kal'. decembres a natali xp̄iano. M. cccc. l.

¶ Frācíscus philelfus Thome fregoso sagone prefecto salutem.

c Um Johānes marius filius ad te iret: nō ei potui nichil litterarū dare: quibus intelligeres te michi factu rum rem gratissimā si meo etiā noīe ⁊ libēter et perhu mane: vt bonos et eruditos soles eum exceperis. Nolim tamen huiusmodi benignitatis officiū venale michi ꝓposuisse videar⁊ Quare cōuiuia illa mea nisi ex vetere occupatione oio ascripser⁊ iuri tuo si min⁹ reddisti meo noīe Johāni ferufino clarissimo iu riscōsulto: aut Nicolao cebe q̄ꝑrimum vt reddas rogo. Uale. ex mediolano. vi. kal'. decēbres. M. cccc. l.

¶ Franciscus philelfus Baptiste schace barocio sal.

q Uod rebus meis vtaris familiarit: nequaq̄ tibi vicio do. Nam vt greci dicunt: Sed quod ita vtaris vt michi incommodes: minime laudo. Tu mea omnia carmīa ita habes apud te vt eorū michi nullū esse reliquū exēplum velle videaris. Itaq̧ qd̄ sum carminū opus aggressus frustra aggressus videar si ita michi te familiarē prestiteris vt nō tua tibi solū: sed mea etiā esse tua volueris. Quod ne turpiter vsu veniat facito: mea om̄ia carmina ad me q̄ꝑrimum redeant. Reli quisti enim eorum apud me nichil. Uale. mediolani ex edibus nostris. vi. kal'. decembres. M. cccc. l.

¶ Franciscus philelfus Nemo gaze episcopo crassetano salutē.

g Abriele mirabili qui tibi has litteras reddidit: vtor iā multos annos familiarissime: ⁊ summa est michi cum eo amicitia. Is nomine ducis Sphortie it legatus ad Alphonsum regem legatione libera. Quare cum istac esset iter facturus nō potui nichil ei dare ad te litterarum: vt ⁊ te Gabriel et tu Gabrielem nosses. Uale. ex mediolano. iij. kal'. decembres. M. cccc. l.

¶ Frācíscus philelfus Baptiste schace barocio sal.

q Uantū videor intelligere: mauis te Dauum haberi q̄ Edipoda: qui tamē vterq̧ dici possis. Carmina inquā mea michi q̄ꝑrimū reddito. Quod si mee litterarū note fortasse te delectant: tuis etiam ego cōtentus sim. Quod si neq̧ mea ad

me dederis:nec alia ratione satisfeceris officio tuo:iure michi vel castigādus vel apertius monēdus videare. Uale.mediolani ex edibus nostris pridie kal.decēbres. M.cccc.l.

¶ Franciscus philelfus Galeotto frumento sal.

r Reddite michi sunt suauissime littere tue: quas libēter accepi:diligentissimeq; perlegi. Francisco aleardo nobili et disertissimo adolescenti habeo gratias imortalis: qd eum amet cui se nouit esse carissimū. Et veronam et vniuersam veronēsem nobilitatē maximi facio:delectorq; eius cōsuetudine plurimū. Sunt eni natura veronēses tui omnes perhumani atq; liberales et ad bonaꝝ artium studia ita accōmodati vt nulli hominū generi cedant. Itaq; tibi mi Galeotte quē videam mei amātissimum non verebor perspicuā reddere sententiā animi mei: q̄quis michi ante hanc diem nunq̄ sis cognitus. Facito intelligā summam totius rei quo certi quod offeratur vbi intellexero possim nō obscure voluntati tue gratificari: quam et esse ꝛ fore eandem michi pertinacissime decreui. Nolim me tamen prudētie minus q̄ sapientie laudatum iri. Uale. ex mediolano pridie kal.decembres. M.cccc.l.

¶ Franciscus philelfus Andree alamāno salutē.

q Uo te magis in dies ꝑspicio:eo michi humanitas tua ingeniiq; fecunditas dilucidior fit et clarior. Me tue ꝓxime littere mirū in modū delectarunt: quippe que nō minus amoris plene summi erga me tui q̄ disertissime vise sunt. Illud autē michi molestū fuit qd he peruenerunt ad me: quo tp̄is momento vir integerrim⁹ religiosissimusq; sacerdos frater Marianus is qui tibi reddidit hanc epistolā:erat continuo decessur⁹ ad vos. Itaq; nō potui qd voluissem ad ea respōdere:q̄ tum de virtute tum de fortuna locutus es. Sed respondebo postea cū quid ocij nactus fuero:et si hoc michi vix vnq̄ datur omnino. Interī te moneo atq; hortor vt nichil existimes hūanis in rebus vni virtuti anteponēdum. Hec enim sola viget/sapit/estq; inmortalis. Reliqua omnia et vana sunt et fragilia:planeq; caduca. Quod si tecū diligēter animo volutabis:tibi Salmacis datura sit spolia nō tu illi. Aristotelē de re domestica vehemēter expecto. Arretinus Johānes is qui tuas michi litteras reddidit: renunciabit nomine tuo esse amātissimum mei: id quod summa cū voluptate audiui. Uale. ex mediolano iiij.nonas decembres. M.cccc.l.

¶ Frācīscus philelfus Andree alamāno salutē.

q Uod nudiusseptim⁹ respōdere omnino tibi nō potui: idcꝫ ob nuncij velociorē abitionem: respōdebo in presentia minime auare. Idcꝫ si minus fortasse ex senten tia tua at amice tñ et vt arbitror vero. Primū autē de me dicam qđ abs te vltimo loco quesitū est. Cupis eni scire quid agā: que sit vite institutio: et in quā philosophorū sectam deuenerim. Si ad vnū hoc respōdero qđ de phīa scripsisti et institutū meum et actionē vite facile cognoscas. Cū multe sint phōrum secte: qppe quas alij nouē alij decē existimarūt. et. M. Uarro oīm latinorū doctissim⁹ et grecoꝝ inferior nemine quīcꝫ et quadragīta nūero est complexus: ego illā maxime disciplinā sequor et secutus sum semꝑ: quā ab Antisthene ꝑfectam āplificauit Zeno ꝑfecit Chrysippus. Illud dūtaxat in bonis duco qđ honestū sit. Honestum aūt ipm sua ipsius vi atcꝫ dignitate nō populari gloria definio. Ut autē sentio: ita etiā et loquor ⁊ viuo. Preter hoīes impuros ac flagiciosos odi in vita neminē. Eos aūt omnis q̄ pre se ferunt vlla simulacra virtutis diligere obseruarecꝫ cōsueui. Huius aūt vite institutum cum ad alia pleracꝫ digna laude: tum ad satyras scribendas me compulit: quo per vituperationē improborū hominū et laudationē innocentū prestantissimorūcꝫ virorum cunctos ad virtutem capescendam adhortarer a flagiciocꝫ auerterē. Que autem corpori sunt: aut fortune quam fabulātur tributa cōmoda tantum vel colenda vel admittenda censeo quoad eorum vsus virtuti expediat. Nam necꝫ virtutem incultam et squalidā necꝫ nitidam nimis et elegantē probo. Qua ductus sentētia que michi natura largita sunt corporis ad probitatē adiumēta si qua tandē largita sint: ea q̄tum in me fuerit: ita tutatus sum vt nichil eorum desiderē que aut ad dignitatē membroꝝ: aut ad sensuum integritatē attinent. Que vero extra corpus posita virtutis sunt adminicula: nō tam sequi studiose q̄ veluti hospitalit̄ admittere didici. Quo fit vt qui minima fortuna contētus sim ea necꝫ abūdem nec etiam prorsus caream. Quin ea quo magis ab me veluti negligitur: eo se magis prestat obsequentē: ⁊ ita sequitur vt interdum etiam fugienti pudorē initiat. Nam omnis actio vite mee instituto respondet. Grandes in me opes: ingentescꝫ pecunie florentissimarū ytalie ciuitatum et munificentissimorū principum muneribus sunt collate. At michi quotidie est tantūdem: ac si nichil vnq̄ collatū fuerit. Et cum nichil sit: nichil tamē deest. Ita mecum agitur diuina quadā benignitate: vt qui prope nichil habeam videar omnia quodāmodo possidere. Satis me locupletē

semper opulentiusque fore duxi si consilia et cogitationes omnis ad virtutem deumque referrem. Quid enim deesse cuique potest qui virtute comite vtatur ad deum? Nulla sane videtur michi neque censenda virtus neque nominanda que ad deum tanque ad summum incommutabileque bonum non referatur. Hanc ego potius quam quorundam stoicorum qui humanam gloriam popularis illius et fucate honestatis nomine venabantur: sententiam sequens: non quod stultis hominibus: sed quod sapientibus deoque probatum iri putem: ita bonum iudico vt aliud nichil ponam in bonis. Nec inanem gloriam huius mundi: sed veram illam ac celestem michi propono gloriam. Quare quid de me stulti vel sentiant vel loquantur: non tam negligo quam contemno. Neque honorem facio pluris quam ignominiam si ab improbis conferatur. Nullius insani minas nec insidias pertimesco. Me in omnis impuros et perditos eque acerrimum hostem prebeo. Bonos autem et honestatis studiosos atque tui similes vnice diligo et admiror. Et hec quidem de me. Jam hinc tandem eatur in messem tuam. Ego ex tuis litteris quas in hanc diem binas ad me dedisti: totum te videre penitusque inspicere visus sum. Tuo sum ingenio non mediocriter delectatus. Nam et fecundissima probitatis semina et eloquentie vim non mediocrem in te natura inesse animaduerti. Sed adolescentie feruor ita in te exestuat vt perturbationum ignibus nescio quo pacto minorem te prestes. Id autem vicio tibi dare non ausim. Non enim me latet rationis vsum diem solere afferre atque firmare. Neque prudentes nascimur nec sapientes. Alterum doctrina gignit: alterum longissimi vsus temporis et multarum variarumque rerum prebet experientia. Quamdiu augescunt sensus: augescunt etiam appetitus: qui vehementiore quodam impetu agitati: rationi quam sequi ducem debent: resistent atque aduersentur. Quo fit vt quod factu optimum sequendumque dictat ratio: id appetitus deprauatio perinde atque malum aspernetur ac nolit. Hinc omnis incontinentie manat furor qui nos precipites scientis videntisque agat in miserrimam ruinam exitij. Quid inquam de te sentiam quid velim intelligis. Video tibi propitiam admodum ac benignam adesse naturam. Innata habes pleraque omnia ad virtutem adiumenta. Dexteritate ingenij vales plurimum. Sed hec ipsa vel innata item aliqua vis perturbationum vel deprauata quedam consuetudo nescio quonam pacto quantum videor quidem ex tuis litteris consequi non parum impedit. Fateris quod honestum sit id esse ita bonum vt aliud prope nichil existimandum in bonis ducas. Deinde subdis

te ita viuere vt ea sola admireris que pleriqȝ mortales cum se illa maxime tenere arbitrātur: precipue in bonis admittunt ac numerant hi scȝ vel corporis voluptate vel emolumento bonum definientes quasi virtutis nomen et inane sit et caducum: et aliud nichil humano generi allaturum preter laborem atqȝ egritudinē. Hec enim sententia e tuis verbis quibus in epistola vsus es facile colligitur. Eoqȝ tandem omnis tua quasi ad optimū quendam rerum omniū finem tendit oratio: vt tibi voluptatē inprimis ꝓposuisse videaris. Hanc ego ab humana felicitate nequaq̄ omnino reiicio: sed ita in eo censeo inesse vt felicitatē veluti condiat: non efficiat. Nam de felicitate non idem censerunt omnes: Sed hanc alij natura effici putauerunt: vt et magni et parui natura efficimur atqȝ alio alij colore. Alij disciplina id contingere posse argumentātur: esse enim scientiā quandā felicitatis. Nam scire felicitatē idem opinātur atqȝ felicē esse vt scire eloquentiā oratorē esse ostendunt. Alij exercitationi cuipiam felicitatē dedi derunt. Permulta enim sunt que neqȝ natura in nobis insunt: neqȝ doctrina comparantur: sed exercitatione quadā consuetudineqȝ assequimur. Nec me latet quosdam existimasse felices homines reddi diuino quodam afflatu: qualis dictos legimus et

et eos qui ab deo

essent nymphaqȝ correpti. Ex quorum numero fuisse tradunt Tyresian/Amphiaraum/Calchanta/Lycurgum/Numā pompilium: omnisqȝ sibyllas. Pleriqȝ etiam et fuerunt ⁊ sunt q̄ vim omnem felicitatis fortuna definiant. Nec differre quicq̄ inter se volunt fortunatū atqȝ felicem hominē. Naturaȝ valere plurimū ad felicitatem nō sum nescius: quandoquidē etiam ad virtutem qua sine felix esse nemo potest: vim habet non mediocrem. Sed vt omnino boni non nascimur: ita etiaȝ nec felices. Perpulchrū est virtutem discere: sed longe pulchrius longeqȝ prestātius rear vti virtute. Non enim qui eam didicerit continuo fit vir bonus nisi vsus quidam assiduus exercitatioqȝ accesserit. Nec ociosam virtutem probem nec dormitātem felicitatem: sed vigilātem potius et aliquid semper magnum preclarūqȝ agentem. Nam quo pacto illum felicē arbitremur qui neqȝ ītelligat nec agat quicq̄ humano dignū ingenio? Diuinū autem spiritum qui suscipiunt si qui tandē eum suscipiant: nō illos sua: sed diuina felicitate diuinos iudico. Secunda fortuna que dicitur qui felicitatē cēsent contineri si idem fortunā dicunt: qd̄ numeris suis omnibus cumulataȝ perfectāqȝ prudētiam. Hi virtutē maxime laudant. At

in his infirmis fragilibusq; rebus que omni mutabilitati tempo
rum sunt subiecte: summam fortunam ponere nichil est qd acce-
dat ad stulticiam propius. Mometaneas aut res huiusmodi pla
neq; caducas ita ostendis probari tibi: vt aliud nichil iucundius
putes. Et erras tu quidem plurimu: si ita sentis vt loqueris. Qui
de felicitate sunt exquisitius diligetiusq; locuti: eam tribus in re-
bus positam crediderunt. Nam alij prudentiam summum bonu
esse dixerunt eandem hi quidem prudentiam appellantes quam
sapientiam: que tota in veri inuestigatione cognitioneq; consistit
Alij virtute actiue constare felicitatem: alij voluptate putauerut.
Primuz illud felicitatis genus totum est animi: qui dum verita-
tem contemplatur et deum: reliqua omnia pro nichilo ducens se
ipso cotent9 est: nullius rei indiges planeq; beatus. Qui actionis
moruq; virtutez adamarunt: se homines esse meminerunt. Itaq;
no animi solum: sed corporis quoq; habendam esse rationem su
adent. Voluptatem duplicem esse scimus: alteram animi altera
corporis. Cyrenaicus Aristippus voluptate corporis summum
bonum constare existimauit: qua ipsa in re vtranq; voluptatem
secut9 est Epicurus: qui quuis improbetur a multis: video tamen
ab illo eam voluptatem maxime omnium laudari: que sit animi:
que sapientiam virtutemq; consequatur. Et que alia felicitas
nostra nobis Christianis futura est: cum deum coram presen-
temq; videre contemplariq; licebit? Nonne immensum quod-
dam et infinitum gaudium? Id autem omne gaudium nonne
vel iucundius fiat vel cumulatius: cum animo corpus fuerit re-
stitutum? cum homines omni ex parte puri defecatiq; reuiuiscet
Nec enim aspernatur deus honestas corporis voluptates: qui
cum gustasset: noluit bibere. Qui corporis suiq; oblitus solam
animi voluptatem sequitur: is habet commune quiddam cum
Pythagora et Socrate: quorum alterum in contemplatione su
perioris: alterum in actione inferioris vite maxima cum volup-
tate versatum accepimus: quanq; quomodo corporis obliuisci
queat non intelligo: qui vel seipsum nosse. vel aliquid recte age-
re instituerit. Qui vero ita expetendam putat corporis volupta-
tem: vt nichil habeat cum virtute coniunctum: nichil cum sapi-
entia: is michi non multum a languida quapiam et inerti pecu-
de videtur differre. Sed qui ita sese parat: vt et animi perq; dilige
tissime persequatur et corporis item rectam voluptatem non as-
pernetur: Hunc eo maiore laude dignum puto: quo illustri9 e to-
tum curare hoiem q altera hois partem: siquide neq; sol9 anim9

homo est:nec corpus solū:sed quod certo constet et animo et corpore. Quo quidem meo prolixiore sermone satis superque mi Andrea videris admonitus quid ego in epistola tua desiderarim. Vidi abs te disertissime vim naturamque honestatis laudari: cuius etiam te studiosum facillime declarasti:deinde in illam cōmodorum voluptatisque rationē nescio quā ita delapsus es: vt virtutē omnē quasi contēnendā despiciendā: et nichil omnino faciēdam asseres. Que quanque te simulatione quadam potius scripsisse reor quo me ad respondendū veluti prouocares:volui tamen senex et Philelfus: vt tu adolescens et alamānus ex me quoque intelligeres que tibi non esse ignota crediderim: omniū primum esse a te studendum sic artibus animi:vt nullius omnino partis aut ignarus sis aut negligens: deinde corporis eam habendā curam que animi nature dignitatique respōdeat. Quod si feceris:sicuti certe facies: non difficile futurum existimo vt totius hominis tuaque voluptate quam suauissime perfruaris. Vale. ex mediolano. vi. ydus decembres. M. cccc. l.

Franciscus philelfus Sphortie secundo sal.

p Eto abs te in maiorē modum vt quod et michi coram recepisti: et ex proximis meis litteris audire potuisti: id apud patrem tuū prestantissimū et munificētissimum principem quam primum et quam optime conficias. Hac michi re neque gratius quicquam neque magis necessariū prestare potes. Vale. ex mediolano pridie ydus decembres. M. cccc. l.

Franciscus philelfus Sphortie secundo sal.

p Etij abs te proximis litteris secundum quod etiam nunc tertiū et peto et te quoque si pateris rogo vt rem meam apud principē nostrū munificētissimū patrē tuū vbi minus cōfeceris:ita conficias vt michi abiens corā recepisti. In hunc diem neque tu respōdisti quicquam nec ex alio sum certior factus quid egeris aut nō egeris. Itaque aut responde quam primū aut equum mitte quo vehar ad vos. Nam si ad vos venero:facile futurum suspicor ne vacuus Mediolanū repetā: presertim cum iam instet natalis christianus qui principes solet ad beneficentiā exhortari. Vale. ex mediolano. xv. kal. ianuarias. M. cccc. l.

Franciscus philelfus salutē dicit plurimā Facino forobronunciano.

v Ideo te nimis lautū factum quod nichil respōdeas ne amicis quidem. Deus malefaciat istis nummis quibus ita superbus redderis vt nos scilicet minores contēnas pre te.

Quod si scires: tibi rem esse cum satyro nõ modo nõ taceres: sed esses loquacitate ipsa loquatior. Si michi equus esset: aduolarẽ ad vos q̃primum: vt quod vos amici negligitis: ego presens vel efficerem vel conficerem. Uale. ex mediolano. xv. kal. ianuarias M. cccc. l.

¶ Frãciscus philelfus salutẽ dicit plurimã Nicodemo tranchedino.

q Uod et princeps noster Franciscus Sphortia tibi abeunti iusserat: et ipse verbis pluribus abs te petij si minus in hanc diem conficere potuisti: vt conficias tandem: cupio. Hac enim vna re neq3 gratius michi quicq3 prestare queas nec etiam iucundius. At qui beneficiũ illud quis nõ libenter conferat: quod is in quem conferamus: maximi sit facturus: et eo tamen vsurus non sit. Sic enim tum sumus liberales: tum ex huiusmodi nostra liberalitate neq3 molestie neq3 incommodi quicq3 accipimus. Tenes quid velim. Uale. ex mediolano. xv. kal. ianuarias. M. cccc. l.

¶ Frãciscus philelfus Fazino forobronũciano sal.

s I cõmode fieri abs te potest: huc hodie venias peto. Sum enĩ tecum quedã cõmentatur⁹. Quare velim ne differas. Neq3 cõmittas vt te potius excusandũ cunctationis q̃ laudãdum ꝑperationis ostẽdas. Uale. mediolani ex edibus nr̃is kal. ianuariis anno a natali christiano. M. cccc. li.

¶ Frãciscus philelfus sal. di. plu. Joanni mario filio.

p Osteaq̃ a nobis abiisti: de te nichil accepimus. Itaq3 nõ possumus nõ vereri ne quid tibi qđ nolimus acciderit. Nam hospes ille ad quẽ diuerteras nocte cui⁹ proximo die hinc profectus es: Mediolanũ modo veniens renũciauit te cum es apud se hospitatus: visum esse e stomacho laborare: ⁊ de caupone questũ apud quẽ prandisses. Quare velim me facias de te tuisq3 consiliis q̃primum certiorẽ. Nam si vales: quid istic tempus inaniter teras nescio. Sin minus vales: danda est opera ne tua negligentia sis peiore conditione. Uale. ex mediolano. v. ydus ianuarias. M. cccc. li.

¶ Frãciscus philelfus Andree alamãno salutẽ.

c Um nichil in hanc diem te video meis ad te litteris respõdisse facile adducor vt credã te

quam ipse quanti faciundã putem potuisti ex proxima longiore illa epistola nõ difficile nosse. Ignosco autem tibi quippe qui modo vxorem duxeris: cui obsequi te

nõ omnino absurdũ est:modo mediocriter omnia. Uale. ex mediolano. iiij. ydus ianuarias. M.cccc.li.

¶ Franciscus philelfus Laurentio Gyni filio salutem.

n On possum officium tuum nõ accusare: quod tamdiu silentiũ egeris. Nec enĩ mei oblitus esse debes: quem mirifice diligere consuesti. Nec etiam Pythagoreus factus es tam repente: q̃ elocutionis studio maxime omniũ inseruire didiceris. Nec te superbũ factũ esse puto qui humanitate et mãsuetudine nemini cedas. Itaq3 nisi te iure accusatũ malis: facito propediẽ intelligam quid in causa fuerit: vt tanto silentio te dederis. Uale. ex mediolano ydibus ianuariis. M.cccc.li.

¶ Franciscus philelfus Augustino dato salutẽ.

n Ulla ratione adduci possum quin credam te mei esse amantissimũ: a quo sis pulcherrime institutus. Sed nõ possum nõ mirari quod nichil litteris obstrepas: qui quotidie cum apud vos agerem: me pulcherrimis tuis suauissimisq3 epistolis veluti lacesseres. Nunc vero totus es mutus qui quo es factus lingua solutiore: eo te loquatiorẽ esse oportuit. Uale. ex Mediolano ydibus ianuariis. M.cccc.li.

¶ Franciscus philelfus salutẽ dicit plurimã Francisco patricio.

q Uam de te Philelfus sit benemeritus: eloquẽtie ⁊ eruditionis nomen qđ es per omnẽ ytaliam nõ mediocre neq3 obscurũ adeptus facile declarat. Quo fit vt non nescius esse debeas: q̃ te gratum esse oporteat. Quod enĩ maius in quenq̃ beneficiũ conferri potest q̃ discipline ⁊ eloquẽtie quibus rebus non modo ceteris oĩbus animãtibus: sed ipsis quoq3 prestamus homĩbus qui nichil supra hominẽ sapiunt. Desidero igitur officiũ tuum his in rebus quib⁹ a nobis vel institutus es vel cõfirmat⁹ ni tacẽdi fortasse quã loquẽdi artẽ profiteri malis. Uale. ex mediolano ydibus ianuariis. M.cccc.li.

¶ Frãciscus philelfus sal. di. plu. Joanni simonete.

n Unq̃ me de te mea fefellit opinio qui nõ minus me diligas: q̃ ab me amari te intellexeris. Amor autem erga te meus quantus sit nõ re minus q̃ opinione cognosces. Emori maliз q̃ iure ingratus iudicari. Beneficio affecti qui sese ingratitudinis accusari noluerunt: alij aurum et argentum: alij margaritas et gemmas: alij aliud fortune bonũ quod dicitur retribuere consueuerunt. Ego autem beneficos didici quantum et

humanū et meū prestare potest ingeniū: ex hoībus deos reddere et ea īmortalitate donare: quam laudis glorieqȝ eternitas afferre solet. Quid de me tibi sperandum sit: liquido potes aīaduertere. Tuum autē munus est vt quod propediē fore significasti id ita fiat: vt nō in illud vetus ac Uirgilij prouerbiū incurrisse videat. Tarde venere subulci. Nichil enim necessitate potentius. Uale ex mediolano. x. kal. februarias. M. cccc. li.

Franciscus philelfus Mario filio salutem.

c Um presbiter iste florentinus qui has tibi litteras reddidit: esset Finariū rediturus: petiit si quid esset quod scribere ad te vellem: id fidei sue diligētieqȝ crederē. Itaqȝ ex eo audies mentē meaȝ de rebus tuis eandē scilicet quā ex proximis litteris: quas redditas tibi arbitror accipere potuisti. Franciscus ille alexādrinus eruditissimus medicus iprobat vehemēter cunctationē tuā non solum istic: sed etiam Massilie. Hortaturqȝ vt Renatū regem qui te plurimū diligit: assidue sequaris. Sic enī et dignitatē simul ⁊ rem te nō mediocriter assecuturū. Quod vt facias nō solum probo: sed etiam iubeo: Mariam nurū et neptē Joannā bene valere opto. Uale. ex mediolano. vij. kal. februarias. M. cccc. li.

Frācīscus philelfus Sphortie secundo salutem plurimā dicit.

a Udio Mathiā tuum vel nostrū potius ex patria reuertisse. Quod cū et eius ⁊ tua etiā causa qui hominē vehementer diligis: tum item mea nō possum non plurimum letari quippe qui nequaqȝ dubitem istum secum attulisse strabonē: quem disertissimus Blondus flauius egoqȝ tam sepe ac multum non petiuimus ab eo solum: sed summo studio petiuimus/orauimus/obsecrauimus. Nec enim adduci possum vt credam strabonem esse triuij cōiectum in sempiternas tenebras. Nam noui humanitatem liberalitatēqȝ matthie. Itaqȝ rogo te isti nuncies verbis meis iucundū esse michi reditum suum ad te Uerum multo fore iucundiorē si Strabonē ad Philelfuȝ suum qȝprimum dederit. De re pecuniaria heri scripsi ad principē. Antonius hic longus longam michi spem dat: quam ego quod ad nostrū Gasparem erudientissimū medicum scripsi precio emere nullo pacto institui. Uale spes mea. Ex mediolano pridie kalen. februarias. M. cccc. li.

Franciscus philelfus salutē dicit plurimā Lanceloto cardinali leucosie.

c Um te libertati tue ac pristine dignitati restitutum accepissez: vix dici queat: quanta sum leticia gaudioq3 affectus. Non eni potuerā non dolere te talē tantumq3 pōtificem coniectū in carcerē: qui bonorum omnium innocentiūq3 virorum et perfugium esses ⁊ portus. Itaq3 ibi amplissimo patri maiorem ī modum gratulor: michi autem letor plurimum: quod dolorem quem ex indigna tua captiuitate acerbissimū conceperā audita nuper istiusmodi liberatio tua in maximā michi voluptatem verterit. Uale ex Mediolano. kal. Februariis M.cccc.li.

¶ Franciscus Phi. Blasio axeretēsi equiti aurato salutem

i Am ver ē in limine. Itaq3 a te peto: vt q̄s hyeme plātas illas ficulneas ad me dare veluti peritior agricola voluisti: nunc tandem dare īcipias. Nisi fortasse q̄d nolim moleste feras res vllas bonas fore tibi ꝯmunes cū alijs. Nā si pluribus rogari te cupias: non possum non vereri: ne vel inuidie: vel obtrectationis sis accusandus: quas quidem ꝑturbationes indignas arbitror magnitudine animi tui. Cupio item plātas prunorum damascenorum. Uale Ex Mediolano. iiij. nonas Februarias. M.cccc.li.

¶ Franciscus Philelfus karolo regi francorum salutem dicit plurimam.

c Um tuas ego res bellicas diu mecū rex karole multūq3 cogitaui: vnus profecto visus es quem vniuersa christiana respublica tantis ac tam diuturnis fluctibus agitata concupite exoptateq3 quietis atq3 tranquillitatis auctorem sit tandem habitura. Nam si verum sine cuiusq3 inuidia fateri licet posteaq̄3 impia et īmanis illa sceleratissima machometi secta inualuit: nullum est vsq3 hominum genus: cui plus debeat christiana religio q̄3 inuicte francorum nobilissimeq3 virtuti. Cum reliqui enim fere omnes et reges et populi christiani ignauo quodā animi torpore tanq̄3 elanguissent: soli franci inuenti sunt: qui ingenti animo et excelso omnem barbarorū et infidelium impetū non modo sustinuerint: sed represserint: quid inquam represserit: immo fuderint: fugarint: oppresserint. Nam italie vires q̄q̄3 ⁊ valide sunt et maxime: tamē quia nescio quo infelici fato intestinis seditionibus inimicitiisq3 laborare didicere: neq3 potuerunt omnino nec item possunt ostendere: quantum vi prudentie et animi robore vigent: florent atq3 antecellunt: Soli francorū principes ac reges in omni christianorum numero ausi sunt christiane vtilitati semper ⁊ dignitati consulere. Itaq3 maiorem in modum do=

lendum erat: tātum ïualuisse vim demonū vt que vna gens esset in noīe christiano: que ad pietatē & gloriā nata videretur: ea tamdiu domesticis cladibus exercereť. Sed sinit interdum deus eos vrgeri aduersis rebus quos habet cariores: idq; vt arbitror non tam quo experiatur fidem et constātiam hominū q̄ multo prius norit q̄ futura sit: sed quo his detur veluti promerendi materia cumulatior et illustrior. Quare cū Thobias: cum Job: cū rex tolerātissimus ille Dauid tantas ac tam intolerabilis erūnas perpessi sunt quo se aduersus deum gessere submissioris: eo magis illos et ope sua & suis secundis rebus deus dignatus est. Sic enī deus tum maxime prodest: cū maxime videtur affligere: tum per huiusmodi calamitates atq; cruciatus resipiscendi ceteris exem plum offerri solet. Dolendū profecto erat bonis oībus rex karole quod christianissimū genus hoīm te rege pientissimo tā diu: tam grauiter: tanta malorū mole premereť. At ego cū meipm colligo et mente diligētius rem voluto: facile videor intelligere id omne diuino quodā consilio factū esse. Ostēdere deus voluit (vt opinor) nullā esse humanā potētiam q̄ propriis consiliis atq; adminicul' aut perpetua esse possit: aut diuturna: si diuino presidio careat. Quāobrem idcirco paululū veluti a francis secedere visus est: q̄ et per fidelissimi populi flagella infidelibus cunctis minitaretur interitū: et cum te francis venerabiliorē: tum vniuersis tuis suisq; hostibus formidabiliorē efficeret. Tua certe pietate: sed diuina quadā ope & auxilio factū est: vt eos oms qui perinde atq; stulti et amentes a te defecerāt: ad sanitatem tua cum gloria videas redisse. Deo ipso duce īperatore vexillifero nō modo patritū atq; auitum regnū cum īmortalitatis nomīe recuperasti: sed longe id admodū amplificasti/stabilisti/ornasti. Nam si magna res est ferocissimos anglorum impetus sustinere: quāto maior censeri debet anglos superare/prosternere/interimere. Has autē talis tātasq; victorias in rebus presertim desperatis et perditis existimare de bes neq; tuis nec illis humanis opibus te adeptū: sed diuina po tius quadā mente: que christiane sueq; reipublice diuturna egro tatione morboq; cōfecte tuo felicissimo ductu: tuis secūdissimis auspiciis iātandem succurrereme deriq; constituit. Quare te rex karole etiam atq; etiā rogo et oro: vt quanq; neq; mei neq; cuiusq; consilij: nullius admonitionis: nullius cohortationis indigeas: pacatis iam et cōpositis rebus tuis mentē atq; animū tuū oēm ita excites atq; armes in pestiferos et impios hostes christi vt tanto tanq; sempiterno bñficio ornatus nō gratitudinis minus

lauderis: q̃ ceterarum virtutũ omniũ consuesti. Duo sunt infidelium genera que populum christianũ maximis detrimentis erũnisq̧ affecerunt: quotidieq̧ afficiunt turci et sarrhaceni: quorum alteri parua seruorum manu egypto Syria iudea tribus opulentissimis prouinciis per nostraȝ negligentiã occupatis: Cyprum Rhodum ac reliquas finitimas insulas in dies magis magisq̧ populantur. Turci vero nulla sua: sed christianorũ pecunia conducto peregrino milite ⁊ eo quidem nõ admoduȝ multo id sunt bellandi assiduitate assecuti: vt qui fugitiui scytharum serui ex horrentibus illis cautibus vasti Caucasi in persida sese ac mediam mendici et famelici recepissent: nunc nemine (vt ita dixerim) repugnante intra sinum hadriaticũ non ita longe ab ytalia consederint: quin si velint ad paucas horas eo sint traiecturi.
Hos autem qui sunt quasi quedam sarrhacenorum propugnacula et si iampridem christiana virtus non difficile superare subiugareq̧ potuerat: tamen cum vel imparatius in eos vel imprudentius itur: fit vt et prudentes illi et parati existimentur. Hac vna re factum est: vt et rex Sigismundus annos natus quattuor et viginti incautius hostem non omnino incallidum aggressus fuge turpissime terga dederit: et Wladislaus rex admodum adolescens cum annis superioribus suum maluisset q̃ Johãnis vaiuode peritissimi ducis qui iam bis et iterum turcos ingenti clade perculerat consilium sequi: cum non mediocri christiani exercitus detrimento interierit: et anno proximo idem Johannes vaiuoda qui antea sepenumero trophea de turcis pulcherrima statuisset: cum eosdeȝ hostes adortus fortissime iam plane vertisset in fugam: coactus fuerit per suorum militum inconstãtiam Getarumq̧ perfidiam non sine magno christianorũ vulnere ab eo bello discedere. Ita fit vt vel imperatorũ inscitia: vel timiditate militum vel dissolutiore quodaȝ hostium cõtemptu: quos vinci iampridẽ et venire sub hasta aut mactari oportuisset victores ipi insolẽtesq̧ videãtur. Eoq̧ ab his audacie itum est vt ceteris fere oĩbus christianis pro nichilo habitis solos sibi metuẽdos ducãt et francos ⁊ ytalos: quos alteros sepe mari: alteros vero quãdoq̧ terra non sine sua maxima pernicie pugnãtis experti sint. Sed quoniã non ignorant vires ytalicas hoc tempore vt antea sepe mutuis inter se odiis ac bellis digladiari: soli ipsi franci sunt reliqui: quos formident: quippe quos audiãt post tam multas preclarasq̧ victorias: quas de anglis germanisq̧ sunt adepti: quem eque inter christianos timeant: hostem habere neminem. Unde

cum sciant virtutem francorum ociosam natura esse non posse: et eosdem preterea iustas habere causas vlciscendi: summũ inde in sese malũ breui putant emanaturũ: presertim eodem vno te rege fortunatissimo et belli duce fortissimo et prudentissimo castrorũ imperatore: et viro plane optimo et hominibus simul deoqꝫ carissimo. Que cũ ita sint: reliqua tria esse animaduerto que ostendam. Primũ quod adeo id bellum necessariũ est: vt nullo pacto pretermitti queat. Alterũ vero quod ea res factu est admodum facilis si ratione et consilio gubernetur. Extremũ autem erit: vt probem qꝫ ingentẽ vtilitatem hoc idem bellum sua sit victoria tibi christianisqꝫ allaturum. Quid enim in hominũ vita magis necessariũ censeri debet: qꝫ aut id maxime omniũ sequi quod honestum sit: aut id omni ope atqꝫ opera aspernari: quod afferat secum illam turpitudinis feditatem? Non enim ad cibum ac potũ nõ ad prurientẽ corporis voluptatẽ: que ipsa nobis cũ pecudibꝰ sunt cõmunia: sed ad decus dignitatẽqꝫ nati sumus. Idcirco nobis mens data est imortalis ac diuina: vt imortalitati seruientes dei simus qꝫ simillimi. Et quo pacto propius ad deum accedimꝰ qꝫ per beneficentiã et iusticiam? Tunc deum maxime imitamur: cum aliis benefacimus cum iusti sumus. Quibus rebus eo est magis a nobis studendum: quod nõ solum gloriaꝫ huius mundi que quãtacunqꝫ est: tota est breuis planeqꝫ inanis: sed multo magis celestem illam atqꝫ sempiternam assequimur. Nec ille michi iustus videri solet qui noceat nemini: id quod etiaꝫ cum plerisqꝫ aliis animãtibus est nobis cõmune: sed qui vel prosit cum potest vel propulset iniuriam. Non enim solis nobis natura nos genuit: sed his omnibus quos intelligẽtie vis rationisqꝫ virtus immortali quadaꝫ forma insigniuit. At qui vt his abhorret a dignitate nature qui iniustus sit: qui nichil opis nichil adiumenti conferat in humanum genus: ita hic admodum pre se fert nature bonitatem qui ad communem hominum salutem atqꝫ ornamentum sese natum meminerit. Quod si honestum est ob cõmunis hominum vtilitates nullos labores: nulla pericula fugere: quanto honestius et preclarius duci conuenit id facere non propter homines solum: sed propter deum: propter saluatorem nostrum: et propter Christum optimum maximum. Qui nullo officio prouocatus vltro se nostra causa morte dedidit. Dum sarrhaceni: dum Turci Christianis nocent per omnem iniurie contumeliam: cui demum nocent? Non immortali deo? Non humani generis saluatori? Non etiam christo ipso domino et re-

demptori nostro? Et quibus iniuriis: quibus contumeliis nocet nefaria illa immanisq barbaria? Quibus certe nichil crudelius: nichil durius: nichil spurcitius: nichil abominabili9 vel dici vel excogitari possit. Hoibus et christianis z sacerdotibus non pro calonibus et lixis dūtaxat: sed pro iumētis etiam vtūtur. His vehunt: his arant: his fodiunt: his abiectissima exercent omnia erubescēdaq ministeria. Quod si qui se hoies et christianos reminiscētes minus equo animo indignitatē tulerint: continuo torquētur per extremos corporis cruciatus: decoriantur: verubus suffiguntur/ secantur/ rota insuūtur per acerbissimas mēbrorꝝ omniū fractiones. Oh miserā. Oh infelicē conditionē christiane religionis? Hec xp̄iani principes audiūt? hec sciunt? hec sentiunt? hec miti animo fieri patiūtur? Nam quid ego dicā de spurcissima et teterrima execrabilis intēperantie feditate? quam si quis animo generosior perpeti noluerit: aut defoditur: aut excidit. Non his omnibus iniuriis ac probris christus afficitur: quādo quidez ob eius nomen christianis inferūtur? Num decet christianissimum regem pati nomē christianū tam tetro: tam horribili: tam detestabili dedecore scelerari? Num Lodouic9 ille rex sanctissimus qui primus regū oīm xp̄ianissimus dictus est: pateret si viueret: tam turpem cōtumelie notam inuri christiane dignitati qui primū vt staret conuentis: vt iusiurādum seruaret: vt illud quod honestū dicimus tueretur: exhausit thesauros suos omnis: et quam anno superiore ceperat cū ingenti preda Damiatā: hoc eni nomine canopum appellāt: restituit sarrhacenis: deinde comparato rursus ex vniuersa gallia ytaliaq et sicilia exercitu ob eandē vim honestatis in affricā traiecit eo consilio: ea mente vt nō modo acceptā in egypto calamitatē vlcisceret: sed oēm impurissimi mahometi superstitionē tolleret e terra viuētium: id qđ facile effecisset: nisi pestilētie vi correptus apud tyneta quā obsederat: vna cum filio Lodouico Albaniq cardinali ac infinito pene christianorꝝ numero ex hac luce migrasset. Hac etiā ratione Karol9 ille gētilis tuus et rebus gestis et cognomēto magnus imitat9 karolū marcellum auū: qui sarrhacenos ad trecenta milia et āplius interemerat: vbi post captiuitatē desiderij vltimi longobardorū regis ytalicas res omnis cōposuisset: z ab Leone summo pontifice id quod antea constituerat Hadrianus insignibus imperij romani esset ornatus: cum primū in vlteriorē galliam reuertisset: nō tam contentus presenti laude quin maiorem quandā et clariorem aīo meditat9 robustis firmissimisq copiis hispaniā petit. Ea eni per

id temporis sceleratis perditi mahometi sectatorib⁹ seruiebat. Tota erat in tetro sarrhacenoꝝ et flagitiosissimo dn̄atu. Diuturnum fuit periculosissimū bellū. Multe pugne: multe vtrinqꝫ clades: euentus varij. Sed tandē effectum est diuina benignitate vt prudentia et perseuerātia īperatoris exercitusqꝫ virtute iidem impij hostes christi eque fuerīt extrema calamitate pressi: vt eiusdem perfidie socij ad asperū montē afri ab eodem Karolo deleti sunt. Nonne eadem fuit honestatis causa Lodouico pio huius karoli magni filio: dum tanto cum labore atqꝫ periculo liberauit vrbem romā durissimo sarrhacenoꝝ iugo: qui sultani egyptiorū ductu per nefariā quorundā romanoꝝ cōiurationem in ytaliam fuerāt accersiti? Nam qđ aliud desideriū fuisse credim⁹ francis illis reliquisqꝫ gallis: qui duce Gotthifredo vbi in asiam peruenissent: sarrhacenos apud damascū pugna superarunt: apud antiochiā persas: et turcos cōtriuerunt. Mesopotamiā oēm recuparunt: ac rursus sarrhacenis in syria ad īternitionē vsqꝫ ꝓfligatis marrhaqꝫ ac barcha populosissimis munitissimisqꝫ vrbib⁹ expugnatis sanctaꝫ ciuitatē vniuersāqꝫ palestinā qđ Henerico tertio imperante fecerat item Bohamūdus: erubescēda infideliū seruitute liberarūt: possederuntqꝫ mirabili cum christiani nois incremēto annos octo et octoginta ad Saladini vsqꝫ tempestatē: qui nō tam aut sua aut turcoruꝫ quoꝝ Amyras postea factus est: vel prudētia: vel virtute q̄ꝫ nostrorū inscitia atqꝫ ignauia Guidonē ⁊ ipsum francū hierosolimoꝝ regem iniquo prelio cepit: ⁊ reliquis christianis ad internitiū actis Remandū quoqꝫ optimum et fortissimū virum ac rerū bellicaꝝ peritissimū viuum ad se ꝑductum ira excādescens gladio cōfossum occidit: et ita qđ sine lachrimis meminisse nō possum: terram sanctā Christiqꝫ domiciliū spurcissimi mahometi ganeo dicauit: et fuit is vnus Saladinus: qui tantā pestem: tantā perniciē: tantū deniqꝫ exitium ac pene interitum christiane reipublice intulit. Et ille quidē Saladinus fuit qui et turcus ⁊ ottoman⁹ hac tanta et christianis tam infelici victoria elatus: tātum sibi nomē ⁊ dignitatē peperit: vt et vnus omnium ꝑmus ex ottomana familia incredibili turcoꝝ omniū consensu rex: quē illi Amyrā vocant: creatus fuerit: et ita in animos illorū barbaroꝝ influxerit: vt aliuꝫ sui gn̄is Amyrā q̄ꝫ ottomanū quēpiam in hanc dieꝫ patiātur neminē. Ex ea vero tēpestate vbi sanctā ciuitatem: omnēqꝫ iudeā christiani tanta clade amisissent et Alexius comenus imperator constantinopolitanus latrocinandi turcis vberem iustamqꝫ materiam prestitisset: idemqꝫ reli

qui deinceps eiusmodi nõnulli iperatores studuissent: ita per no
strorũ secordiã et inertiam res turcorũ mirabili incremẽto aucte
ãplificateqꝫ sunt: vt nõ tam de recuperãdis hierosolimis speran-
dum esse videatur ꝙ formidãdum de amittẽda roma. Videmus
vniuersam fere Asiam a phenicibus et Medis ad Hellespontũ
vsqꝫ turcorũ tyrãnidi parere. In europã vero vbi iam anno cir-
citer centesimo hellesponto superato accersiti sunt a Theodoro
cãtacuzeno aduersus generũ suum quẽ et socer ⁊ tutor cõstanti-
nopolitano iperio antea fraudasset Johãnẽ paleologũ admodũ
adolescentẽ: dum simulãt fallacissimi latrones auxiliũ se laturos
illi delyro seni Callipolin et Cheronesum primo: deinde totam
prope Thraciã occupãt. Mysos/ Macedonas/ Thessalos oĩs/
Boetios/ vniuersam greciã/ Etolos/ Epyrotas/ Illyricos: ad in-
timã vsqꝫ dalmaciã omnia premunt teterrima seruitute. Insule
pene omnes que a sinu hadriatico ad mare ponticum iacent: va-
state iam plane ⁊ desolate sunt: et nõ modo nõ quiescunt: aut vlla
ex parte remittũtur efferate bellue: sed quotidie magis atqꝫ magis
vt sunt et prede ⁊ cedis auidi nunc Getas qui trans Istrũ inco-
lunt: nunc in accolas germanos et hungaros impetum faciunt.
Idqꝫ assecuti iam sunt assiduitate latrocinandi: vt reliquis fere
oĩbus post terga superatis christianis: hinc ytalie: illinc germanie
regno tuo finitime terrori esse iam incipiãt. Dum enim nostri aut
illos contẽnunt aut negligũt: in hanc rerũ calamitatẽ ac dedecus
nõ tam incidimus ꝙ deuenimus. Itaqꝫ satis perspicue intelligi
puto ꝙ honestum sit aduersus eos bellũ suscipere quibus seruire
nõ minus turpe ⁊ fedum sit ꝙ erũnosum et miserũ. Quare si id
est maxime natura necessariũ quod sit honestum: nõ obscure tibi
ꝑsuasum arbitror rex Karole esse tui et officij ⁊ muneris qui xp̃i-
anissimus inter principes christianos et dicaris ⁊ sis: quiqꝫ et iu-
sticia debeas oĩbus ⁊ bñfaciendi studio longissime prestare: huic
tante christiane religiõis ignominie ac probro ꝙ primũ cõsulere
Videmus a viris sapiẽtibus quosdã laudatos: qui ꝓpter inanem
quandã huius mundi gloriã nõ tam qđ honestum esset: ꝙ quod
honestũ videretur: in vita secuti sint. Qua ratione ducti et. L. Ju
nius Brutus: et. M. Manlius torquatus filios cedi virgis obtrũ-
cariqꝫ iusserunt. Et id quidem illi presentes intuẽtesqꝫ. Phileni
vero et codrus: Curtius: ac decij sese pro patria deuouerũt. Mul-
tiqꝫ alij permulta fecisse tradũtur illius honestatis studio: quam
popularis fama gloriosam facit. Nam ꝗ verã gloriã sectati sint
nõ ex illa gẽtilitate: sed aut ex vetere aut ex nouo testamẽto spe-

ctari conuenit: quales Abraham/Loth/Moysen fuisse legim⁹: quorum ille vt esset apud deum gloriosus: ne filium quidem imolare dubitauit. At Moyses vt in suos beneficētia vteretur: contēpta omni mūdana gloria: cū maiori vtiliorique populo preficí posset: supplici prece a deo petiit: vt seipm potius quam iudeū populū interimeret vel ingratū. Loth vero vt sodomorum perfidiā ab iis auerteret: quos hospitio suscepisset: ne filias quidē virgines illorum libidini imanitatique offerre atque dedere veritus est: cum aliter eā iniurie contumeliā propulsare non posset. Tu autem rex karole pateris vniuersum (vt ita dixerim) dei populum obscene atque spurcissime turcorum et sarrhacenorum intēperantie tam turpiter tam flagiciose seruire. Non tibi potius optandum est: si sit opus: vel ingenti probitate et laude Lodouicū filium: vel te etiam ipm morti tradere pro salute populi christiani tamdiu multūque flagellati atque contriti? Imitatus scilicet nō apostolos soluz reliquosque martyres: sed Christum ipsum Jesum: qui cum et deus esset et summi dei filius pro salute humani generis mortem suam hominum morti pretulit. An sumus ignari saluum fieri posse neminem nisi qui crucem ferat: quam ipse tulerit? Quid quod ea est huius belli facilitas: vt non tam de nostra dubitandum quam de infidelium preda et nece sperandū certo sit? Nam hoc erat illud quod ab me secundo loco dicendū proposuerā. Quibus in bello vincitur: ea numero tria esse puto: iperatoris prestantiā: militum multitudinē ac robur: et pecuniarie rei commodum. Sunt enim nummi perinde atque nerui quidā rerum bellicarū. Que quidem oīa et nobis affutura: si talis ac tanta res ductu tuo imperioque geratur: et illis defutura nō est obscurū. Nam vt de vi nūmorum conticescā: quibus te atque regnum tuū mirabiliter affluere oēs sciunt: is tibi exercitus est qui et magn⁹ et firmus et quam diutissime assidua militia summa cum laude exercitat⁹ aduersus maximas easdemque omniū maxime formidabiles anglorum vires ne vniuersum quidem hominū genus pertimescat. Magne laudi datum est. G. Julio Cesari: quod britānos difficili bello superasset qui et Liberum et Herculē peritissimos duos et clarissimos potentissimosque duces vertissent aliquādo in fugam: et ab nemine ipsi vnque essent superati. At eosdem ab anglis nō modo superatos et victos: sed patrio solo exterminatos ostēdit gallia. Quāto autē angli sint francis tuis inferiores: frequētes permagneque de his habite in hanc diē a te victorie declararūt. Impatoris prestātiam duabus rebus constare puto: prudentia et virtute: quibus

ipsis et auctoritas oīs et euētus prosperi pariūtur. Nam ratio ⁊ cōsilium cū oībus in rebus plurimū valet: tū in bello gerēdo maxime. Qui eni rei militaris et īperij sit ignarus: recte agere nichil potest neq₃ pugnādo neq₃ imperādo. Nam siue quorundā perfidia factū fuerit siue nutu quodā dei: q̇ quos amat arguit ⁊ castigat quo sese cognoscētes eruditiores fiant ab vsq₃ puero in hāc etatem iam ingrauescētem ita belli semꝑ versatus es vt nullū te omnino neq₃ militis nec īperatoris munus vsus nullus rō nulla latere queat. Uirtute autē tanta es quāta rex vnq₃ alius neq₃ fuit nec esse possit. Quē eni te vno iustiorē: quē beneficentiorē aut vidimus aut audiuim⁹ aut legimus? De humanitate: de modestia: de facilitate tua quid attinet dicere: qui cū ceteris oībus nomis xp̄iani principib⁹ et regibus dignitate viribus et gloria ātecellis te infimis etiā oībus parem geras: quoscūq₃ illustri aliquo ꝓbitatis simulacro ꝑditos esse perspicias. Quibus quidē artib⁹ per felicissimos rerum exitus: quos prudētie virtutis interuētu deus ipse prestare cōsueuit: tantā es auctoritatē adept⁹ vt et deo tuisq₃ carissimis et cunctis mortalib⁹ nō venerabilis minus q̄₃ formidabilis videare. Quoniā igitur ea omnia tecum habes quibus facilis victoria paritur: quid est qd̄ te ab huiusmodi bello remorari debeat? Nam hec infidelibus secus sunt omnia. Dicā primū de sarrhacenis: de turcis postea. Si de mahometo ipso totius illorū superstitionis et īpietatis principe pauca antea percucurrero. Fuit eni mahomet⁹ cyrenaico genere natus anno a natali christiano sexcētesimo vigesimosexto: nulla parentū claritudine cognit⁹: nullis opibus: solus prorsus et nullarū viriu₃: nullorūq₃ neruorū. Hic admodum puer captus a sarrhacenis qui insignes habētur inter arabas latrociniis: venijt Abdimonepli mercatori q̇ se Jsmahelitico gn̄e ortum diceret. Js qm̄ careret filiis: cepit ꝑmo mahometū tractare liberali⁹: qua quidē re factū est: vt Abdimoneplis filius diceretur mahomet⁹. Eratq₃ hō ille simulator dissimulatorq₃ / versut⁹ / rapax / et īpurus et omni flagitio īprimis obnoxi⁹: q̇ mox vbi adolesset: mercatoris illius pecuniosi famul⁹ camelos agebat cū mercibus ꝑ egyptū / syriā / palestinā: ꝑq₃ alios peregrinos locos. Quib⁹ itinerib⁹ iterū atq₃ iterū repetitis: vsus sepenumero tum iudeoꝝ: tum christianorū cōsuetudine nō tam discere q̄₃ deprauare studuit: et vetus ⁊ nouu₃ sacraꝝ scripturarū testamētū. Nam acumē ingenij in aīo facinoroso peiorē in partē oīa semper interpretabat. Cum huiusmodi ministerio mercatori dn̄o fidem falleret: redditusq₃ esset continuis furtis et suspectus

et iuisus oibus: ex obscuro seruo factus insignis latro. Erat enī et aspectu ferus ⁊ voce terribilis: et gladiatorio quodam robore corporis metuēdus: breui tēporis curriculo et nūmos sibi ⁊ eius sceleris participes socios q̄plurimos cōparauit. Et ita apud gē tes barbas in admiratione cū venisset: generis Ismahelitici vi duam eamq; locupletē Gardigenā duxit vxorem: que cum illius egrotationē egreferret: vtpote sepenumero corruentis morbo co mitiali: quē in ipsum nimia vinositate ac reliqua vite atq; victus intēperantia inciderat: mox homo veterator et perditus: vt ea se purgaret infamia: simulabat id propterea sibi accidere: qm̄ splen dorē angeli gabrielis: quē mentiebat ad se missuȝ ab deo nunciū cōmentandi gratia ventitare: ferre nō posset: nec esse morbū co mitialē: sed quam extasin vocant. Huius autem vxoris opibus elatus homo furcifer ad īmaniora facinora conuertit animum. Itaq; et suo deprauato ingenio ad omneȝ audaciā promptus et Sergij Mattheiue dolo flagiciosissimi monachi cōfirmatus in tantam breui apud arabas omnes existimationē venit: modo se iudeum: modo christianū simulans: cum nichil omnino sani sa peret: vt maximus dei nuncius: maximusq; propheta vulgo ha beretur. Cum enī columbā quam spiritum sanctū latro callidis simus esse qui secū loquere iactitabat: assuefecisset in aure sua pasci: ac taurum quēdam ex occulto eius audita altiore voce ad se festinare: ⁊ algoranū cornibus alligatū: sic enim legi quā secta torib⁹ suis tradidit: nomē erat: ceterasq; q̄s ipse ante cū Sergio ꝯposuerat: fallacissimas scripturas sibi veluti deferre: ⁊ in suas man⁹ a q̄bus solis pabulū capere didicissȝ tanq̄ deponere facile persuasit hoībus ventri et sōno deditis suos oīs pestiferos insa nosq; cogitat⁹. Quib⁹ insidiis factū est: vt iam auderet: nō latro ciniis solū: sed apto marte aduersus romanoꝝ imperiū arma ca pere. Nam cū ex eius sectatorib⁹ nō mediocris numer⁹ in roma nis legionib⁹ militaret: quo tp̄e Heraclius īperator stipēdia par tiretur muneraq; in milites: sarrhacenis etiā ipsis stipendiū pe tētibus respōsum est a questorib⁹ eam distributionē nō esse cani bus constitutā. Nam sarrhaceni ipsi quasi carrhaceni apud ara bas quoq; habiti erant infames. Itaq; irritati eo respōso sarrha ceni cū ilico in arabiā ad mahometū rediissent: ⁊ illū et reliquos sarrhacenos nō difficulter ad defectionē bellumqȝ concitarunt. Qui facto statim in syriā impetu nō tam suis viribus q̄ nostroꝝ freti negligētia Damascū petunt infestis signis. Qua quidē vrbe terrore potius q̄ vi superatis in cāpo damascenis intra meniaqȝ

cōpulsis:cōfestim potiti sunt:eāq3 diripuerūt. Et qd nichil arbi
tror mōstruosius accidisse humano generi:ea in vrbe primū tem
plu3 mahometo magnificū dicatū est:diuiniq3 honores instituti
publice:coactiq3 damasceni impudicū illius cultum et nefariam
legē accipere. Et qm nō ego mahometi referre flagitia queq3 sce
leraq3 institui: sed ex his que sunt prope modū infinita:quedam
pauca veluti delibare:redditus hac illevictoria successibusq3 fe=
rocior:videns nichil a romanoꝝ īperatore in vltionē illate cōtu=
melie parari aduersus sese: ita dormitātib⁹ christianis bellū mo=
uet aduersus finitimos persas: a quibus sibi maxime metuebat.
Regnabat per id temporis in persis Chosrohes:qui etiā ipse vt
insaniebat animo:diuinos sibi honores prestari voluerat. Is cō
ductis turcis q̄ tributarij et tanq̄ serui scytharum intra caucasi
claustra asperrimasq3 cautes incolebant:sarrhacenis occurrit.
Cōcurritur vndiq3. Initur pugna ingenti et apparatu ⁊ animo
Vulnerātur vtrinq3 multi:capiūtur: occidunt. Superat⁹ tandē
ingenti clade mahomet⁹ in fugam vertitur: deformi vulnere ex=
cepto in faciem. A turcis inquā his superatus est vulneratusq3
mahometus:a quorū nunc posteritate maxime colitur: quāq̄ nō
tam supstitione ducūtur turci q̄ illecebris ⁊ dissolutiore viuendi
licentia. Nam versutus ille ⁊ callidus veterator:quo facilius im
peritos populos atq3 rudis ad se traduceret:omne libidinis ⁊ vo
luptatis genus sua lege permisit. Vini autē vsum idcirco prohi=
buit:quo facili⁹ celaret suspitionē illius morbi:qui se vino obru=
tum iāpridem corripuisset. Nam vinū intēperantius sumptū et
gignit ⁊ fouet morbū comitialem intimo quodā suo vehemen=
tissimoq3 spiritu. Is enī meatibus obturatis q̄bus fit respiratio
vel mors continuo:vel morbus comitialis cōsequatur necesse est
Non igitur religione turci: quā nullam tenent: nō superstitione:
quam nullam pluris q̄ religionem faciunt:quippe quibus nulla
neq3 dei nec animi cura sit: nullus metus: nullus cogitatus: sed
dissolutissima quadā viuēdi licentia:qui mahometi vires in per=
side prostrauissent: et in mahometi faciem inhonestū vulnus in=
flixissent: eius se tandem secte nefarie socios addiderunt. Ipse
autē mahometus pluribus bellis gestis aliis secundis: aduersis
aliis: posteaq̄ annos in suis vel erroribus vel sceleribus vixisset
quadraginta:veneno periit in arabia per Gardigene vxoris co=
gnatos et suum quendā consobrinū: quo tempore ab eorū insi=
diis rediisset:qui cum mercatorum camelis e syria iter faciebant.
Sarrhacenos autē turci et si semper exosi insectatiq3 sunt: tñ vt

mahometice superstitioni se asciscerent hoc fuit in cā. iam vniuersa Africa parebat sarrhacenis et magna ex parte asia: cū turci nō multo supra millesimum annuȝ a Natali christiano ceperunt apto Marte vehementius eos vrgere. Nam vbi eos diutius ī Asia eminere indignarentur: regem creant nomine Sabochum: qui de occupanda asia continuo cogitans: quo id facilius assequeretur: se mahometi cultorem simulat. Idq̄ non tam dei q̄ hominū metu: quos sibi cupiebat cōsiliare: Itaq̄ cōtestat⁹ ē illi CalliphO quem illi veluti pontificē maximū venerant: se de cōstituta mahometi religione nichil oīno mutaturuȝ: ceteꝝ nolle erubescendū sarrhacenoꝝ nomē in asia excellere. Quare breui cūcti illi sarrhaceni qui arabes sunt: a turcis eiiciuntur ex asia redacti ij sane ad pristina latrocinia: quibus in hāc etiā diē maxime omniū studēt dissipati atq̄ dispersi: nō p locos solū asperrimos egypto: Syrie: et palestine finitimos sed p oēm africe solitudinē pulsis pfligatisq̄ sarrhacenis res turcoꝝ p Virogrissā q̄ post Sabochi obitū regnū excepit: non mediocre ceperūt incrementū. Is em̄ cū reliquū Asie qd̄cunq̄ sarrhacenis seruierat: subegit: tū p multas p̄claras vrbes que romano parebāt īperio: vi expugnauit cepitq̄ ī bytinia. Succedit Virogrisse Archot⁹ ppinquus: qui prim⁹ subiugarat ī Mesopotamia vrbē amplissimaȝ Rhobain deinde Seleucia et Laodicea captis vrbibus et reliqua puincia in deditionem accepta regni sedē Mendi cōstituit ac regiū īduit diadema estq̄ sultanus salutatus. Et ne videar oēm historiā recēsere: cōfestim admodum fit vel turcoꝝ diligentia vel negligētia christianorum pricipū vt grecis ex vniuersa Asia eiectis: illi ad hellespōtū vsq̄ omnia subiugarit: nec multo post in europā traiecerīt a christianis accersiti aduersus christianos. Nam qd̄ modo dicebā cū Theodorus cantacuzenus egre et iniquo aīo ferret eo se spoliatum qd̄ imperium circūscriptor occuparat: Thurcos ī Thraciā intulit aduersus Romanoꝝ īperatorē ioannē paleologū seniorē illū generū suū ꝛ aui hui⁹ Cōstantini īperatoris Manuelis filij Que vna res q̄ calamitosa: q̄q̄ funesta et fuit et ē christiane religioni: nō obscure docēt tot tāteq̄ prouincie: que turcis ī europa erūnosissime seruiunt. Et vt summatim accipias rex Karole: que qualesq̄ sunt turcorum vires vix ad sexaginta hominum milia exercitus oīs ascendit peditibus equitibusq̄ cōflatus. Viginti milia cōparant ex asia: Ad quadragita milia ex iis puinciis quas ī europa tenēt occupatas. Et ne hi quidē milites turci sūt oēs sed ingens christianorū numer⁹ quibus turcus superbissime dn̄atur

vel inuitus in expeditionē agitur. Et erant sane sexaginta homi
num milia: cū nuper anno vigesimo tertio agebā in thracia apd
Joannē imperatorē Manuelis itē filiū. Nūc autē quāto minor
eorū sit numerus: facilis sit cōiectura: si ea clades cōsideret: qua
et bis et iterū primis annis ad īternitionē vsqꝫ ab vno ioāne Va
iuoda redacti sunt tot robusti firmissimiqꝫ exercitus. Nam quod
audiam⁹ ducenta et trecenta milia hoīm cōplere turcorū exercit⁹
sint sane non trecenta milia: sed quotquot Xerxes ferē duxisse ad
uersus greciam quinquies etiam decies cētena hoīm milia dum-
modo sint oēs rustici ⁊ pastores: nullis tecti: nullis muniti armis
quibus aut offendant aut se tueantur. Jāpridem turcorū vires ex
hauste penitus exinaniteqꝫ sunt: quo tēpore Massegeta ille To-
myris cognomēto Tāberlanus Baiseten cirycis patrē et huius
mahometi pauum amoratho nati cū quadrigētis hominū mil-
bus: vicit: cepit: īteremit. Jtaqꝫ turcorū vires ita extenuate sūt ita
fracte vt nullo pacto ambigendū sit de victoria: que eo certior est
futura quo ad debilitatem exercitus accedit imperatoris infirmi
tas. Video laudatum a sapientibus illum atheniēsem Chabriā:
qui dictitare sit solitus multo esse formidabiliorem ceruorū exer-
citum ductu leonis: q̄ leonū ceruo duce. Quod si exercit⁹ tu⁹ rex
Karole tū his completur hoībus: qui ⁊ corporis robore et animi
magnitudine leones oēs atqꝫ insuperabiles dici possint: tū vno
te duce imperatoreqꝫ vtuntur: qui cunctos mortalis fortitudine ⁊
sapientia inferioris ostendas: num dubites integer atqꝫ ingens
cum turcorum reliquiis congredi: qui ⁊ ipsi quasi cerui: timidi: fu
gacesqꝫ sunt: et meticulosissimo duci parent eidemqꝫ stultissimo
puero? Erat certe huius mahometi pater Amorathus: qui mo-
do animam efflauit: et versutus et callidus rerumqꝫ bellicarum
scientissimus. Cuius vnius peritia et consilio factum est: vt fuga
tis etiam ad Barnam profligatisqꝫ turcis fere omnibus e victo
victor per effrenatam Vladislai adolescentis audaciam īprudēti
amqꝫ euaserit: et anno item proximo ad quintūdecimū Kal'. No
uembres per Getarum ad se defectionē vehementi clade ī tribal-
lis hungaros et bohemos a quibus acerrime vrgeretur: affecerit.
Omnis turcorum spes que in vno Amoratho posita erat et cōsti
tuta: nūc in eius filio mahometo nutat ac languet. Js eñ annos
natus vix dū viginti arma nūq̄ tractauit. Nec sani quicq̄ aut di-
dicit: aut audiuit. Tot⁹ est ī potu tot⁹ ī venere. Reliqui vero aut
cēturiones aut tribuni militū: q̄ bellādi gloria ducerēt īsignes in
illis plurib⁹ illustribusqꝫ victoriis quas de turcis ioānes vaiuoda

adept⁹ est:oēs ꝓpemodū periere. Que cū ita sint q̄d est per imortalē deū: qđ te rex Karole a tanta et tam certa vincēdi spe retardare debeat: tanta p̄sertim oblata vel occasione vel oportunitate Non enī tempus ipsum dumtaxat post tot ⁊ tam illustris tamq̄ honestissimas victorias tuas pacatis iam et cōpositis rebus gallie te excitare atq̄ inflāmare debet ad hoc bellū suscipiēdum nō facile minus q̄ȝ necessariū in tanta ībecillitate turcicarū rerum: sed etiam quā deus ipse attulit locorum ad turcos inuadendos cōmoditas. Demetrius paleologus Manuelis etiam ipse imperatoris filius peloponesiū regno nuper est potit⁹ excelso animo et summa virtute princeps. Is vt est vir christianissimus et iniuriis etiā maximis affectus a turcis nichil omniū magis cupit: magis optat q̄ȝ turcorū interitum. Est autē peloponesus regio adeo rebus oībus munita: vt nichil esse queat munitius. Circundatur vndiq̄ hinc Jonio inde egeo pelago cū asperrimis et tutissimis promōtoriis. Isthmo secernit a cōtinente reliquo: quem murus perpetuus atq̄ inexpugnabilis ab altero ad alterū mare sepit. Habet intus et fecūdissimos colles et campos vberrimos rebusq̄ oībus refertissimos: quas hoīȝ victus cultusq̄ desideret Unius diei nauigatio te cū vniuerso christianoꝝ exercitu secundis ventorū flatibus ex promontorio tarentino in peloponesum deuehat. Inde in turcos eque facillimus tibi atq̄ tutissimus pateat īpetus. Nec patiat̄ Demetrius se tante laudis atq̄ glorie expertē fore: sed ipse quoq̄ in expeditionē ⁊ pugnā prodeat cū sagittariis decē milibus et equitib⁹ ad quadraginta milia. Quod si e brūdusio velis soluere. G. scilicet Cesarē imitatus in agrum dyrrachinū: ilico tibi obuiam fiat Harrianites vir bellicosissim⁹ et turcis inimicissimus: qui vniuersis albanis dominatur. Nam q̄ȝq̄ȝ ytalie principes mutuis inter se odiis dissident: nemo tamē futurus sit qui tibi in tanto et tam pio tanq̄ salutifero facinore audeat aduersari: presertim Nicolao quinto romanoꝝ pontifice maximo: cuius sapientiā/grauitatem/innocētiam/sanctimoniā: quasi numen aliquod vniuersa colit ytalia. Ac fiet forte fortuna vt spero: vt ipsi etiam ytalie principes depositis simultatibus et discordiis mutuis te venientē nō inuiti comitentur in opere tam sancto: tam preclaro. Quod si vnus solum Frāciscus Sphortia Mediolanensium dux te comitari instituerit: id quod indubitato faciet si pacari ytaliam senserit: non modo turci et sarrhaceni qui dicuntur: sed vniuersi hostes christiani nominis ad sanitatem redeant. Uidemus enim hunc Franciscum Sphortiam

tui profecto nominis ac generis amantissimũ nescio quo natum sydere quibus educatum institutis: qua dei benignitate fretum vsque adeo anteire laudibus rei militaris vniuersum fere hominũ genus: vt nichil sit tam magnũ: tam difficile: tam inexpugnabile quod non et aggredi & superare audeat sibique submittere. Itaque prostratis ac victis oĩbus ytalie exercitibus nullius ope: nullius auxilio hmõi pricipatus mirabili sua diuinaque virtute potit9 est quo nullus in ytalia est prestantior: null9 firmior: nullus formida bilior. Sin autẽ itinere malis in turcos quam nauigatione vti: istud tibi per finitimã germaniam et pannoniã est futurum. Facile te sequantur et germani ipsi nõ inuiti et hungari: Iohannesque ipse vaiuoda libẽtissime maioribus etiam copiis quam sit opus. Sequã tur triballi duce Georgio fortissimo et prudẽtissimo pricipe. Sequantur hi Gete omnes qui ad Istrum et Euxinuz incolunt: eo pertinacius fidem seruaturi: quo superiore anno cum defecissent ad turcos: ingenti numero ab illis sunt interẽpti: quamquam nullis tibi auxiliis opus est nullo comitatu. Soli certe franci satis sint superque futuri: quorũ ferociam atque impetũ ne dicam nõ sustinere turci: sed ne contra aspicere quidẽ perferant. Nam superatis et victis turcis: de sarrhacenis nullũ est negociũ. Nã qui vero sunt sarrhaceni: eos iampridẽ ab ipsis turcis rege Sabocho ex omni Asie imperio in solitudines eiectos ostendimus ad pristinaque latrocinia redactos: nullis certis ducibus circũquaque passimque vagantes: nullo principatu: nullis legibus. Qui autem hac tempestate sarrhaceni nominãtur: quibus egyptus paret & syria et palestina: hi oĩs simul cum sultano serui sunt venales trans mare eo aduecti ad summũ viginti milia. Nec ex vna quapiam empti natione. Sed alij sunt sauromate: alij sarmate: alij gotthi: alij alani. Nonnulli greci: plerique illyrici: et alij ex alia gente ac lingua: qui primo vi coacti a patria religione rituque deficere deinde illecebrarum veneficio deliniti mahometiste non tam redditi sunt quam simulati. Huiusmodi vero serui tria illa opulentissima regna ita iugo intolerabili subegerunt: vt alij nemini quam ipsis aut arma ferre: aut equum inscendere liceat: neque aliud liberale quicquam quam vel agriculturã et pastoralem vel mercaturam vel tabernariam exercere. Quin etiam preter calcnes aliud calciamenti genus induere egyptiis et syriis & iis qui iudeam incolunt: nullũ omnino licet. Itaque omnes illi populi ita molles effeminatique sunt: vt virile quicquam neque sapiant neque velint. Tantula vero seruorum manus qui maiore ex parte christiani extiterint: quid sit aduersus te

vel conatura vel ausura: non intelligo: presertim cũ senserint subiugatos turcos: qui sunt veluti propugnacula atq3 munitiones mahometistarum oĩm. Aduersus illos vero cum trãsitum: tũ etiã commeatum paret ac prebeat non Alexius quispiam sed cõstantinus imperator. q̃ etiam ipe vt ẽ pio et excelso animo cũ omnib⁹ (vt ita loquar) reliquis illius orientalis imperij: que confecti turcorum viribus validissime sunt future: non solum in expeditionẽ te comitabitur: sed libenter et magnifice comitabitur. Nomen autem constantinopolitani imperij in vniuersa Asia et sanctũ habetur et venerabile. Quapropter cum perspicue possis aĩaduertere rex Karole ad belli huius necessitatem eiusmodi conficiendi facilitatem accedere: vt nichil sit de summa victorie ambigẽdum te fortissime et omnibus rebus ornatissimi exercitus sapientissimo atq3 optimo imperatore vtere obsecro tanta hac rerum occasione quam tempus tibi atq3 deus attulit: nec patere vt hominũ culpa fracte atq3 interempte hostium infidelium vires reuiuiscãt: recreentur instaurentur. Quod si honestatis ratio qua nichil esse oportet apud animum generosum magnificũq3 antiqui⁹: non oĩno eã vim habet vt sua nos specie ad res maximas pulcherrimasq3 alliciat: prestet id saltem vis et magnitudo vtilitatis: quã ex hac tãta et tam p̃facili victoria nobis nostrisq3 posteris comparabimus. Nam cũ ipse rex Karole maximum ⁊ florentissimum adipisceris imperiu3: tũ hi oẽs qui te sequẽtur igentis ãplissimasq3 opes ꝯsequentur. Videmus nullas esse recõditas adeo: lõgissimeq3 positas: atq3 ĩuias regiones: quas p̃ summa terre marisq3 p̃icula mortales ipsi comparandi auri gratia nõ petere consueuerint: et quotidie petant. Nã si res gestas persei. Herculis. Liberi ex antiquitatis monimentis repetere velimus nõ magis eos gloria ductos q̃3 vtilitatis magnitudine excitatos longinqua asperrimaq3 bella quesisse inueniamus. Que quidem vna ratio grecos etiã illos potiusq̃3 vllus Helene raptus quem fabulantur: armauit aduersus Asiam. Et Galli item ipsi cum superatis alpibus ad padum consederunt: et horum posteri cũ inuaserunt clusinũ agrũ ac semel et iterũ aduersus Romanos mouerũt arma re nulla magis: q̃3 emolumentis impulsi sunt. Sic Eneas in italiam venit: Antenor in Venetiam. Quot aut legimus aut audiuimus: qui copias egerint aduersus scythas? Nam cum sint omnium gentium pauperrimi: libere sinũtur vagari in cãpis: nullis vrbib⁹: nullis menibus nullis muniti edibus aut tectis. At aduersus aurum ⁊ argentum aduersus opes amplissimas facile animi hominum accersuntur

Quod si quotidie Galli Hispani. Germani. Itali. per omnem cõ temptum atq; contumeliam versantur mercatores et tanq; mercennarij quidam serui adipiscende vtilitatis gratia inter opulentissimas turcorum sarrhacenorumq; regiones: quanto maior futura sit: quanto cumulatior gloriosiorq; vtilitas: si id facere licuerit te victore et domino? Ut enim maxima cõticescam et feracissima regna: que ĩ Europa turci premunt teterrima seruitute: vt de tam latis tam variis: tam amenis: tam abundantissimis rerũ omnium regionibus: que coguntur in Asia parere turcis nichil prorsus loquar: tria illa dumtaxat seruorum regna egyptus: Syria: palestina: de omnis generis diuitiis cum vniuerso genere hominum contendere nõ dubitent. Nam egyptus vt Philo iudeus grauissimus testis est: sola ex orbe terrarum hyemem non patitur. Sed tribus anni distributa temperataq; temporibus vere: estate: autũno: neq; niuem nouit nec molestam imbrium tempestatem. Per saluberrimi Nili vicissitudinem suis temporibus humectata atq; demollita vltro fert omnia quibus hominum vita vel alitur: vel ornatur. Syria vero quanti sit fecunda: promissio diuina testata est. Nam promissionis terram quam deus omnipotens populo suo constituit: Judeam esse scimus. Hec autem Syrie est pars. Quod cum sua natura hec tria regna ceteris omnibus orbis terre regionibus anteeunt bonitate soli: accedit etiam christianorũ hominum frequentatio: que quicquid aut argenti: aut auri: aut margarite et gemme apud reliquas gentes et populos reperitur eo important quo aliquid inde illarum rerum exportent: quarum illi sunt diuites et nos pauperes. Quanta igitur et ad te et ad christianos omnis emolumenta sint peruentura ex hac tua tam pulchra: tam facilis de turcis sarrhacenisq; victoria: tum dilucidius cognosces: cum tot illorum et tam opulentissimorum regnorum magnificentiam atq; amplitudinem animo tacitus metiere. Nec est tibi preterea subuerendum: ne quid aduersus te tumultus in francia aut in reliqua tua gallia per anglos insurgat: cum exercitum aduersus infideles eduxeris. Nam neq; ipsi angli vllo modo patiantur vt sunt homines religioni dediti: se tam pie: tam sancte: tam gloriose expeditionis expertes duci. Sed positis et prostratis cunctis simultatibus propter Christum alacres te sequentur: imitati scilicet maiores suos: qui semper francorum regibus et socios sese et comites asciuerunt: quotiens aduersus infideles bellatũ est. Quin eo te magis angli admirabuntur: venerabunturq; quo animaduerterent te q̃si e bellicosissimo quodam Romulo

religiosissimū Numam redditum. Ad hec habes Lodouicum filium cunctis animi virtutibus glorieqꝫ splendoribus q̄ꝫ simillimum tui: quem siue regni presidio: siue ducendo exercitui prefeceris: et tue ⁊ christianorū vniuerse reipublice non sapienter solum: sed etiam felicissime prouidebis. Age igitur Christo duce ac propugnatore rex Karole huic bello tam necessario: tam honesto: tam glorioso: pro tua vel pietate vel beneficentia mentem omnem animūqꝫ intende. Noli pro tua iusticia eos inultos pati: quos vel tueri debeas vel ornare. Quod si nulla difficultas: nullus labor deterrere te debet ab hoc pulcherrimo honorificentissimoqꝫ facinore: vide queso quid tibi faciendum sit tanta ex hoc bello proposita non facili solum: sed sperata certaqꝫ victoria: presertim quod ad mundanam et ad celestem gloriam plurimorūqꝫ quoqꝫ amplissimorumqꝫ regnorum et ingentes opes in te sint et clarissima imperia peruentura. Bellum tibi omne futurum est cum agrestibus incultisqꝫ hominibus: cum latronibus: cum fugitiuis: cum venalibus abiectissimisqꝫ seruis: qui dum neglectui contēptuiqꝫ habentur: tanq̄ꝫ imbelles languideqꝫ pecudes non mediocris tenebras nostra culpa christiane luci infuderūt. Hinc et Sigismundus rex audacia potius q̄ꝫ prudentia vsus comite per ingentem francie nobilitatis stragem inauditumqꝫ ludibriū est a Baiseta illo turpiter superatus: et rex Uladislaus in profligata victoria per Amorathū periit. Hinc Janus rex cypriorum capta vastataqꝫ patria in catenas ad egyptiorum sultanum tractus est. Hinc africa vniuersa et magna ex parte Asia seruit impurissimis flagitiosissimisqꝫ barbaris. En sentimus iam ytalie germanieqꝫ vestibula teneri a turcis: pulsari fores/concuti/irrūpi. Nec excitamur: nec vrgemur: nec impellimur: vt nobis saltem ipsis posterisqꝫ nostris consulamus. Quis nos tantus vel sopor vel stupor inuasit: vt quasi mentis atq₃ sensus inopes videntes scientesq₃ perire: q̄ꝫ in tam facili tam illustri: tam ampla conducibiliq₃ victoria et nostram vlcisci et summi dei iniuriā malimus? Surge iam tandem rex karole: teipsum excita/hortare/compara Ut reliquis christianis principibus ac regibus dignitate prestas ita tibi omni ope atq₃ opera studendum est: vt absolutissima virtute his omnibus et vera gloria sis superior. Uicisti anglos: recuperasti patriam. Et pulchrum id certe fuit et laudabile. Justicie enim munus in teipsum tuosq₃ contulisti. Uerum christianus aduersus christianos arma sumpsisti. Sed quāto pulchrius erit et gloriosius si idem feceris in turcos et sarrhacenos a quib⁹ nō

tua solum: sed Christi patria spoliatus sis? Que vetus tibi patria est? Nonne Troia que olim Teucria dicebatur? Ex hac eniз Franco et Teucro profecti sunt in pannoniam primum: deinde per suos posteros in germaniā: demum in galliam istam transalpinam fortissimi illi quidem et prestantissimi auctores tui nominis et generis. At hoc tempore pro Teucria et Troia turciam videmus appellari. Nam hi omnes qui teucri troianiꝗ dici consueuerunt: ab infami et efferata turcorum immanitate oppressi sunt. Jidem turci hierosolimā: vniuersamꝗ iudeam tot patriarcharum et prophetarum patriam: intemerate Marie virginis saluatorisꝗ domicilium christianis ac francis eripuerūt: et cum infinito pene francoruз numero Guidonem regem crudelissime trucidarunt. Heu nos miseros atꝗ infelices. Si tot verberibus tot exemplis admoniti resipiscere in viamꝗ redire negleximus: que nobis spes reliqua sit futura: si beneficiis etiaз prouocati diuinam misericordiam benignitatemꝗ contēnamus? Est igitur vel sapientie vel officij tui rex Karole: vt vel vltionis in turcos ⁊ sarrhacenos vel gratitudinis erga deum ratione ductus: ensem quem tamdiu ac multum in christianas acies non iniuria distrinxisti: eum in sceleratissimos Christi hostes: sic acuas et cruentes pro tua pietate: vt non diuus Lodouic⁹ ille modo ac ceteri frācī principes qui multi defuncti sunt hac luce: immortalis tibi apud immortalem deum gratias sint acturi: sed deus etiam ipse: qui extremis suppliciis insectatur ingratos id quod in Saulem: in iudeos qui Apidis vitulū adorarant: et in alios permultos ostendit: tua gratitudine delectatus et viuum et mortuuз sempiterna gloria te amplificet. Hec autem non idcirco Franciscus philelfus liberius ad te scripsit: quod regali tue icomparabiliꝗ virtuti quicꝗ diffideret: sed vt suam erga te fidem obseruantiāꝗ ostenderet. Vale. ex mediolano. xiij. kal. martias. M.cccc.li.

¶ Francisci philelfi epistolarum Liber nonus.

¶ Franciscus philelfus Sphortie secundo salutem plurimam dicit.

h Ortatur me. Sphortia secunde singularis. tua benignaq; modestia: vt de his ad te scribere non verear: que vel vtilia tibi vel saltem nō iniucūda fore iudico. Idq; eo libentius facturus accedo: qđ cum tue meeq; etati: tū mutue nostre beniuolentie cōsentaneum esse duxi. Permultis te muneribus eisdēq; preclaris tum natura insigniuit: tum auxit fortuna quam vocāt. Que si diligenti studio ac veluti arte quadā ad cumulū vsq; perduxeris: nullius inops laudis sis futurꝰ. Quo patre natus es: nō ignoras. Huius maximas incomparabilisq; virtutes nisi fueris egregie imitatus: quanto is patre Sphortia īperatore fortissimo ob rerum gestarū atq; regni gloriaʒ habetur illustrior: tanto ipse Francisco Sphortia patre tuo principe optimo ac maxīo in laude minus excellenti quadā: obscurior fuisse existimabere. Nichil eni obtēdas quod incuses. Nam si affricani superioris filius patritis laudibus nō respondit: non ei sed valitudini culpa datur. At Sextus pompeij magni: et Marcus Ciceronis filius: aliiq; nōnulli viris nati prestātissimis inter degeneres ideo numerant qđ sua ipsorum culpa tales esse voluerūt. Quod eni benignitatis genus: vt ad te redeaʒ: natura tibi nō est affatim elargita? Forme prestātia polles plurimū: qua ipsa dignitatē mentis atq; ingenij representari par est: si quidem materia forme quam dicunt: non hec illi prior accōmodatur natura. Et ea es integritate sensuum quam rarissimū licet inueniri. Velocitas celeritati congruit: leuitas atq; agilitas facilitati dexteritatiq;. Eodemq; modo alacritas acrimonie: facundia intellectui. Hec autē omnia que corporis commoda appellant stoici: talia sunt qualis est is qui vtitur. Nam si mens humana sequitur eam mentē: ad cuius est nō genita: sed creata ymaginē: ita naturā quam diuina mens peperit: sequetur ars hominū atq; imitabitur: vt errore nullo queat intercipi. Non eni natura: sed malo erramꝰ more. Nam cum mores sint qualitates eius: animi partis que ratione caret: tum agimur deuij malis moribus: cū perturbationibꝰ obsecuti rōnis ductum aspernātes erramus. Quid eni aliud error est q̄ falsi alicuiꝰ pro vero approbatio? Si quidē rōnem sequētibus ꝛ recta ꝛ expedita oīa ad veritatē patent. Sed quorsum hec? vt ītelligas nō mediocri tibi vicio datuʒ iri: si in tanta vel nature vel fortune felicitate nō id efficies tua etiā industria: vt dignus habearis qui Sphortianam gloriā non solum eques: sed etiam si fieri potest: patrem imitatus ad auum illum q̄ pulcherrime superes. Quod vt facere

possis ea tibi via incedendū est:qua Alciden fabulātur eum:qui postea Junonis inuidia factus glorioſior Hercules est cognominat⁹. Js enī istam natus etatē qua nunc tu es: vbi ſeſe in ſolitudinē sui fortassis colligēdi et meditādi gratia recepisset: duas sibi matronas offerri coram visus est videre: quarū altera vt ad vltimū cognouit: esset   hedone: quā nostri voluptatem vocant: altera vero   arete: quo noīe virtus significat. Cumq; Alciden illa blandius primū adiret:stimularetq; omnibus lenociniorū illecebris:ſe vt sequeret: suo eniʒ ductu oīa ei dulcia suauissimaq; futura. Quid enim imbecillitati adolescentie ipsa titillanti voluptate iucundius? Et virtus contra eundem a voluptate tanquam a flagitio auocans: vt suis inhereret vestigiis grauiter simul saluberrimeq; doceret neq; vllis aut laborib⁹ aut periculis parceret:sed decori ac laudis gratia nō modo nullas intolerabilis erūnas:sed ne mortem quidē ipsam detractaret Sic eniʒ fore vt ex homine ⁊ mortali imortalis atq; deus fieret: ea sigillatiʒ Alcides q̄plurimaq; alia volutās animo et oīa secū q̄diligētissime cōmentatus: animi sequi virtutē q̄ corporis voluptatē maluit. Quo quidē consilio factū est: vt vnius oībus carus iucundusq; fuerit: et mortuus diuinos honores ab vniuersa gētilitate meruerit. Ac nullū profecto(vt mea fert opinio)venenum est: qđ in adolescētia cū voluptatis veneno sit cōparandū. Hec enim tum frangit corpus ac debilitat: tum animū sui iuris esse nō sinit:quippe quē ad se pellicit per oēm turpitudinis feditatem. Nec sane aduersum eam voluptatē michi habetur oratio: que inter animi bona post prudentiā et virtutem tertia numerat ab Aristotele:qua de quotidie dicere cōsueuimus. Magna me voluptate littere tue affecerūt. Et tuarum virtutū gloria incredibilem michi voluptatē attulit. Sed in eam loquimur voluptatē qua sensus titillans leuiter mouetur: et per oē incōtinentie gen⁹ petulātissime efferuescit. Huiusmodi igit voluptas mi Sphortia nō secus tibi fugienda est:quā teterrima quedā letiferaq; pestis. Jmpedit enī immo tollit penitus oēm recte viuendi rōnem qua sublata nichil neq; boni agere nobis licet:nec sani quicq; intelligere. Nichil est profecto in probato adolescente ⁊ Sphortia laudabilius pudicitia et continentia:que oīs effeminatos animi cogitatus latius vagari nō sinit:perturbationesq; prurientis aut amouet omnino aut cōpescit. Quid enī incōtinenti adolescētia fedius? quid etiam perniciosius? Nunq̄ is adsit rebus agendis presens: qui presenti vacat tēperantia. Hec enim vna est virtus

q̄ existimationē ipsam et tuetur ⁊ seruat. Itaqꝫ nemo queat recte cōsultare nec diligētius quippiā mente ꝓspicere qui voluptati se dediderit. Quare cibo et potu modice vti cōuenit. Insana aūt venere abstinendū est ꝑtinaciter. Nec ita somno cōsentiendū: vt Endymionis quē dicunt: similes videamur. Quod vero deiceps admodū est cauēdum: videmus adolescentiā natura loquaciorē et tanq̄ impudentē: id qđ Lycurgus aīaduertens statuit apud Lacedemonios: vt adolescentes in publico consessu nisi rogati nunq̄ loquerētur: qđ ipsum etiā quo minus inepte facerent: eos seniorū cōsuetudine assidue vti voluit. Quid enī ineptius q̄ vel ipudentia vel futilitas? Hanc vero in ea etate: q̄ longo vsu peritiaqꝫ concaluit: nō facile iuenias qualē ⁊ Homerus Nestoris et Ilionei Maro extitisse monēt. An in adolescētia quā nō minus ab adolescētia que nugatio est: ductā existimo q̄ ab adolesco: qđ ea in etate cuꝫ sanguine simul ꝑturbationes quoqꝫ effrenatiꝰ adolescāt: cum alia oīa imoderata in illa sunt: tum vel ip̄imis quedā loquendi luxuries atqꝫ ipetus: quē qui reprimere castigareqꝫ didicerit: nō mediocrē spem laudis pre se fert. Decet enī plurimū facere ꝓ officio spectatū adolescētem ⁊ minimū de se loqui et ea quidē loqui: q̄ documentū prestent intime cuiusdā innateqꝫ probitatis. Nam mentis habitū sermonis cultus solet indicare. Idcirco Pythagoras sanius silentiū indixit auditoribus aliis breuiꝰ pro ingenij captu: aliis diuturniꝰ: vt quisqꝫ tum loqueref: cum sapere didicisset. Et Agesilaus rex cum quis aliū vel laudaret vel vituperaret: nō dicentis minus q̄ laudati aut vituperati vitam ac mores ex ipsa oratione deprehendi affirmabat. Ad excandescentiā quoqꝫ istiusmodi etas est procliuior q̄ eo te magis cauere oportet: quo patre eiusmodi natus es: qui mansuetudine ⁊ clementia omne genus hominū anteit. Et q̄q̄ in omni etate laudatur humanitas: eo tamē in adolescētia magis: quo id annorū insolētiores sumus. q̄ facilitas ab omibus diligatur: morositatis odium facile declarat. Quis enī exosus nō sit ac veluti execref hoies aditu et cōsuetudine vite difficiles: quiqꝫ nūq̄ sint certis nunq̄ eisdeꝫ moribus? Nam de benignitate quid loquar? qua q̄ caruerit adolescēs: eo caret oīo munere: qđ est eius etatis ꝓpriū. Nec huiusmodi comitatis genus in danda pecunia solū donādoqꝫ positū reor: sed multo etiā magis in prestāda liberalit opera. Argenti eniꝫ et auri munificētia nō magis est viri boni q̄ diuitis. Sed innocentibꝰ viris piisqꝫ adesse eosdēqꝫ ingenij ope operaqꝫ tueri et cōsulendo ⁊ loquēdo et deprecādo: hisqꝫ oībus

adminiculis: que vł natura vel fortuna vel nostra nobis idustria diligētiaqꝫ pepererit: et benefici viri est et plane sapientis. Quid preterea habent aliud vel principibus nati vel ipsi principes ac reges: quo priuatos hoīes antecellāt? Nempe id vnum dūtaxat quod iis numerādi facultas adest vberior. Itaqꝫ Dyonisiū senio rem doluisse tradunt quod ab se dona Corinthiorū legati nollēt accipere tanqꝫ per illos sibi nō liceret eo vti bono quo reges vno ceteris videntur feliciores. Quare cū is aliquādo ad filium esset ingressus: vidissetqꝫ apud illum vim aureorū maximā argenteorumqꝫ vasorū: proh inclamauit pater fili in te rex certe nō est qui ex tanta vasorum copia que a nobis accepisti: amicū tibi cōparaueris neminē. Quid multis? Et beniuolentiā nobis apud alios beneficiis cōparamus et laudem nō vulgarem. Laude vero duci adolescentē nō possum nō probare. Nam qui laudē amat: virtutem quoqꝫ amet: eamqꝫ sequatur necesse esse. Id vero eo facilius sit facturus: q̄ studiosior fuerit discipline. Nemo enī quod ignorat: amare possit. His autē disciplinis tibi opera danda est: qbus sapere discas nichil abiectū: nichil humile: nichil nō admirandū. Itaqꝫ oībus in rebus te ingenti atqꝫ inuicto animo: ingenio vero splēdidissimo et acerrimo cupio ita prestes vt nichil agas: nichil loquaris: nichil deniqꝫ cogites: qđ sit aut vulgare aut excelsum minus. Quod vt cōmodius consequaris: eorū te velim consuetudine delectari: qui te meliorem possint vel reddere vel ostendere. Non enī affert paruā quandā laudationis vituperationisue coniecturā improboꝝ aut proboꝝ hoīm familiaritas. Si qua nobis corporis cōmoda naturarūt optima: nō iis absurde: sed ꝓ dignitate semꝑ vtendū est. Cum Alexāder Macedo et leuitate ⁊ cursu valeret plurimū: hortat⁹ a patre Philippo in olympiā vt curreret: nequaqꝫ obtēperauit inquiens. Facerē eqdem mi pater qđ iubes plibēter si michi cū regibus currendū foret. Et quoniā in ludi mentionē incidim⁹: eadē adolescētibus sit ludendi que iocādi ratio. Remittēdi interdū sunt animi a rebus seriis et laborib⁹ quo paululū veluti recreati alacriores redeant vnde diuerterant. Nec scurrarū more iocari nos conuenit: nec item ludere: vt aleatores solent. Sed queadmodum sermo noster sparsim ac raro est ingenuis salibus condiēdus: ita rerum gerendarū tedium ac molem tēpestiua liberaliū ludorum atqꝫ apta vicissitudine leuari decet. Et hi quidē ludi videnť michi maxime probādi in quib⁹ vis dexteritatis ingenij corporis agilitati viribusqꝫ rn̄deat. Huiusmodi vero ludos palestra prebet/ gymnasium/ stadium/ discus/

psla/iaculū/arcus/scorpio/venatio/troianū agmen:et oīs denisq meditatio militaris. Sed nullus michi crede neq locus nec ludus aut pulchrior est aut laudabilior q̄ disciplina exercitatioq virtutis:cui si te totū penitusq dedideris:et tibi honori maximo et nobis oībus quos tua spes alit: incredibili iucunditati futurus sis. Id aūt hac vna re facillime poteris et expeditissime cōsequi si prestantissimū et fortunatissimū patrem tuū principē nostrum cum dicendo:tum agendo quasi ydeam quandā intueri per oēm vitam effingereq volueris:quod vt facere contendas:te nō solū horror:sed etiam atq etiam rogo et oro. Uale.ex mediolano.xij. kal.martias.M.cccc.li.

Franciscus philelfus Johanni aurispe sal.

p Ollucem meū videre cupio. Nam eius michi p̄sentia vehemēter est opus. Quare ne istum patiaris apud te diutius hospitari:maiorē in modū abs te peto. Uale.ex mediolano.xij.kal.martias.M.cccc.li.

Frācisc̄us philelfus Laurentio valle salutē.

s Udio te reliquisse Alphōsū regē et esse rome. Nec dubito te nichil pro tua prudentia fecisse temere. Miror autē cū Alphonso honorifice et vt accepi cōmode tractareris:qd rome q̄ Neapoli hoc tēpore vitā agere malueris: p̄sertim cū nō sis nescius quos fluctus nauigaturus sis. Non enī ociosum te esse patiātur qui viros bonos eruditosq insequi vel absentis consuerunt. Tibi autē vt omnia secunda sint:plurimū opto. Uale. ex mediolano.xij.kal.martias. M.cccc.li.

Franciscus philelfus Petro thomasio philosopho medicoq salutem.

l Itteras tuas vltimas quas scribis dedisse ad Nicolaū barbum Ferrarie procōsulem:vt eas inde ad me daret nunq̄ vidi. Miror q quid in causa fuerit: qd ea michi ita vt antea tue altere: quas eidem viro cōmendaras: reddite nō sint. Quare si videbitur rursus que scripseras: proximo tabellario cōmittito:vt quod maxime cupiebā:iudicium tuum nō ignorem Prospiciat Deus paci ytalice ac musis: id quod tanto studio atq votis opto:vt auidius nichil possim. Ex his libris de exilio quos ad vos dederam:ab me duo desiderātur: alter de infamia: alter de paupertate:qui seu apud te sint siue apud meū Bernardum Justinianum:velim eos pro singulari tua erga me beniuolentia diligenter inquiras: inuentosq ad me mittas. Desunt etiā Mediolanensia illa cōuiuia:et cosmiana oratio:et duo bip-

pocratis libri:q quidē oia si min⁹ in hanc diem habuisti:repetas veli ab eodē Bernardo: vt ad me ꝓpediē ꝑferēda q̄ diligētissime cures. Qd si qui etiā apud vos fuerint:quos nostra iuuēt:ob idq̄ his diutius vti velint: fac vt libet:modo dn̄i nō oīo obliuiscātur Unū tibi bona fide polliceor:cū ista primū ad me reuerterint:noua alia ad te dabo: q̄ vt existimo: iuuētutem vestrā nō mediocrit delectabūt. Preterea alia michi in re tua opera opus ē. Docet patauij medicinā Mattheus perusinus vir egregie doct⁹ idēq̄ disertus. Is hꝫ iam ānos cōpluris duos illos Hippocratis libros: quos iampridē vt nosti:in latinū verti. Hos vt noīe meo repetas et ad me des:te plurimū rogo. Uale medicoꝝ et amicorū decus. Ex mediolano.xi.kal.martias. M.cccc.li.

Frācíscus philelfus Francisco barbaro sal.

Iam pudet me repetere totiens libros illos: quos cum Constātinopoli agerem: ad te dedi. Uideo enī ad id te nichil oīo in hanc diem respōdere. Nec satis intelligo sententiā animi tui. Non enī idcirco tacere te existimo: qd meos michi libros nolis restituere. Noui enī et grauitatē ⁊ cōstantiā tuā: noui fidem:noui integritatē. Ad hec ea es altitudine animi: ea quam greci dicunt: nostri vero magnidecētiam recte nominēt: vt nō modo que aliena sunt nolis inuito domino: sed etiā tua q̄ munificētissime in alium conferas: ꝑsertim cum quē tui esse obseruātissimum nō ignores. Itaq̄ te mi humanissime barbare rogo etiam atq̄ etiam vt meos michi libros qui iam annos triginta hospitati apud te sunt: cōtubernalis efficias et id hac quidē lege: vt quem codicem ex omnibus magis adamaris: eum tibi perpetuū esse: atq̄ tuum velim. Uale. ex mediolano.xi.kal.martias. M.cccc.li.

Frācíscus philelfus Sphortie secundo sal.

Petiisti a me ꝑ litteras vt te facerē certiorē: que me sententia sit de huius nostre tēpestatis lingua quam alij ethruscā: alij vulgarē vocant: nōnulli sermonis materni aut illiterati noīe appellāt: vt tibi obsequar: et id quidē sine vlla vel peruicatia vel contētione: quanq̄ ad rem hanc non inuitus solum accedo: sed etiā cum pudore propter virum disertissimū michiq̄ amicissimū Leonardū arretinum: qui in epistola quadā ad Blōdum flauium visus est longe secus sentire atq̄ ipse sentiā. Sed quoniā ipsi etiā amicitie veritas est anteponēda: ignoscat Philelfo Leonardus mortuus: qui viuus quoq̄ ignouisset: vbi que ab me dicerentur: probabiliora iudicasset q̄ suiipsius dicta. Ut

Igitur ad rem veniam: quoniā ytaliam audimus describi finibus latioribus: quibus nō latini solū: verum etiā greci/ligures/galli/ et alie atq; alie gentes lingua moribusq; diuerse cōtinerētur: oēs meū sermonē de romanis intelligi volo: ac de iis qui romana lingua vterētur priscis illis temporibus quibus Plautus. Terentiusq; poete: quibus Gracchi et Cato quib⁹. L. Crassus et. M. Antonius: qbus. C. Julius Cesar et. M. Tullius Cicero floruerunt. Nulla inquā alia oratione vniuersum romanū populū vsum arbitror ꝙ ipsa illa: quā solet hic idem Cicero forensem popularemq; appellare. Qua enim philosophi orōne sunt vsi: ea ab hac oratoria plerisq; in locis pro rerū materia plurimū differt. Nam ꝓpter noua planeq; inusitata phorum inuenta: inusitatis item et nouis verbis opus fuit: quod eius rei cum apud latinos: tum multo magis apud grecos videmus factitatū. Neq;
atomos vsq; apud Demosthenē aut Lysian reperiatur neq;
entelechia. At hec apud peripateticos: illa apud Democritios et epicureos oībus est in ore. Calliditatē pro virtute intellectuali posuit Cicero: quā greci vocant synesin: quoniā melius non habebat: cū popularis ac forensis loquendi mos aliter fortassis interptabatur: adeo vt īter virtutes vrbanas vituperet calliditas: at bellicis in rebus laudetur. Ad hec poete quoq;: nō loquor de comicis ac tragicis qui toti erāt populares alia quadam locuti lingua multis in locis existimati sunt. Itaq; hos dicebat. M. Anto. orator ab se nequaꝙ attingi: qppe quos videbat abhorrere a cōmuni ꝛ quotidiano loquendi vsu: hic aūt vsus erat eiusmodi: quo eque indocti illitteratiq; vtebantur atq; litterati et docti. Quod vt certo credā: cuȝ alia pleraq; argumēta possunt adduci: tum illud imprimis. Nouimus hebreos et grecos: audiuimus item egyptios/arabas/assyrios/persas/et eodē modo reliquas omnis nationes: quibus propria est suaq; grammatica: cū alio sermone vti litterali et alio vulgari. Litteralis limatior est fortassis et proprius magis ꝙ maternus: non alius tñ omninoq; diuersus: quo ad dictionū variationē/declinationem/ enunciationē/desinentiā. Unde hieronimus Rufino vicio dat: quod parentes quo nomine pater significatur et mater: non hos qui iampridē diem obierant: sed reliquos sanguine coniunctos verbo vt ipse cauillatur: militari hoc est latino planeq; vulgari appellarit. Et greci quoq; agathon andra quod bonū virum significat apud doctos: pro viro stulto vulgi consuetudine accipiunt. Nec romani cum decreuerunt legeq;

sanxerunt nemini omniũ gentium apud se audiri per interp̃tem hoc est vt peregrini etiã omnes quibus causa apud se esset: latine loquerentur: idipsum vnq̃ egissent si alius sermo latinus esset: alius vulgaris. Hinc autem arbitror emanasse vt et Germani et Dacie ⁊ Sarmacie: hi omnes populi christiani q̃ septẽtrionales occidẽtalesq̃ ad oceanum vsq̃ iacent: nõ docti modo et litterati sed plane illitterati doctrineq̃ oĩs expertes ingenue loqui latine pro iueterata cõsuetudine quadã discant: ob eã (vt arbitror) rõez vt cũ venerit in ytaliã ac romã: romano sermone audiãtur: eo q̃ cerdonib⁹ etiã apud priscos et pistorib⁹ cõis erat. Verũ hi oĩs deprauate loquũtur m̃lta atq̃ inepte quidẽ. Et ne id certe mirũ. Nam arte nõdum adhibita et his p̃ceptis: q̃ a diligenti doctrina p̃ficiscũtur: nõ admodũ multũ prestam⁹ infãtibus iperitisq̃ mulierculis. Et id sane nõ solũ hac etate vsu venit: sed apud priscos ẽt illos accidisse audim⁹. Quo factũ est vt latinitatis viciũ quasi p̃bro datũ sit a Cicerone viro eloquẽtissimo ipsi. M. Antonio: aduersus quẽ leguntur Antoniane orõnes. Ad hec frustra apud Quirites ⁊ in exercitu habite essent: q̃ adhuc extãt priscoꝝ orões si min⁹ ea ab auditorib⁹ cũctis potuissent itelligi. Nec satis scio quã potuisset voluptatẽ Plauti quas legim⁹: et Terentij comedie afferre populo vbi sunt pueri et muliercule si min⁹ cognosset q̃ audissent. Nam q̃d dicatur cõuenisse pp̃lm indoctũ vt spectaret nõ vt audiret: auditaq̃ itelligeret: stultũ est. Nonne ipse etiã Cicero meminit versu vna syllaba aut lõgiore aut breuiore recitato exhilat̃/explodit̃. Num id accidere in theatro potuisset: nisi que recitarẽtur/canerẽturq̃ comedie: fuissent a populi consessu et audite ⁊ cognite. Latino inq̃ sermone q̃ et vulgaris erat ⁊ oĩbus notus: ee comedie oẽs erãt scripte: ⁊ nõ comedie modo: veꝝ etiã tragedie q̃tidiana loquẽdi cõsuetudine litteraꝝ monimẽtis mãdabant̃. Id vero ita esse declarat Cicero libro p̃mo questionũ tusculanaꝝ hisce verbis. In terrã eni cadentibus corporib⁹: iisq̃ hũo tectis: e quo dictũ hũari: sub terra censebãt reliquã vitaz agi mortuoꝝ. Quã eorũ opinionẽ cõsecuti magni errores sunt quos auxerũt poete. Frequẽs eni cõsessus theatri in quo sunt muliercule: mouet̃ audiens tam grãde carmẽ. Adsuz atq̃ aduenio acheronte vix via alta atq̃ ardua spelũca saxis structa asperis pendẽtibus maxis: vbi rigida cõstat crassa caligo inferũ. Tñq̃ valuit error q̃ michi quidẽ iã sublat⁹ videt̃ vt corpa cremata cũ scirẽt: tñ ea fieri apud inferos fingerẽt: q̃ sine corporib⁹ neq̃ fieri possent neq̃ intelligi. Si muliercule igit̃ in theatri cõsessu audiẽtes eos

tragedie versus mouebātur animo vera esse arbitrantes: que de vita functis audiebant intelligebāt sane que recitabanť: que si aliena fuissent a cōmuni ac vulgari lingua quo pacto intelligere potuissent? At ea nō grammatice: sed latine referebātur. Nā lr̄atura plerisq3 in locis obscurior est at latinitas oībus nota. Qđ ni haberet ita: frustra monuisset Quintilian⁹ añ omnia acrem habendā esse curiā parētibus: ne vitiosus sit sermo nutricib⁹: sed recte loquanť: cū puer eaꝝ verba conetˀ effingere: q̄s primū audierit. Nō em̄ debere infantē illi assuescere ꝑmoni: q̄ dediscēdus sit. Nā neq3 debem⁹ eē nescij: lōge difficili⁹ eē a iā e docto in aliū sermonē traducere q̄3 docere nouum. Itaq3 idem monet oportere etiam p̄res esse loquēdi eruditissimos: et illđ idē de m̄ribus sentiendū. Itaq3 recte Chrysipp⁹ optabat q̄ nutrices eligi q̄ntum res patereť: optimas iubebat. Idq3 nō solū quo ad moꝝ sed ēt quo ad sermōis rōnem: cū pueros diceret eoꝝ esse tenacissimos: que rudibus āñis perceperit. Qđ aūt de nutricibus ac parētibus Quītilianus dixerat: idem quoq3 de pedagogis precipit quos lingue latine p̄itissimos esse vult. Nā si nutrices: que bene loquanť: min⁹ aliqñ cōtigerint: saltē sit vn⁹ pedagog⁹ assidu⁹: q̄ latinitatis erudit⁹: siqua fuerint a nutricib⁹ aut vitiose aut ineptius presente alūno dicta: continuo ea corrigat: nec illi insidere sinat. Ut hac.n.tempestate nr̄a accidere q̄tidie videmus: vt rarissime nobis nutrices offerantur: que vulgari hoc sermone italico vtantur admodum exculto: ita apud Romanos illos vsu venire poterat: vt in tanta barbarorum multitudine: q̄ ex vniuerso terrarum orbe variis fortune casibus in vrbem influxerant: latinitatemq3 viciarant: nō facile ee nutrices contingerent: que merā incorruptāq3 callerēt latinā locutionem. Ac miror sane arretinū Leonardum nostrum: cui videatur fieri nl̄lo pacto potuisse: vt ea lingua vterētur vulgo oēs: q̄3 scripsisse legim⁹ ⁊ oratores: et poetas. Adducitq3 supellex exēplo inq̄ens: Mulierculę igiť ille ac nutrices tue si de supellectili recte dicendū erit: supellex dicerent. Rursus vero si declinandū erit ita: vt possessionem gubernationēq3 significet: supellectil' dicent. Et si poscat intentio: supellectilem variabūt. Eedemq3 cū pluraliter dicendum erit: supellectilia variato genere: ꝓnunciabunt ⁊ supellectiliū et supellectilib⁹. Si Leonardus aut. M. Uarronē diligēti⁹ lectitasset: aut maternā: aut vernaculā grecoꝝ liguā tenuisset: nūq̄3 i id icidisset erroris. Greci.n.q̄bus ligua deprauata nō sit ⁊ quos ipsi tū seq̄mur: tū imitamur ita loquūť vulgo hac ēt tēpestate vt Aristophāes comic⁹: vt Euripides tragic⁹: vt oratores oēs:

vt historiographi: vt phi etiã ipi et Plato et Aristoteles. Litterati autem homines ⁊ doctius et emendatius. Id aũt patet ex hi sce Platonis Aristotelisq libris quos etas proxima: aut paulo supior ex greco in latinũ conuertit: q̃ certe ob eã rõnem plerisq i locis obscurissimi ineptissimiq sunt: quoniã ij sint illos ĩterptati: q̃ linguam vulgarem tenebãt: eam que et plebeia erat et deprauata: atq corrupta ob peregrinorum mercatorumq multitudinẽ q̃ quotidie Constantinopolin confluebant: in orbẽq recepti incole grecisq admixti locutionem optimam infuscarunt inquinaruntq. Nam viri aulici veterem sermonis dignitatem atq elegãtiam retinebant: imprimisq ipse nobiles mulieres: q̃bus cũ nullum esset omnino cũ viris peregrinis commertiũ merus ille ac purus priscorum grecorũ sermo seruabatur intactus. Uerum quid dixi cũ peregrinis cum ne cũ ipsis quidẽ conciuibus vllus dabat huiusmodi mulieribus colloquendi locus: cum domo nunq̃: nisi noctu egrederentur: atq id q̃dem et raro: et eq̃tes: ac velata facie deducteq a domesticis ac suis: dũ aut templuz per religionis celebritatem aliquam ĩterdum aut sanguine cõiunctissimos visendi gratia peterẽt. Qd aũt de Marco Uarrone meminerã: ait ille sexto libro de ligua latina nouicios etiã seruos emptos ĩ magna familia cito oĩa cõseruoꝝ noĩa recto casu accepto ꝑ reliquos obliquos declinare. Si serui id cito didicissent: quid de iis ẽ credẽdũ qui simul cũ lacte latinã biberãt linguã? Et quod ait Leonardus noster euangelia missarumq solẽnia intelligi hoc tempore etiã ab iis qui sunt illiterati: equidem ꝑnego: et illud etiã addiderim non satis latine aut litterate Leonardum Poggiũq nominasse missarum solennia: quẽ a grecis liturgie: hoc est supplices operationes aut oratiões operatiue: a nostris vero celebrationes corporis Christi nominatur. Sed hac de re nũc satis multa: modo intelligas latinam linguam vulgarẽ fuisse: nõ litteralem. Uale ex Medio. xv. kal. Martias. M. cccc. li.

¶ Franciscus Philelfus sal. di. pl. Nicolao cebe.

Libenter audio te virum doctum ac disertum mãdare litterarum monimentis res vt ipse appellas: turcobycantias. Sunt eñ memoratu digne. Qd aũt mei nominis oblitus nõ sis amice tu q̃dem facis et liberaliter. Non possum eq̃dem nõ letari maiorem in modum: cũ indies magis magisq intelligo nostre beniuolentie amorisq vim eẽ inter nos mutuã. Quasi. n. diuinaris: q̃ta memoria te complectar in scriptis meis referre par pari voluisti. Quid autem de me scripseris: ignoro. Nã ego de te

nō vero min⁹ q̄ʒ amice ⁊ loqui et scribere ꝯsueui. Et qm̄ cupiebā atqʒ ꝑcupio omībus scriptis nostris testatū esse apud oēs nostrā amicitiā nō soluʒ apud p̄sentes: verū etiā apud posteros: idcirco abs te petierā. q̄scunqʒ āteа ad te dedisse ep̄las aliis aliisqʒ tp̄ib⁹ eas tre ad me curares: q̄ redigerētur in codicē. Johānes Marius filius cupit ad nos redire: vt vides: id qđ michi eo est iucūdius: q̄ spero ipsa die admonitū obediētiorē nobis futurū: presertī cum viderit eo me eē ingenio: vt paterni iuris nichil sim remissur⁹: et id quidē ad liberoꝝ vtilitatē. Velī me facias q̄ʒ p̄rimū certiorē: si qua nauis sit hoc tp̄e Neapoli traiectura. Naʒ instituim⁹ petere Alphōsuʒ regē: cui⁹ sum litteris q̄ʒ liberalissime iuitatus. Quare cū eius noī nostras centū Hecatostichas dedicarī: nā hoc noīe a cētenis v̄sibus in satyras singulas: eas appellare volui: ad illum ꝓpediē sum itur⁹: quo ipse p̄sens atqʒ corā hm̄ōi satyraꝝ codicē ei dono tradā. Nec erit p̄terea iiucundū michi Neapolin visere. Nā ex vniuersa ytalia ea soluʒ vrbs quā videm⁹ a Marone nr̄o nō ignobilit̄ laudatā reliq̄ est visenda m̄. Jtaqʒ nauigatōne q̄ʒ itinere vti mallē. Est enī in ꝓximis estatis ardorib⁹ non mō cōmodior minus q̄ʒ breuior. Ad hec si q̄d habes de turcis post Amorathi obitū scire cupio. Nam q̄ modo redeūt ex Germania a Frederico Augusto: aiunt expeditionē parare Turcū aduersus hungaros. Vale. ex mediolano. xv. kal̄. martias. M. cccc. li.

¶ Franciscus philelfus Guiniforto barzizio sal.

h Jeronim⁹ bindot⁹ factus ē gener me⁹. Huic cupio eē q̄ʒ optie me ⁊ ad cōmodū et ad dignitatē. Jtaqʒ ad pri[n]cipē Marchionē scripsi: eūqʒ rogaui vt Casalis preturā meo b[ene]ficio in hunc cōferat. Quare a te peto vt hāc rem q̄ʒ diligētissime [e]t q̄ʒ amicissime capessas efficiasqʒ q̄ʒtuʒ in te fuerit: vt desiderio [h]uic meo q̄ʒ celerrime satisfiat. Qđ autē scripsi de Casalis p̄tura [t]u si q̄d melius sentis: ad id incūbe. Hoc erit m̄ tam gratū q̄ʒ qđ [g]ratissimū oīm. Rogo etiā te maiorē in modū: vt ꝓpediē michi [e]t ipse r̄ndeas et respōdendū cures a p̄ricipe de vniuerso negocio [V]ale. ex mediolano. xv. kal̄. martias. M. cccc. li.

¶ Frācīscus phi. Ciccho simonete ducali secretario sal.

i N dies magis atqʒ magis m̄ declaras singularē beniuolētiam tuā: quā et si iampridē noui certissimis documētis: t̄n nō est molestū qđ eaʒ m̄ quotidie assiduis b[enefi]ciis tuis añ oculos ponas. Jtaqʒ habeo tibi atqʒ ago grās imor[ta]lis: qs si alio merito min⁹ possum: fide t̄n et pietate cumulatissimas refero. Tibi igitur ista statue me vnū esse: q̄ ita sim tuus vt

magis eē nemo possit. Reliquū est vt qd de me humanissime ce pisti:pficias apud principē. Nondū eni scio q̄ michi vita tradu= cēda sit:nisi liq̄do cognoro: qui m̄i sint ānui ꝓuētus ɔstituti. Nā hoc pacto pecunias poscere michi etiā ꝑmolestū est. Pretea nō te fugit annū iam p̄terire:posteaq̄ȝ optim⁹ princeps nr̄ qd miruȝ in modū optabam⁹: hui⁹ vrbis potit⁹ est. Quid q̄ȝtūcunq̄ȝ habue rim nosti. Nulli hic michi fundi sūt: nulle p̄uate pecunie. Tantū hr̄e semꝑ cōsueui:quāti principū vel liberalitas vel prudētia me fecerit. Familia m̄i āpla ē:ꝛ qm̄ fortasse qd vulgo faciūt:auariciā nunq̄ȝ didici:nūmoꝝ iopia singular}. Que p̄dia m̄i mediolanēsis resp. p̄mij loco dederat in aureū duo milia:ea ob mutatū ciuitat} statū redierūt ad p̄stinos dn̄os. Ad hec aurei m̄i sexcēti et āplius ex ere publico debebant. Hos ait diu⁹ Ambrosi⁹ q̄ publice mēse p̄erat nūq̄ȝ se solutuꝝ:nisi cogat a pricipe. Itaq̄ȝ ip̄e etiā decoxit Rem tenes. Uale. ex mediolano. xiiij. kal. martias. M. cccc. li.

Franciscus philelfus Petro perleoni salutē.

q Uod vel absentia tua ab vrbe Genua tibi est accusāda vel tabellarij negligētia ex illarū exēplo litteraꝝ quas septimo ydus nouēbres ad te dedi: poteris intelligere. Uidebo qd misisti et amice ꝛ diligēter. Faciāq̄ȝ qd petis. Uale. ex medio lano. xiiij. kal. martias. M. cccc. li.

Frācisсus philel. sal. di. plu. Angelo reatino iurecōsulto.

q Uod de meo negocio cum Ciccho simonetа verba fe= ceris est michi gratissimū:sed eo grati⁹ futurū si breui et vt decet: qd perhumaniter Cicchus est pollicit⁹ cō ficere ipse perrexit. Nullo eni modo recte cōsultū est rebus meis tādiu tempus terere. Annus eni preterit: posteaq̄ȝ optimus prin ceps noster huius florētissime reipublice est potitus: qui quanq̄ȝ munificētissimus in me est:ego tamē adhuc de statu meo incert⁹ sum. Et res mea domestica est adeo attenuata diuturnitate bel lorum et victus caritudine:vt ad tenuitatē accedere nichil quea Nec principis glorie:nec laudi mee conducit esse Philelfum ai egro:qd tādiu sit necesse est quoad egere desierit. Nam egestat nimiā muse abominātur:qua leto esse nō possunt. Uale. ex me diolano. xiiij. kal. martias. M. cccc. li.

Frācisсus philel. Gaspari pisaurēsi medicoq̄ȝ ducali sal

e T si certo scio te mei et honoris ꝛ emolumēti studio sissimū esse: nolui tn̄. existimares qm̄ nichil ad te scr berē: me idcirco in p esentia cōticuisse: qd aureis ill nuper acceptis satis rei mee cōsultū sit. Ego eni (vt ita dixerin

accepi nichil. Nam q̄ michi nūerati sunt numini: iis ego q̄ces alienum cōflarā: nō tā dissolui q̄ leuaui. Quid.n. sitiēti tātalo gutta roris? Expecto singulis horis intelligere: q̄d de re mea statutū firmatumq̄ sit. Nam hoc pacto diutius degere stultū ita iudico: vt nichil dici possit stulti⁹. Video me humanissimo nostro principi et cap esse et piucundū Itaq̄ fac intelligā propediē: q̄d michi faciendum censeas. Vale ex Mediolano. xij. Cal. Martias. M.cccc.li.

Francis. Philelfus Andree alamanno sal.

p Utabam Karolum arretinū rediisse mecū in grām. Ita em̄ Joānes arretinus ei⁹ necessari⁹ tuis verbis michi renūciarat. At Matthias triuian⁹ q̄ ab oppido patrio ad nos rediens istac iter fecit: vir et amic⁹ et p̄bus aliī sentit de hoie q̄tum ex iis potuit intelliger̄: que secū Karolū locutū dicit. Putabam etatē alios mores attulisse. Sed quantum videre videor idem in nos est: q̄ sp̄ fuit. Agat vt libet. Ego is sū: quē et pacis et belli artes egregie calleo q̄uis pace philosophus magis delecter q̄ orator bello. Sed qm̄ dixit Carolus vt idē mihi matthias retulit se inuenisse in nostris scriptis quedā q̄ ipse nō p̄bet: si de iis loquitur: que in eum scripsimus: recte q̄dē nō p̄bat. Quis.n. p̄bet que in suū dedec⁹ scripta sint: etiā si ea merito optimoq̄ iure ī se scripta animaduertit? Qd si circa litteras et disciplinam erratum putat vellem id ostenderet: quo vel me vel seipsum doctiorem efficeret. Nam qd rogatus a Matthia vt quod insimulabat: referret in medium responderit Carolus se non meminisse: non potui id audiens non ridere presertim cū sese memorie ip̄rimis laudari velit. Hec iccirco ad te scripsi: vt Caroli erga nos voluntatē non ignorares. Neq̄ tu igit̄ nec ali⁹ q̄sq̄ possit iure Philelfū accusare: si nō īfert: p̄pulsat iiuriā. Nicodemū aūt nō possum nō mirari qui vt audio: nichil eorum egerit: que princeps iusserat. Vale ex Mediola. xij. Cal. Martias. M.cccc.li.

Frācīscus philelfus Nicodemo tranchedino sal.

m Emini que nup̄ cū Mediolanū reuertisses: mecū de iis locut⁹ es: que noster optim⁹ p̄ceps tibi ī Ethruriā abeūti iusserat. Scio itē ea d̄ re litteras rursus a p̄cipe ad te datas: matthias triuian⁹ familiaris nr̄ ac bon⁹ plane vir cū istac iter faceret repetitur⁹ Mediolanū: locut⁹ ē cū eo viro: qui cū omnis agit̄. Is nichil abs te ait audisse hac de re nec p̄cipis nomine: nec aliter prorsus. Itaq̄ nō possum nō mirari. Scis tibi rē eē cum satyro. Vale ex Mediolano. xij. Cal. Martias. M.cccc.li.

¶ Frā. Phi. sa. pl. di. Ciccho Simonete ducali secretario.

e Go te plurimum rogo at oro vt rem meā iamtandē expedias. Nichil. n. prudēti viro stultiꝰ duci puto q̄ꝫ sibi ac rebus suis nescire cōsulere. Nec em̄ michi semꝑ pēdendū est. Ita eēvt sum: neqꝫ principi conducit: nec michi. Vale ex Mediolano. xij. Cal. Martias. M. cccc. li.

¶ Franciscus philelfus Jacobo camerinati sal.

i Llis. M. Tullij Ciceronis orōnibus quas a me cōmodato accepisti: vt iā cupio. Itaqꝫ eas veli ꝓpediē ad me des. Nā iādiu tuo hospitio vse sunt quare facito domū repetant. Vereor em̄ ne dn̄m sint oblite. Qd̄ si tardarit: extrude. Vale ex Medio. xij. kal. martias. M. cccc. li.

¶ Frācis. philel. Blondo Flauio apl̄ico secretario sal.

g Audeo qd̄ scribis te meas añuertisse l̄ras: et si tue q̄ꝫtū video ītelligere: vtunł adhuc īcessu testudineo Nondū em̄ aduentarūt. Quare vide ne fides infido illo nuncio desideranda sit. Qd̄ aūt de statu meo certior fieri vis: hic me princeps singulari beniuolentia est complexus: cumulatqꝫ quotidie maioribus beneficiis. Hieronymus gener reliquaqꝫ familia nr̄a bene habet. De Strabone nichil est qd̄ laboremus. Amicus. n. ille eum habere se ꝑnegat Istic ē apd̄ Aurispam eiusmōi Strabo geographus: et vt audiui: apd̄ Garinum si quē hēre potes: cōmodato mitte ad me: et ad triduū vsqꝫ faciā qd̄ cupis. Te nostro pricipi q̄ꝫdiligētissime cōmendaui: q̄ tum iucūdissime de te audiuit tum rn̄di ꝑhumaniter et perbenigne. Vellem qd̄ scribis vno essemus atqꝫ eodē loco: quo alł altero frui assidue possemus. Nā cū studioꝝ et morum sil̄itudo tū cōsilioꝝ cōicatio et cōuictus assiduusqꝫ vsus amicitiā maxie nō tueł solum: sed auget et suauiorē efficit. Qd̄ te tantisper ad agriculturam contuleris: dum ver adolescere incipiat: laudo: modo pyri iste quas inseris: et consitiones vitium vberrimum fructū aliquē breui sint allature. Cū italiā tuam omī ex parte exornaris: fac videā. Vale ex Mediola. iiij. kal. Martias. M. cccc. li.

¶ Frāciscus philel. sal. di. pl. Sphortie secundo.

p Ollicitꝰ es nō mō nō petenti michi sed ne cogitāti q̄dē te dono datuꝝ nescio q̄d. Itaqꝫ noli te falli opiniōe tu[a] vt intelligas nichil eē michi redditū tuo noīe nec itē alt[e]rius cuiusq̄ꝫ in hanc diem. Quare facito: ne vel obliuionis accus[e]ris vel negligētie. Nā vtrūqꝫ crimē tua preclara īdole ē indignun[m]. Vale ex Mediolano. v. idus martias. M. cccc. li.

¶ Frãciscus philelfus Laurentio Gyni filio sal.

f Gauis et perhumanas litteras ad me tuas incredibili cũ voluptate perlegi. Erant enĩ cum ornatissime: tum plene summi amoris erga me tui. Quod aũt florẽtissime tue reip. noĩe me inuitas: ac veluti reuocas in patriã: vix dici queat q̃tam ex ista ingenti benignitate vestra leticiam gaudiũq; susceperim. Quid enĩ michi vel iucũdius cõtingere vel optatius potuisset q̃ facultatẽ offerri ad vos redeundi: presertim cũ dignitate et commodo. Sunt sane nõnulle respu. in ytalia: quibus pro suis de me ãplissimis meritis debent plurimũ: sed quam magis vel amẽ vel obseruẽ q̃ inclitã Senẽsium rempu. nulla est. Nam vt honores omittã atq; emolumẽta: quibus mecũ istic aderam: pulcherrime affecistis: video vos Senẽses ea grauitate et prudẽtia ceteris hominib[9] antecellere: quã et laudare oĩs et admirari debeãt. Quo fit vt multo ante q̃ futura sint: prospiciẽtes et consulentes in rem q̃optime: pacatissime semp honorificẽtissimeq; viuatis. Sit isq; nõ tam molesti q̃ venerabiles oĩbus. Idq; assidue prestatis: vt et boni vos ament: et mali etiã ipsi nõ minus vereãtur q̃ metuant. Ut enĩ vetera omittã: quãta modo cũ sapientia q̃q; moderate e medio sustulistis plũbini periculũ. Nam cũ potentissimi fere oẽs ytalie principatus illius pulcherrimi munitissimiq; oppidi cupidine arderent: soli vos estis inuenti qui et illi qđ iam seruiebat: pristinã libertatẽ peperistis: et vobis perpetuũ ocium confirmastis. Non enĩ sine vestro non mediocri incõmodo perire Plumbinũ potuisset. Hoc aũt apud vos facit ciuilis cõcordia quã vt perpetuo nõ tueamini solũ: sed indies magis atq; magis ãplificetis vos vniuersos ciuis sapiẽtissimos rogo atq; oro. Nemo profecto vobis obesse possit: si vna semper nobiscũ sentiatis. Quod vero eodem publico humanissimoq; consensu me ad vos tanq̃ in patriam meã michiq; carissimã accersatis: maiorẽ in modũ et letor et gaudeo. Ut autẽ ipse tu dulcissime Laurenti intelligas nõ ingrato homini officiũ prestari Xenophõ filius michi dilectissim[9] te adibit: qui meo noĩe et loquet omnia et cõponet. Nam vt ipse mea est caro: ita secũ defert mentẽ oẽm et animũ meum. Tu me prestãtissimis reipu. principibus vnice commenda: atq; amicos omnis saluere iube. Uale. ex mediolano pridie kal.

¶ Frãciscus philelfus Francisco patricio sal.

e X litteris Xenophõtis filij liquido cognoui quod minime dubitabã singularem erga me tuã beniuolentiã. Letor aũt vehemẽter quod vetus illa de te mea me nequaq̃ fe-

fellit opinio. Itaq3 vt itelligas me vi amoris nō vinci abs te: decreui omnino ad vos redire: modo equa id conditione fieri a me possit. Cuū igitur munus fuerit: vt qd cepisti sponte: id etiā mea causa perficias. Xenophon reliqua tecum commētabitur. Ego patrē tuum grauissimū et optimū virum bene valere opto. Uale ex mediolano pridie kal. apriles. M.cccc.li.

¶ Frācíscus phi. Antonio michaeli eqti aurato sal.

g Audeo equidē plurimū qd non solū in rei pecuniarie: sed in amicoꝝ etiam hereditatez succedere institueris patri tuo clarissimo et sapiētissimo viro: qui cū michi tanta familiaritas beniuolentiaq3 fuit: vt maior cuiq3 esse posset cū nemine Nam filius Xenophon litteris michi significauit quanto studio ac fide operā das: vt me corā perpetuo vti atq3 frui possis: imitatusq3 humanissimū patris ingeniū eque me diligis atq3 ille consueuit. Itaq3 tibi gratias habeo maximas. Ut aūt intelligas me tibi in amore nulla ex parte cedere Xenophon filius q3 ego decreuerim ire in sententiam tuā: tibi coram exponet. Uale. ex mediolano pridie kal. apriles. M.cccc.li.

¶ Franciscus philelfus Bernardo Justiniano sal.

q Uotiēs accipio tuas litteras: totiens Leonardū meū patrē tuum vel potius nostrum clarissimū et prestanti sapiētia virum videor coram aspicere: eundēq3 mutuo et audire ꝛ alloqui. Que quidē res cum summā michi afferat voluptatem facile debes intelligere q3 michi molestū sit: cum etiā bis et iterū inuitatus interdum nichil respondes. Ad resurrectionē christianam id quod hortaris: te visere institui: modo id michi facere liceat per principē. Quare qd facto fuerit opus corā vna cōmentabimur. Uale. ex mediolano pridie kal. apriles. M.cccc.li.

¶ Franciscus philelfus Enico daualo equiti aurato salutem.

d Electarunt me profecto littere tue in maiorē modum. Erant enī non soluz scripte disertissime: sed certissime testes amoris illius mirifici erga me tui: quez iam tot annos dilucidius luce perspexi. Itaq3 habeo tibi gratias immortalis: quod nō modo ipse me singulari beniuolētia complecteris sed omni ope atq3 opera niteris: efficisq3 vt isti quoq3 splendidissimo regum lumini ac syderi Alphonso regi munere tuo sim carissimus. Nam qd tam perhumaniter tamq3 pbenigne me īuitet ad se vt eam nō obscure ostendit: quā de me sibi opinionē feceris At cauendū est mi Enice: ne tantuz mea causa onus suscipias

vt id sustinere tuerique nō possis. Facit enim persepe amor vt que in amicis vel minima sunt simulacra virtutis: vel maxima videā tur. Quare moderate oīa de amico et predicāda sunt ꝛ sentiēda. Nam neque temere nec inepte amorem cecum finxit antiquitas. Fallit enī hominū iudicia: quippe q̄ quod inesse in amico optat: id quasi insit: tum palam predicare: tum audacter recipere cuique non veretur. Sed vtcunque de me res habet ne ignores te homini nō ingrato beneficiū prestitisse: si michi per meū humanissimū principē licuerit: corā tibi ostendā breui nichil esse apud me anti quius beniuolētia tua. Tu me interī diuo Alphonso cōmēdato. Vale. ex mediolano. v. kal. iunias. M. cccc. li.

Franciscus philelfus Petro thomasio philosopho medicoque salutem.

Iam mēses prope duo preteriere: posteaq̄ nulle michi tue littere sunt reddite. Itaque sum miratus et tuum ꝛ Bernardi Iustiniani silentiū. Si michi quicq̄ facturus qđ gaudeā maxime: cura vt propediē litteras tuas q̄longissimas lectitē. Vale. ex mediolano. v. kal. iunias. M. cccc. li.

Frācisus philelfus Xenophonti filio sal.

Quod Senenses reditum ad se meum vehementer cupiunt gaudeo. Omniū primum tibi videndū est: quāti faciant meum reditum: vt intelligas me nulla conditione Senā repetiturum: nisi duplo maius michi salarium eo constituerint: quod antea prestitissent. Vale. ex mediolano. iiij. kalen. iunias. M. cccc. li.

Frācisus philelfus Enico daualo equiti aurato sal.

Quantam michi voluptatē attulerit tua illa pergrauis disertissimaque epistola: quā nudiusquartus a te accepi et si debes aliis litteris meis intellexisse: tamē quia fit interdū vt littere nō reddātur: idcirco eadem rursum ab me significatum iri existimaui. Quanti ego semper fecerim beniuolentiā tuam: iam totos annos duodecim cognosti. Itaque amabā te atque colebā plurimū solo egregie virtutis tue interuētu. Aliud beneficium intercesserat nichil. Nunc autē cum video quāta me benignitate prosequeris: potes facile coniectare: quātus cumulus accesserit ad obseruantiā erga te meā: nichil est profecto qđ magis cupiam q̄ id prestare: vt q̄ dilucidissime perspicias me vnū esse semperque futurum quo de vno ea tibi possis omnia polliceri: que de gratissimo et obseruantissimo homine expectari conueniat. Aduentum autem meum ad Alphonsum Regem maturabo:

simul atq3 librarius satyrarũ codicem quẽ cepit exscripserit. Tu me interim et regi commenda ⁊ tibi. Uale. ex mediolano. iij. kal. iunias. M.cccc.li.

¶ Frãciscus philelfus Nicolao cebe sal.

l Audo diligẽtiam tuã qui fugitiua nostra illa cõuiuia reuocaris ad dñm. Reliquũ est vt ea domũ repetere ꝑpediẽ cures. Uerũ id tuto ac sedulo Johãnes Mari⁹ filius instituit ad nos redire. Itaq3 rogo te maiorẽ in modũ quo id cõmode filius facere possit: cures meo noĩe apud vrbis prefectũ grauissimum et humanissimũ virum Nicolaum fregosum mei (vt nosti) iustis de causis amãtissimũ: vt publice fidei littere ad illu3 dẽtur: quibus ei cũ vxore ⁊ filiis ac rebus et cũ sociis sex q̃tutissime facere iter liceat per Genuẽsium locos: seu Sagona iter sit habiturus siue quacunq3 decreuerit. Nolim enĩ quoniã versatus est in eorũ oppidis: quos vestra respu. ducit in hostibus: quicq̃ ei manare inde posset incõmodi. Littere aũt mittende sunt opera tua millesimũ q̃ocissime: quod vt facias: te etiam atq3 etiam rogo. Uale. ex mediolano. vi. ydus iunias. M.cccc.li.

¶ Frãciscus philelfus Enico dauolo equiti aurato salutem.

c Epit Mediolani adeo pestilentia incrudescere: vt nõ possim michi non metuere. Itaq3 nichil est qđ omittã ad parandum iter ad te: modo librarius nõ me fallat ad secundũ vsq3 mensem aut paulo amplius te videbo. Uale. ex mediolano iij. ydus iunias. M.cccc.li.

¶ Frãciscus philelfus Andree alamãno sal.

h Esternis litteris tuis quas michi reddidit frater tuus qui Mediolani questorẽ gerit eo sum magis delectatus quo minus iam expectate se michi q̃ suauissime obtulerunt. Nam cum tandiu distulisses officiũ tuum: putabã tibi iusto aliquo impedimẽto nõ licere quod velles. Itaq3 in eam plane sententiã eram adductus: vt crederem te nichil omnino responsurũ Uerum tu elephãtorum more eo conceptũ partum diutius ferre animo voluisti: quo cum extulisses in lucem: foret is diuturnior. Fuit epistola tua non diserta solũ: sed erudita et docta. Nam qđ nusq̃ totum de philosophoꝝ disciplinis apud vnũ aliquẽ inuenias: nõ grecũ: nõ latinu3: nõ gentilẽ: non christianũ philosophũ id nõ tibi modo: sed omnib⁹ quoq3 mediocriter eruditis notissimum predices: et id quidem contra socratis institutũ qui scire se nichil diceret: facile declaras vel magnitudinẽ vel fiduciã fecun-

dissimi ingenij tui: qui etiã que maxima sunt de virtute ac felicitate minima iudices. Defensio vero tua et si est acuta & psubtilis vna michi ratione pbatur magis ꝙ te antea nõ serio: sed ioco ad me scripsisse profiteris. Miror autem si ioco locutus es: quid me serio tibi respondisse arbitreris. Quare velim ita verba mea interpreteris: vt michi tua cupis interpretanda. Nam vt inquit ille Dauus sum: nõ edippus. Uale: & economica mitte. Ex mediolano. iij. ydus iunias. M. cccc. li.

Frãciscus philelfus Mariano sacerdoti sal.

q Uid in causa fuerit: vt posteaꝗ hinc abiisti: nichil de his respõderis: que tue fidei pro amicitia nostra mandaram: nõ prius intelligã ꝗ ipse tu me feceris tuis litteris certiorem. Quare si me nunc quoqꝫ diligis vt antea consueuisti: a te peto ne me longius teneas desiderio tuarum litterarũ. Uale. ex mediolano pridie ydus iunias. M. cccc. li.

Frãciscus philelfus Antonio panhormite sal.

s I qua in te Xenophonti filio fuerit opus tua opa: scio te nichil eorũ pretermissurũ oĩm que mea ĩteresse cognoris. Quis enĩ est cui ꝗ tibi carior esse debeã? Nam ego te nõ secus diligo amoqꝫ ex animo ac fratrẽ: id quod tibi nisi ex omni parte est cognitũ: quid esse cognitũ possit nõ intelligo. Uale cũ pudicissima vxore tua pulcherrimaqꝫ filiola. Ex mediolano pridie ydus iunias. M. cccc. li.

Frãciscus philelfus Enico daualo eqti aurato sal.

x Enophon filius ad te venit: ex quo mentẽ meã omnẽ intelliges. Quare quicqd tibi noĩe meo exposuerit: ita accipe ac si me corã loquentẽ audires. Uerba enĩ filij patris sunt oĩa. Itaqꝫ me totũ in Xenophõte apud te esse existimato. Te aũt rogo vt idẽ in me sis q fuisti semp: hoc est et facilis & human9: et ꝗtum ad regẽ attinet pbenignus. Reliqua ex ipso Xenophonte cognosces. Uale. ex mediolano pdie ydus iunias. M. cccc. li.

Frãciscus phi. sal. di. plu. Francisco barbaro.

q Uerenti michi litteras ad te dare: quas lectur9 libẽter fores: nullũ sane cõsentaneuꝫ musis occurrebat argumentũ. Nam quid aliud Philelfus dignius scribat ad barbarũ ꝗ de humanitatis studiis? Ad hec scꝫ apud nos sordẽt. De rebus vero bellicis quas video quotidie impendere ardentioris: nõ est mei muneris quicꝗ obstrepere. Quod aũt acceperĩ te ex pedib9 laborare: nõ potest michi pro nostra summa beniuolẽtia non esse permolestũ. Es enim indignus qui quicꝗ patiaris quod nolis:

presertim cum sis vita cōtinentissima: ni fortassis iste sit morbus ab vsq3 maioribus tuis hereditarius. Nam podagra vt Hippocratis sentētia est: fit ex eo sāguine quē bilis ac pituita corruperit et id quidē in venis gracillimis: quibus corpus vt pernecessariis carere nullo pacto potest. At ipse tu nulli es bili obnoxius: qui vnus omniū sis moderatissimis moribus: sed ne pituite quidem qui nulla sis nec ingenij nec corporis crassitudine. Quare cum istiusmodi offensio a parētib9 in te insit: fer equo aīo hereditatē. Vale. ex mediolano pridie ydus iunias. M.cccc.li.

¶ Frācíscus philelfus Petro thomasio philosopho medicoq3 salutem.

e Binis litteris tuis alias accepi: quas ydibus aprilib9 ad me dedisti. Naz priores quas meministi ex Varone nōdum reddite michi sunt. Vix autē dici queat quāta in his legendis voluptate perfusus sum. Videre eni te corā atq3 tecum loqui michi sum visus. Nam quāq3 sciebam me ex animo tuo minime excidisse: non poterā tamen nō subdubitare: ne quid tibi quod nollem accidisset. Nunc vero et hac me suspitione opportune liberasti: et q̄d in causa fuerit silentij tui ostendisti. Nam quod ego ad Alphonsum regem nō ierim: vt scripserā: principis inhibitio efficit. Cuius iussis me parere necesse est vel inuitum: quāq3 nichil est quod nolim quo ad hunc velle sentio. Abfui aūt Mediolani / Cremone primū: deinde Tycini tandiu agens: quo ad mediolani pestilētia deseruerit. Peto autē abs te: vt posteaq3 superiores littere tue ad me nō peruenerunt: iterum me si tibi visum fuerit: cur autem minus videatur? Nichil eni frustra ad me scribere vnq3 soles: iterum me inquā de his omnibus certiorem facias: que antea ex tua et Bernardi Justiniani sententia significas te scripsisse. Ego res ytalicas versu heroico sum aggressus presertim eas que Sphortiane laudis intersunt. Jtaq3 poeseos huius inscriptio est Sphortias. Jn libros vigintiquattuor vniuersa materia distributa est. Jta enim michi scribēdum occurrit: ni dies sententiam mutarit. Primū librum absoluimus. Nunc secundum elucubramus. Queram ex te aliquo ad veritatis argumentum si tibi id facere licuerit. Nolim enim errore duci quod faciat oportet qui rumoribus credit. Audio barbarum in podagram incidisse id quod doleo vehementer. At proderit fortassis ad redeūdum cum musis in gratiam. Vale. ex mediolano pridie ydus iunias. M.cccc.li.

¶ Francíscus philelfus Saxolo pratensi sal.

q Uanq̄ hoc tempore michi ocij nichil erat: ne tñ mea taciturnitas tibi molesta esset: respondi ad ea paucis: que petieras. Cercopes duo fuere: quorū nomina Eschines Sardianus in iambis scripsisse traditus. Nam alter Andulus dictus est: alter Atlantur. Hos autē deceptores mēdicisq̄ extitisse apud Eschinē atheniēsem in legatione patet: quos etiā Anaxagoras venādorum simiorū gratia in eas insulas traiecisse narrat: que a simiorū nomine qui pithecī appellātur: vocate sunt pithecine. cercops preterea et iocosum significat. & est eorum simiorū species: quibus caude sunt longiores. Quod autem petis idem ne significet certe nequaq̄ idem. Nam quod scribitur sine vita volo significat. Sed si scribatur cum significat potes id quod ex vsu legendi nō obscure aīaduertes. De anno autē proscenio apud Plautum: textus ille corruptus est. Nannio enim scribi oportet. Fuit autem Nanniū illustris meretrix: quā et hyperides contra Patrocleū & Apollodorus in his que scripsit de meretricibus: hoc est capram (vt scis) nominatā scribūt ea scȝ ratione: qd tabernarium quendā Callum nomine: id quod virgultū significat: excederet. Uirgultis enī capre plurimū delectantur. Antiphanes vero iunior in iis que de meretricibus reliquit scripta Nanniū dicit vocatā esse cognomine proscenium: quoniā extrinsecus formosissima videretur instar prosceniorum theatraliū. Recte igitur Plautus vituperationib⁹ occurrēs ostēdit se primum nō esse: qui tragediā admiscuerit comedie: cum in Nannio proscenio idem antea fuerit factitatū ab alio poeta: q̄squis tandē ille fuerit vt patet ex ipsis verbis q̄ tangūtur in textu. Qui vero ille fuisset: certi habeo nichil. Uaticinari autē nolim. Uale. ex mediolano pridie ydus iunias. M.cccc.li.

Frācisc⁹ philelfus sal. di. plu. Nicolao arcimboldo ducali senatori ac iureconsulto.

n I tibi viro ītegerrimo et eruditissimo homini: & cum rerū meaꝝ omniū: tum meiipsius imprimis studioso gratificer omnia que prestari a me queant: sim plane ingratus. Faciā igitur quod tantopere efflagitas: et id quidē nō libenter minus q̄ diligenter. Ceterum nosti occupationes meas quibus si voluntatē meam cōparaueris: haud me cunctationis accusabis. Studebo tamen: annitarq̄ manibus ac pedibus: vt aiunt: vt diligentia omnē superet necessitatē. Uale. mediolani ex edibus nostris ydibus iuniis. M.cccc.li.

❡ Franciscus philelfus Donato actiolo salutē.

a Ccepi esse apud vos quosdam priscos de arte grāma tica libros: quorū velim nomina ad me scribas. Nam quibus hoc tempore in publicis ludis greci vtuntur libris: pleni sunt ineptiarū ac plane tales: vt ad dediscendū sint ꝙ ad discendum longe magis accommodati. Tu fac quod peto: ac Vale. ex mediolano ydibus iuniis. M.cccc.li.

❡ Franciscus philelfus Catoni sacco equiti aurato ac iurecōsulto salutē.

a Iunt te mi Cato factū auariusculū: qđ plurimū miror Nam cui parcis pecunias tuas: q̄ libros ne gigneres: vxorez mathusalē tibi matrimonio iunxisti? Fratrine? At ille est longe te stultior: q̄ a tuo ꝓspectu nō secus fugit ꝙ si basiliscū intuereť. Num te podagra idcirco in auariciā agit qđ me tuas fore: ne si leges docere ꝛ ius ciuile cogaris deserere: ad pauperiē pristinā redigare: quasi tibi nō ꝓpterea iunxeris locupletē anū vxorē quod nūmos liberis ꝓtuleris. Viue igitur vt cōsuesti liberaliť: neqꝫ tibi pauperies metui sit. Nullus enim vehemētior dolor vacat febre que vna te breui (ni sapias) omni exuet cura. Vale. ex mediolano ydibus iuniis. M.cccc.li.

❡ Frāciscus philelfus Andree alamāno sal.

d Emetrius sguropulus istac iter factur⁹ in vrbē romā petiit a me: vt se tibi ꝑ litteras cōmendarez. Qđ michi tam facile est ꝙ qđ facillimū. Modo ītelligas eū esse Demetriū qui cū grauitate ac vero nichil habuerit cōmune vnqꝫ. Ex librario nō inepto ꝙtum ad formā litteraꝝ attinet: vult videri philosophus id qđ ex ornatu capitis lōgioreqꝫ pallio tibi facile fuerit iudicare. Nam neqꝫ vite institutis neqꝫ doctrina vlla phi quicqꝫ sapit. Verū lingua est et celeri ꝛ expedita et suaui: vt grecoꝝ nemini cedat. Voce quoqꝫ et clara ꝛ sonora. Rem omnē tenes. Ita tibi omnē cōmendo vt illi adsis et tecū habites. Vale. ex mediolano ydibus iuniis. M.cccc.li.

❡ Frāciscus philelfus salutē dicit plurimā Benedicto nursino pho ac medico ducali.

n On esse possum sine permagna sollicitudine animi ac modestia ob hunc pestilentie morbū: quo vniuersa correpta ciuitas in assiduis inumerabilibusqꝫ funeribus et dies consumit ꝛ noctis. Neqꝫ satis scio quid consilij capiam. Nam sine liberis vniuersaqꝫ familia hinc decedere ꝛ inhumanū sit et dedecorosum oio. Diutius vero versari inter tot ac tantos

ineuitabilium sagittarum ictus est hominis non minus dissoluti q̄ insipientis planeq̄ insani. Preterea et quo sim profecturus et quo pacto qui et pecuniis careā ⁊ ab omni fortassis vrbe metu contagionis excludar? Peto igitur a te mi Benedicte: vt tuis me prudētissimis consiliis adiuues. Uale. ex mediolano ydibus Juniis. M.cccc.li.

¶ Frācis cus philelfus Angelo aretino iureconsulto salutem.

e T princeps abest Mediolano: et pestifer hic morbus īcrudescit indies magis atq̄ mag[is]. Nec michi integrū est maneā ne an abeā: ita sum et aīo perturbato ⁊ consilij egens: in tanta p̄sertim rerū meaꝝ omniū difficultate ⁊ inopia. Accedit item ad malū: q̄d edicto principis cautū audio: ne quis Mediolano decedens in loca alia admittat eius ditioni subiecta. Rogo te maiorē in modū michi faciunda vt q̄primū consulas. Uale. ex mediolano ydibus iuniis. M.cccc.li.

¶ Frāciscus philelfus salutē dicit plurimā Cicchо simonete.

d Eus his vel mortuis sit iratus: q̄ primi auro et argēto preciū statuerunt: vt qui caret alterutro inutilis (vt ita dixerim) habeat. Quod nunc michi video accidisse. Quāto n̄ sor: in periculo atq̄ discrimine inter hec pestilentie iacula: tute vel reticente me aīaduertis. Si michi adessent pecunie: permultos haberem fautores et salutis ⁊ dignitatis mee. Sed q̄m illis careo: preter te vnum virū optimuꝫ et hominū michi amicissimū ceteri omnes: alij negligunt: alij contemnunt. Nec tamen tibi persuadeas: volo me frangi animo: aut aliud quicq̄ humilius de me sapere. Quin eorum potius misereor qui in hominis figura vitam pecudis representant. Uelim tamen pro nostra amicitia michi consulas: que sit tua de rebus meis sententia. Nam nec diutius michi agere licet Mediolani propter inualescentem indies magis atq̄ incrudescentem pestilentie vim et efferatam rabiem nec alio secedere indigenti pecuniarum. Littere enim ducales nichil omnino michi profuerunt apud hos ediles: hoc est prouētuum ducaliū magistros quos vocant. Ni metuerē fore vt offendam principis voluntatē abirem extra hanc galliā cisalpinā tutioris in locos. Uale: ⁊ principem hortare vt meminerit mei. Ex mediolano ydibus iuniis. M.cccc.li.

¶ Frāciscus philelfus Jacobo bracello et Gotthardo salutem.

x Enophon filius q̇ hasce litteras vobis reddidit coraꝫ exponet: qua m̄i in re vestra opa opus sit. Non aūt sum ignar⁹ gratissimū vobis esse me vestra opera vti velle presertim in re lr̄aria. Nam Johānes marius filius cupit ire ad me qđ vt cōmodius possit et tutius facere: idcirco publice fidei lr̄ās petit: qm̄ in eorū oppidis est versatus iam menses duos: quos vr̄a respu. ducit in hostib⁹. Reliqua ex ipso Xenophōte cognoscetis Uale. ex mediolano ydibus iuniis. M. cccc. li.

Frācisċus philelfus Nicolao cebe salutē.

r Espondi nudiustertiꝰ tuis lr̄is. Itaqꝫ in p̄sentia breuitate sum vsus: p̄sertim qđ Xenophon filius istuc iret q̇ tecū meo noīe verba factur⁹ esset. Uenit eni vt Johānem mariū fratrē comiteř mediolanū huic velim mea illa cōuiuia ad me des Uale. ex mediolano ydibus iuniis. M. cccc. li.

p Uto audiuisse te instituisse Johannē Marium filium ad nos reditū facere. Quare petiit p litteras vt Xenophonta Genuā qua iter facturus est q̄ꝫprimū mitterē: quo se comiteř mediolanū. Reliqua Xenophon ipse filius meis verbis tibi coram narrabit. Ego Arrhianum vehemēter cupio. Uale. ex mediolano ydibus iuniis. M. cccc. li.

Frācisċus philelfus Petro thomasio philosopho ac medico salutem.

c Um ceteris in rebus me tue proxime littere plurimuꝫ delectarunt: tum eo me nō mediocriter perturbarunt: qđ publice fidei litteras significabas iam supra scđm mēsem missas ad me a Bernardo Justiniano viro patricio et m̄i amicissimo. Fatebor tibi īgenue q̇ ante fuit opinio mea. Institueram (vt scis) ad resurrectionē christianā ire ad vos. Itaqꝫ me pararā quotidie litteras vestras auidissime expectās. Sed vbi aduenit constituta dies: nec ego ex te: nec ex alio quoqꝫ amicoꝝ video quicq̄ꝫ epistolarū: cepi mecum vehemēter stomachari atqꝫ irasci michimet: qui omnino frustra amarē. Itaqꝫ decreuerā nihil post hac amplius ad vos scribere. Sicqꝫ distuli cōpusculum tēporis (vt nosti) deinde cū refrixisset excādescētia et amicitie vis rursus concaluisset: non potui me continere quin aliquid tecum obstreperem. Nunc re quam scribis diligenter considerata: quid iudicaturus sim nescio. Unum autem cupio vt me facias q̄ꝫprimum certiorem: quinā ille fuerit cui Bernardus litteras ad me dedit. Reliquū est vt alie parētur publice fidei littere: quibus tempus duoꝝ mensiū sit prefixum: atqꝫ incipiat ad. xvij. kal'. septembres.

Ad id enim tēporis institui proculdubio vos visere: id qđ me tu to facturum volo: at noli: michi obesse possit: quod iandiu in his sum: quibus cū tam dura bella gessistis. Sum autē iturus ad Alphōsum regē. Quare diuertā ex eo ad vos itinere. Uale ex Mediolano. x. kal. iulias. M. cccc. li.

¶ Franciscus philelfus Aenico daualo sal. plu. di.

s Um certior factus a Gabriele mirabili: qui modo istinc Mediolanū orator rediit dedisse te sibi alias ad me litteras circiter kal. februarias: quas ego vidi nusq̃. Ne alie oīno vlle ex te michi reddite sunt littere: preter eas quas ex puteolis ad xvij. kal. maias ad me dedisti. Itaq̃ nichil tibi mirandū ē: si nullū a me respōsum accepisti. Nā q̄d scripseras: scire nō potui. Ad primas autē respōdi. Nūc autē habeo noui nichil. Satyrarum codex assidue excribit. Si p̄us nequiuero: ad augustū saltē iter omnino ad vos capiā. Ante id tēporis nullo pacto licet. Uale ex Mediolano. x. kal. iulias. M. cccc. li.

¶ Franciscus philelfus Bartholomeo parmensi equiti aurato sal.

e Am michi beniuolentiā ad aprilē ostēdisti: vt videar michi de te posse omnia polliceri. Quare cum princeps noster pecunias michi in presentia dādas decreuisset: Xenophōta filiū ad te misi: quē vt q̄primū expediri cures: te etiam atq̃ etiā rogo. Erit h̄ michi tā gratum q̄ quod omniū maxime. Noui modestiā et humanitatē tuā. Scio moleste te laturū: si pluribus verbis abs te petā: quod tua spōte factur⁹ sis. Uale ex Mediolano. iiij. Cal. iulias. M. cccc. li.

¶ Franciscus philelfus Catoni Sacco iurisconsulto et equiti aurato salutem.

x Enophon filius coram tibi exponet: quid fieri abs te velim. Tu autem facies scio: quod semper consuesti: et amice et recte. Ego ad augustum sum ad alphonsum regem iter facturus ab eodem scilicet inuitatus. Reliqua ex ipso Xenophonte cognosces. Uale ex Mediolano. iiij. Calen. iulias M. cccc. li.

¶ Franciscus philel. Aenico daualo equiti aurato sal.

q Uod mō. x. Cal. iulias ad te scripsi: hic ad vos iter capiā ad primū sextilē. Interea vero tēporis satyrarum codex quē regi dono datur⁹ sum luculētissime exarat Tuveli operā des vt regie familiaritatis littere quarum comitatu inter proficiscēdum vtar q̄primum eant ad me. Audio istic esse Uenetorum ora-

torem: cui⁹ tu hac i re opa vti poteris:ea scilicet:vt istiusmodi litteras ad egregiũ medicũ Petrũ Thomasiũ qui Venetiis agit ꝛ michi est familiarissim⁹ ꝙ diligẽtissime pferendas curet. Is em̃ ẽ a me iã cõmonefactus :vt eas litteras cũ primũ acceperit: mittat ad me. Tu me interea diuo Alphonso tibiqꝫ commenda. Vale ex Mediolano pridie kal'. iulias. M. cccc.li.

Franciscus philelfus Ciccho Simonete sal. di. plu.

t Ernis litteris meis eẽ debes certior fact⁹:me neqꝫ Papie:neqꝫ Mediolani rẽ pecuniariam quã decreuit princeps:cõsequi potuisse. Nã et Papienses ꝛ Mediolanẽses magistrat⁹ nullas sibi pecunias eẽ responderũt. Id autẽ quãto michi incommodo sit:vel me reticẽte cognoscis. Itaqꝫ tue erit hũanitatis ita ad hos Mediolanẽses scribere vt itelligant se sua falli oportere opinione:qui volũt se plus posse ꝙ principẽ. Vale ex Mediolano pridie kal'. iulias. M. cccc.li.

Franciscus philel. Petro Thomasio medico sal. di.

i Am quartũ ad te scripserã:posteaꝙ nulle michi reddite sũt littere tue. Postea vero nichil accidit: qđ tua infesse arbitrarer pret icredibile desideriũ meũ visendi tui : quod indies magis magisqꝫ augescit. Hoc autẽ me leuare tui ẽ officij. Vale ex Mediolano. xv. kalen. Augustas. M. cccc.li.

Franciscus philelfus Aenico daualo equiti aurato sal.

a Ppropinquat iã augustus:quod ad tempus me advos venturum antea scripseram. Satyrarum codex festinat ad calcem. Ego litteras regias: quib⁹ de antea ad te scripsi :vehementer expecto. Vale ex Mediolano. xv. kalen. augustas. M. cccc.li.

Franciscus philelfus Petro perleoni sal.

q Vesiui diligẽter:vt tibi quem cupis laboris socium aliquem inuenirem. Nemo hic est in presentia qui istiusmodi prouinciam velit. Nec tamen dubito fore vt cum melius res hic habuerint:non se aliquis offerat: quem ad te mittam Interim cura vt valeas cum sponsa:et ad me Arrhianum historicum ꝙprimum des. Ad hec velim dicas Nicolao cebe homini amicissimo verbis meis :vt curet si me amat: mea ad me conuiuia propediem dare. Cupio enim illa mecum ferre in hoc meo ad Alphonsum regem itinere. Si alius fidus nuncius non occurrerit:saltem tabellarius mercatorum deesse nõ possit: cui quicquid nummoꝝ promiserit:ipe libenter dissoluã. Vale ex Mediolano. v. kalen. augustas. M. cccc.li.

¶ Fräciscus philelfus Petro thomasio medico sal.

n On possuz nõ subdubitare factũ esse: vt tot quas ad te dedi litteras ĩtercepte sint: qñquidẽ iam sextũ scripserim posteaq̃ nulla michi oĩo vel pbreuis epistola tua reddita est Deus inīceptoribus malefaciat q̃ me priuãt iucũdissimo fructu smonis tui: q̃ michi oĩ melle est suauior. Itaq̃ velim cures vt oĩ rõe atq̃ arte fallẽtis fallas ac me expleas desiderio litterarum tuarum Vale. ex mediolano. vij. ydus augustas. M.cccc.li.

¶ Fräciscus philelfus Petro thomasio medico sal.

a D septimũ ydus augustas cum iam meas litteras obsignassem: bine michi tue reddite sunt quibus diligentissime perlectis: respondi etiam tunc tibi quantum opus fuit. Nunc autem abs te peto atq̃ contendo: ac si pateris etiam atq̃ etiam te rogo vt omni cura et diligentia operam des: vt que mea scis interesse q̃primum conficias: hoc michi nec gratius facere potes: nec necessarium magis. Vale. ex mediolano. xviij. kalen. septembres. M.cccc.li.

¶ Fräciscus philelfus Johãni Mario filio sal.

n E frustra ad nos eas: hoc die Mediolanũ egredimur petituri Cremonam. vbi tandiu futuri sumus quoad hec pestilẽtialis morbi procella conquieuerit. Vale. ex mediolano. v. ydus septembres. M.cccc.li.

¶ Fräciscus philelfus Johãni Mario filio sal.

c Um hesterno vesperi Cremonã venissemus: essemusq̃ excepti minime inhumanit: hodie ex vrbe eiecti sumus in causa hoc fuit. Erat michi serua mercẽnaria ex familia nõ ignobili aliprãda: nomine Antonia: et ea quidẽ puella nõ inuerecunda. Hanc reliqueramus in cymba vna cum Maria nutrice tua: vt tantisper res nostras asseruarẽt: dum edes concederemus Nam cum Xenophõte sororibusq̃ tuis ac genero apud honestũ cauponã interim diuerteramus. Dum post paratas edes hodie cymbã repeto: quo et res et mulierculas agerem ad edes: offendo Antoniã subita pestilentie vi correptã animam efflasse positãq̃ in ripa: ibidemq̃ maximum hominũ concursum ac tumultũ: nõ potui michi non metuere in tanta hominũ barbaria: sed multo magis filiabus: quas vna cum genero in vrbe dimiseram. Quid multis? Michi in vrbem regrediendi potestas adempta est: reliquis item nostris ex vrbe continue eiectis. Ruri nunc sumus: qđ in suburbio iacet: qua itur Mantuam. Vale. ex Cremona pridie ydus septembres. M.cccc.li.

¶ Frācíscus philelfus Leodrysio cribello sal.

f I grato in me animo esse volueris: vt et eē debes ⁊ ipse
te futurū puto: curabis omnia que istinc decedēs tue
fidei mādaui: et amice ⁊ diligēter ipꝛimisqꝫ ne quid michi detri=
menti domi fiat. Nam te haud latet quātus nunc furum nume=
rus propter absentiā ciuiū Mediolani vbiqꝫ noctu atqꝫ die insi
dietur: vt nulle edes satis aut clause istis aut munite sint. Quare
tue fuerit cure ac beniuolētie erga me operā dare ne quid nobis
surripiatur absentibus. Vale. ex suburbano rure Cremonensi
idibus septembribus. M.cccc.li.

¶ Franciscus philelfus salutē dicit plurimā
Mattheo pisaurensi edili curruli.

q Uod scire cupis q̄ me humane ⁊ liberaliter Cremonē
ses exceperint: accipies paucis. Me aduenientē vni=
uersa ciuitas et vidit et honorauit egregie. Sed vbi ac
cidit vt mercēnaria quedā mea serua pestilētiali morbo correpta
vitam subito deseruerit: tumultus ingens in vrbe aduersus me
exortus est: quē plebeia insania cōcitauerat. Naꝫ qui viri nobiles
atqꝫ boni eam vrbem inhabitāt: nichil huiusmodi nō modo non
fecerunt: sed ne tēptauerunt quidē. Sum cōtinuo cum vniuersa
familia vrbe exclusus: et nō sine magno quidē vite periculo. Va=
gabar in campo auxilij om̄is atqꝫ opis expers. Nec quid consilij
caperē: satis michi erat in promptu vsqꝫ adeo eram animo ꝑtur=
bato in tam repētino insaniētium hominū motu. Tandē vbi pau
lulum plebeius ille furor sedatus est: prestātes quidā pauci atqꝫ
boni ciues permodeste me adierūt: meqꝫ hortati sunt: vt modice
ferrem atqꝫ equo animo plebeiā illam stulticiā que longe magis
q̄ michi bonis omnib⁹ ciuibus permolesta extitisset. Breui aūt
fore vt illud omne erratum haud ignobili diligentia sarciretur.
Meqꝫ duxerūt in proximū quoddā suburbiū: vbi rus est ac villa
cuiusdā ciuis persechete. Unde electo villico: michi villa vna cū
rure tradita est tantisper incolenda donec publica diligentia ali=
ter mee ⁊ rei et dignitati prouisum fuerit. Ceterum in presentia
incōmodius agere nichil possem. Nam omnia michi desunt p̄ter
culices pulicesqꝫ et muscas. Vale. ex Cremonensi rure subur=
bano. xvij. kal. octobres. M.cccc.li.

¶ Franciscus philelfus Scene corti equiti
aurato ac iureconsulto salutē.

c Um istac iter facerem Cremonam petiturus: me vehe=
menter hortatus es: vt Placentie q̄ Cremone donec

Mediolani pestilentia cessasset: agere mallē. Nec eñ vereri te aie bas multo cōmodius me ac meli⁹ apud Placentinos futurū: q̄ apud Cremonenses. Quare cū videā Cremonā eodē quoq̧ acer bissimo morbo laborare: quo Mediolanū: sciāq̧ q̄ tibi homini amicissimo et carus sū et ꝑiucundus: non inuitus cōditionē acci piā: modo per te fiā certior: ne spem precio sim empturus. Itaq̧ fac ꝓpediē intelligā: quid me facere oporteat. Uale ex rure sub urbano. xvi. kalē. Octobres. M. cccc. li.

¶ Franciscus philelfus Jacobo camerinati sal.

e T tuam erga me voluntatem non laudare non possum: et istoꝝ negligentiā nō detestari nō debeo: qui nichil eo rum omnino agāt: que tu iis agēda iussisti. Non eñi ii sumus: qui more scytharū solo vtamur pro lecto: presertim tandiu: et sine vl la nostra culpa. Accedit ad hanc difficultatem alia longe incom modior quod ne caupones quidem vlli nos dignos putant: qui bus vllo nūmorum interuentu ea dēt venu: quib⁹ sine vitam du cere nequeamus. Aiunt eñi Guillelmum nescio quem hominem quantum videre videor circumforaneum ac plane barbarum sibi iussisse non modo ne quid nobis vel mercede vlla exhibeant: sed nec etiam verbum nobiscum faciant. Istum autem perditissimū Guillelmum eiusmodi magistratui prefectum dicūt: cui talis po testas decreto publico data sit. Itaq̧ te rogo: vt vel consulas re bus nostris quemadmodū nudiustertius michi corā recepisti: vel quod admodū malim: michi abeunti potestas fiat Uereor eñi ne qui Mediolano pestilentiā fugim⁹: eā Cremone reperim⁹ in tā ta rerū omniū difficultate ac tedio. Uale ex rure suburbano. xi. kalendas Octobres.

¶ Franciscus philelfus Christoforo Marliano sal.

b Odie cum tibi primum facultas oblata fuerit: fac si me amas: vt te videā. Sunt eñi quedā michi tecum cōmen tanda. Preterea vacu⁹ ne omnino venias: atramēti ali quantulū tecū affer. Nā atramentariū meum eque sitit atq̧ nos omnes. Xenophō filius petit abs te aliquātulū vernicis. Uale ex suburbano rure. x. kal. Octobres. M. cccc. li.

¶ Franciscus philelfus Jacobo camerinati sal.

c Upio quedā cōmentari tecū. Itaq̧ rē michi ꝑgratā fa ctur⁹ es si cū quid ocii hodie nact⁹ fueris: huc te cōferes quando quidē nos ad te ire barbaria ista nō sinit. Arca illa nostra cū libris est etiā nunc sub Joue. Uale ex rure suburba no. x. kal. Octobres. M. cccc. li.

¶ Franciscus Philel. Joanni lordani iurisconsulto sal.

p Reterierũt anni iam triginta et amplius: postea q̃ nec verborum a me: nec litterarum aliquid accepisti: nec ego item abs te: Idq; non alterutrius voluntas aut negligẽtia vlla fecit sed longissima locorum interualla. Nam cum tu adhuc pataui operam dares iuri ciuili: ego a Venetis soluens in Thraciam nauigaui: quo greca sapientia factus doctior maiori vel vsui vel ornamento latine lingue: futurus essem. Qua vna re factum est: vt mutua scribendi vicissitudine priuati iamdiu fuerimus. Nam post annum septimum vbi in Italiam reuertissem: et si eramus propinquiores: tamẽ cum temporum quoq; difficultas nobis fuisset impedimento: vterq; siluimus. Nunc vero cum propiores facti essemus: tempusq; ipsum nos mutuo ad scribendum hortaretur anteuertere q̃ anteuerti malui: quo intelligeres nullo amoris officio me posse abs te superari. Scire autem cupio: q̃ belle valeas: et quanta me beniuolentia prosequare. Nam ego te non diligo solum: sed ita amo: vt nichil ad cumulum addi queat. Valeo autem pulchre. Apud Cremonenses vero ideo me recepi: quoniam Mediolani qua ipsa in vrbe domicilium michi perpetuum constitui pestilentia indies magis atq; magis inualescit incrudescitq;. Reliquũ est vt q̃diu in propinquo futuri sumus q̃ creberrimis iter nos litteris quotidie aliquid commẽtemur Vale ex rure Cremonẽsi suburbano. x. kal. Octobres. M.cccc.li

¶ Franciscus philelfus Jacobo Camerinati sal.

e Xistimo tibi ab ingenuo adolescente Christoforo marsiano ea omnia verbis meis renunciata: que a me mane coram accepit. Nichil aũt aut temere aut minus consulto locutus sum. Rusticor em̃ vt nosti iam diem sextumdecimum: non solum incõmode: sed in maxima rerum oĩm penuria. Quid michi postridie sit agẽdum: aut vnde necessariis rebus subueniẽdum: non intelligo. Quare non amicis solum: sed michi etiam ipsi iã molestissimus fieri incipio. Itaq; summo opere te rogo: vt que tibi Christoforus nomine meo exposuit: hoc ipso die omnino cõficias: quo quid facturus sim intelligam. Hodie michi philosophica cena futura est eaq; diogenica. Postridie vero cũ arida quidẽ cerere mẽsam michi futurã video. Vale ex rure suburbano Cremone. v. kal. Octobres. M.cccc.li.

¶ Franciscus philelfus Masueto attendulo abbati sal.

r Enũciauit michi hesterno vesperi vir optimus amantissimusq; tui iacob⁹ camerinas instituisse te mihi dono

datum ire tritici sextarios decem. Que quidē res vix dici queat: quantā michi voluptatē attulerit: et id quidez nō tam ipso dono quod sane pulcherrimū est q̄ȝ bonitate ac liberalitate ingenij tui qui nullo vnq̄ȝ ab me prouocatus officio volueris me tibi tam opportuno: tam benigno munere deuincire. Itaq̄ȝ habeo tibi immortales gratias. Tu autē tibi velim psuadeas: eum me esse futurūq̄ȝ indies: qui in te amādo cessurus sim nemini. Triticū aūt ipm tum michi prebendū curabis: cuz in vrbē venero. Nam ruri quo pacto sim vsurus nō satis itelligo quā q̄ȝ ne in vrbe quidem fortassis eo mihi opus erit. Verū hac de re te breui faciā certiorē Vale. ex Cremonēsi suburbano rure. iiij. kal. octo. M. cccc. li.

¶ Frācişcus philelfus Nicodemo trāchedino sal.

q Ue tibi in ethuriā abeunti pro beniuolētia nostra mādaram: nequaq̄ȝ debes esse oblitus. Miratus aūt sum quod nichil postea respōderis nisi tua fortassis in vrbem Romā festinātior profectio tibi fuerit impedimēto: quo id florētie causa mea gerere cōmode nō potueris: qđ tuis in cōmentariis ānotasti Hoc si ita est factū: velim in reditu ne p̄termittas. Erit id michi vehemētissime gratuz. Et ne tuas litteras frustra ad me des: ego hoc tempore ago Cremone: acturusq̄ȝ sum fortasse donec pestilentia Mediolani desierit deseuire. Jacobū triulcum disertissimum iurisconsultū valere plurimū opto: ip̄rimisq̄ȝ Aurispā meū virum optimū et hominē doctissimū. Vale. ex rure Cremonensi suburbano pridie kal. octobres. M. cccc. li.

¶ Franciscus philelfus Bartholomeo melio sal.

q Uoniā certo scio te vel ratione vel tempore ea animi egritudine quā non mediocrē ex obitu dilectissime sororis tue ⁊ nobilissimi viri cōceperas: magna ex parte liberatum nō sum veritus vti officio tuo. Decreuerūt tui isti publici magistratus nudiustertius michi iam licere vrbem ingredi atq̄ȝ pro arbitrio meo incolere. Itaq̄ȝ michi edes parāde sunt. Hac in re tuā michi opera opus est. Cupio michi domum conduci in tempus semestre ⁊ amplā et cōmodam. Peto igitur a te: vt hanc prouinciam tuorū alicui deferas idq̄ȝ q̄ȝprimum. Non enī te latet quāto cum incōmodo ruri sum. Nunq̄ȝ equidez didici rusticari qui vel philosophari vel aliquid liberaliꝰ agere semp cōsueuerim. Hoc erit michi tam gratū q̄ȝ quod gratissimū. Vale. ex Cremonensi rure suburbano kal. octobribus. M. cccc. li.

¶ Frācişcus philelfus Michaeli rochegrammatico salutem.

d Iligētiā tuā non solū probo:sed etiā laudo. Facis enī et amice & liberalit. Domū michi cōduci cupio:tū amplā:tū etiā pulchrā. Quo in loco sita sit nō multi facio mō locus sit honestus ac musis (vt ita dicam) accōmodatus. Qd scire cupis: ne greca dictio est:et dipthōgū recipit:e q̄ apud grecos p ai. scribit: et nisi diuidat eodē sono enunciat:quo apud latinos. ae. dipthōgus quā dicim⁹. Nā si dipthōgus apd grecos esse desierit:eodē modo pfertur:quo apud nos ai. diuisa. Unde Uirgilius grecos imitatus ait. Aulai in medio pendebāt pocula bacchi:pro aule. Ne igitur per ae dipthongum scripta significat certe ita et vehemēter:vel etiā nimis fm quosdā. Hac autē dictione ita vtūtur latini poete:preserti comici vt dica/symbolū/strategi/et aliis atq3 aliis verbis pluribus. Et vt veniā ad rem tuam michi conuenietissime dici videtur apud Therentiū. ne. p vehemēter aut nimis:quā q3 nimietas a vehemētia nō admodū differt Cum enī inquit: Faciūt ne intelligēdo vt nichil intelligāt:quasi qd qui magis q̄ opus sit aliqd vel inquirūt vel speculātur:eoru3 nūero sunt habendi qui nichil intelligūt. Tu si secus puta:vtere iudicio tuo. Ego enim neminē michi deum facere constitui. Ita etiā tibi (si sapias) faciundū existimo. Uale. ex rure suburbano Cremone kalen. octobribus. M.cccc.li.

¶ Frāciscus philelfus Augustino marinensi sal.

i Nstitui consiliū tuū sequi. Nam qd me cōmonueris fore nro principi nō ingratū:si relictis Cremonēsibus Papiā q̄primū cum vniuersa familia cōcessero:puto nil temere te locutū. Itaq3 in crastinū diē hinc soluā:qd eo facio libenti⁹ ne qua p me accedat vl' vtilitas vl' voluptas ad tuos istos barbaros q̄s deus optim⁹ maxim⁹ radicit⁹ pdat idq3 ppediē. Domū autē quam pararūt sibiipsi habeāt vna cum pestilētia atq3 ignorātia. Uale. ex rure suburbano Cremone. iiij. nonas octob. M.cccc.li.

¶ Franciscus philelfus Leodrysio cribello sal.

a D sextū ydus octobres veni Tycinū vbi cōtinu⁹ sum futurus: donec mediolani clemētius celu3 spirauerit. Audio quas domi ad custodiā reliquerā mulierculas: et matrē & filiā e viuis excessisse. Nec de rebus meis domestic̄ posteaq̄ decessi mediolano:in hāc diē audiui quicq̄. Nec possū nō dubitare ne qd litigij p affines meos aduers⁹ me sit tētatū. Itaq3 te rogo vt oīa que mea inesse iudicaueris q̄ diligētissime odoreris et ad me confestim scribas. Uale. ex Tycino pridie ydus octobres. M.cccc.li.

¶ Frãciscus philelfus Bartholomeo corigle equiti aurato salutem.

b Aud mea de te me certe fefellit opinio. Nam iãpridē cū te fore sum arbitrat⁹: cui pro tuis erga me bñficiis essem plurimū debitur⁹: et id certe cū supiorib⁹ mensibus re ipsa expert⁹ sum: tū ita hoc tpe perspicere videor: vt ea q̄ cernūtur oculis. Non eni ignoro benignū & amicissimū tuū erga me animū. Nā liberalissim⁹ vultus ipse tuus sic animi tui liberalitatē oñdit: vt me iam censeā oia accepisse: q̄ tu dare si ita posses vt velles: et magno ipse leuarer incōmodo: & tu nō mediocrē gloriam cōsequerere. Debes eni liquido aiaduertere q̄ michi molestum est tādiu apud cauponē degere: cū tali p̄sertim et tam graui familia eaq̄ delicata. Doleo aūt maiorē in modū nō mea solum sed multo etiā magis principis nostri cā. Quid eni dicat cum ab ipsis hostib⁹: tū ab vniuersa ytalia cū increbruerit apud oēs eam esse vnius Francisci Sphortie: aut consuetudinē aut fortunā: vt vel nequeat vel nolit egregiis viris opitulari et ea suppeditare: quibus sine vitā tueri nemo possit? Itaq̄ rogo te: vt qđ sponte facis: vel mea etiā vel principis nostri causa nō facias solum sed efficias: hoc est vt publica priuataue pecunia hunc eximas hac loci obscuritate: qui vel lucem tenebris vel solem luci nō minus solet q̄ potest afferre. Id autem eo facilius sis facturus quo scis nichil ad te detrimēti preter breuissimi tēporis incōmodum peruenturū. Nam multo plus michi debetur ex erario q̄ in presentia ab me petatur. Ego vero is sum qui beneficiis superari non equo aio sim ferre solitus. Nam si aliud nichil nominis saltē immortalitatē iis qui bene meriti de me fuerunt: referre semper consueui. Quid velim paucis tenes. Vale. Papie ex edibus nostris xvij. kal. nouembres. M.cccc.li.

¶ Frāciscus philelfus Benedicto nursino philosopho ac medico salutem.

d Ebuisti hesterno vesperi ex cōterraneo et affini tuo intelligere: qua in re m̄ opus est opera tua. Et q̄q̄ abs te amer: iampridē noui: reliquū est vt abs te petam ne frustra te admonitū patiaris. Nam q̄uis oē tuū m̄ officiū gratū sit semp: hac tñ tēpestate eo erit g̃tius quo magis est necessariū. Preterea quedā michi sunt cōmentāda tecū: que principis nostri vehemēter intersunt. Si huc min⁹ ante pfectionē tuā eueētur⁹ ad principē: veli me facias certiorē: an liceat in p̄sentia Tycinū incolentibus ad vos ire. Audio eni hmōi et ciuibus & incolis pp̄ter

pestilentie suspitionē ad vos iter esse interclusum. Quod si secus michi fore significaris: maturabo ad te q̄primū. Uale. ex papia v. kal. nouembres. M.cccc.li.

¶ Frāciscus phylelfus Leodrysio cribello sal.

f Ecisti vt te decet q̄ desiderio meo cumulatissime satis feceris. Non enim poterā nō subuereri: ne quid litigi motū esset ab iis q̄ insidiis magis q̄ iuri fisi me absentē nossent. Id aūt vt metuerē Rainaldi varidei: quē rerū meaꝝ abiens ꝓcuratorē cōstituerā: silētiū faciebat. Reliquū est vt si me amas: quotiens ex tuis quispiā petit mediolanū id qđ existimo q̄tidie ꝓpt ꝓpinquitatē tibi vsu venire: eundē cures accedere ad edes meas et ex proxima vicinia q̄diligētissime sciscitari: noui ne quicq̄ acciderit. Quicquid autē acceperis: id facito vt q̄primum sciam. Uale. ex Papia nonis nouēbribus. M.cccc.li.

¶ Franciscus philelfus Scene corti iuriscōsulto et equiti aurato salutē.

a Mbrosius gentilis derthonēsis necessarius tuus (vt ipse ait) multis michi in rebus molestus est. Hunc igitur velim moneas: ne sit aduersus me importunior. Nam michi iam bilem mouet. Uale. ex Tycino. v. ydus nouemb. M.cccc.li.

¶ Frāciscus philelfus Scene corti iuriscōsulto et equiti aurato salutē.

n Olim mireris qđ nullas ad te litteras dederī: posteaq̄ veni Papiā. Fuit eni in hanc diē q̄ par esset occupatior et priuati ⁊ publice. Et quāq̄ nichil etiā nūc sum nactꝰ ocij: volui tn̄ intelligeres q̄ in statu sunt res mee. Ego vt scis idcirco mediolanū liqui quo me pestilētiali stragi illi surriperē īcolumitatiq̄ seruarē. Itaq̄ apud Cremonēses me recepi. Sed cū apud illos nullū esse neq̄ musis neq̄ ꝓbitati locū re ipsa cognossem: vidissemq̄ nobilitati nichil oīo: sꝫ abiecte sortis hoībus oīa pro libidine licere: intra quartū et vigesimū diem ex quo eo loci concesserā: inde solui ad Tycinēses. Cunq̄ tycinū peteturꝰ inter remigandū remulco diuertissem in portū istuꝫ placētinū: sum abs te humanissime simul honorificētissimeq̄ et exceptꝰ ⁊ muneratꝰ Que res eo michi iucūdior fuit: quo mora illa Cremonēsis molestior fuerat. Tycinū autem vbi adueni: omni sollicitudine sum reliqua liberatꝰ preter eam cuiꝰ causa mea mediolanēsibus auocaram. Nam cū cetera hic me cōmoda plurimū delectāt. Urbis amenitas: cōsuetudo ciuiū: et que ad vrbanā vitam attinent oīa: tum ipsa disciplinaꝝ et bonarū artium studia quibus omnibus

Cremona est plane vacua. Sed vnū est qd me aio trāquillo esse nō sinit. Pestilētia eni Tycinēses laborāt etiā hi nō mediocriter Quare q mediolani diutius cauere nō audebā: Tycini idem metuā necesse est. Neqꝫ quid consilij capiā scio. Nam quotidie nauigare ac mutare solū constātis hominis nequaqꝫ ducitur. Preterea huiusmodi homines nō equo animo ab his excipiunt: qui benignius celum incolentes bone valitudinis rationem habent. Itaqꝫ hic agere institui: donec solo mediolanēsi sese numē clemētius pstiterit. Tenes rem meā oēm. Tu fac vt valeas et me ama. Ex Papia. v. ydus nouēbres. M. cccc. li.

Frācíscus philelfus Nicolao varoni sal.

p Eto iam antea redditas tibi litteras quas quarto kal. nouēbres ad te dederā. Itaqꝫ eo nūc breuior esse volui quoniā tuam aliquā epistolā expectare incipiebā. Quod aūt me in presentia ad scribēdum impulit: aliud nichil fuit qꝫ desiderium Plinij cōsequendi eius inquā qui de naturali hystoria est inscriptus. Hunc eni audio florētissimo tuo principi esse emendatissimum Aurispe Guariniqꝫ eruditissimoꝝ hominū diligētia. Itaqꝫ eum michi exscribi cupio et id quidem istic apud vos: si quis nō indoctus librarius inueniri queat. Ad hec abs te cupio fieri certior an vlla sint tibi vel Themistij vel alexandri aphrodisei commentaria in Aristotelis libros: quos aut in actiua aut in speculatiua philosophia summus ille vir doctissime simul elegātissimeqꝫ scripsit. Hoc erit item michi vehementer gratum. Libenter eniꝫ sapientiā cum eloquentia coniungo. Uale. ex Tycino. xv. kal. decembres. M. cccc. li.

Frācíscus pilelfus Petro thomasio philosopho ac medico salutem.

q Uod ego ad sextilē litteras ex mediolano ad te dederi nō es ignarus: vt existimo. At ego si quid responderis: idcirco sum nescius qd vite a pestilētiali internitio seruande cā: inde paulo post solui Cremonā. v. ydus septēbres. Ex Cremonēsi aūt solo rursus principis iussu ad Tycinēses me recepi septimo ydus octobres. Unde eadē rōne in hanc dieꝫ citius ad te nō scripsi: qd nulli nuncij neqꝫ hic neqꝫ Cremone iteꝫ offerrentur qui meas tibi litteras essent redditurí. Et nunc quoqꝫ ꝛ si nō satis scio qꝫ tuto littere mee cōmittātur: nolo tñ putes me sententiā mutasse. Issē eni ad vos ni me pecunie defecissent. Itaqꝫ velim ad ea que scripserā: qꝫprimum respōdeas. Uale. ex Papia xv. kalen. decembres. M. cccc. li.

¶ Franciscus philelfus Petro thomasio philosopho ac medico salutem.

q Uod nudiusquartus aliis litteris tibi significaui: Tycinum concessi. Nullus enim opportunior locus potuit offerri Mediolanensis pestilentie stragẽ effugere cupienti. Nam nec licebat abire lõgius. Te igitur vehemẽter rogo vt ad ea michi respondeas: que sepius in vniuersum sextilem ex meis litteris accipere debuisti. Id erit michi gratissimũ. Uale. Ex papia. xij. kal. decẽbres. M.cccc.li.

¶ Franciscus philelfus Ciccho calabro ducali secretario salutem.

g Raue michi et permolestũ est ea premi necessitate: vt principẽ nostrũ liquere oio cogar. Quid eni frustra tã inutiliter diutius tẽpus teram? Uideo me nostro pricipi esse carissimũ: nõ tam meis meritis ꝙ benigitate sua. Quid enĩ mereri aliud studeã ꝙ ꝓ dilectione fidem pietatẽqꝫ referre? Ad Apollinis cytharã muse canũt. Qualis sonus: talis etiã cantus. Nichil michi eoꝝ omniũ obseruat: que vel gratissim⁹ vel munificẽtissimus priceps iussit. Itaqꝫ iam hinc incipio rebus meis consulere. Nisi breui constituta pecunia respõderit: me alioꝝ principũ eri obstrigam: apud quos post anni curriculũ cum primũ ver aduenerit: me recipiã. Sic eni veluti spe ꝓmissioneqꝫ delusus neqꝫ pricipis glorie studeo neqꝫ mee. Nam eger anim⁹ studiosis in rebus imortalitatẽ moliẽtibus recte agere nichil queat. Trãquillum esse ingenium latumqꝫ oportet si quid aut egregij aut magni ex sese velit educere. Breui quid facto sit opus: potes intelligere. Uale. ex Papia. v. kalen. decẽbres. M.cccc.li.

¶ Franciscus philelfus Nicolao varoni sal.

e Tsi ad qntũdecimũ kalen. decẽbres scripsi ad te ꝙtũ pro tẽpore opus fuerat: tamẽ q꞉ sum nescius acceperis ne an min⁹ acceperis litteras meas: volui rursus eadẽ tecũ agere Pliniũ de naturali hystoria vehemẽter cupio. Audio hunc esse apud vos diligẽter emendatũ. Si istiusmodi exẽpli facultas michi futuri sit idqꝫ ferrarie: curabo ꝙprimũ exscribi. Nec eni dubito studiosum istic librarium inueniri: qui hmõi sit munere functurus. Itaqꝫ tui vel officij vel humanitatis fuerit: vt me facias propediẽ certiorem: quid hac de re possim sperare. Uale. ex Papia ydibus decẽbribus. M.cccc.li.

¶ Frãciscus philelfus Scene corti iurecõsulto et equiti aurato sal.

p Rocurator tuus eorum que abiens iusseras: egit oio nihil Quotidie nouam spem affert: quotidie verba dat. Qui quoniam quam de te fidem michi coram sancteque recepit: fallere sepius non dubitat: te amice moneo vt vel a gerendis negociis eorum auoces: vel vt se grauitate tua non indignum prestet quam primum cures Uale. ex Tycino. xiiij. kal. ianuarias. M. cccc. li.

Franciscus philelfus Nicolao varoni sal.

q Uas ad. v. ydus octobres suauissimas ad me literas dederas. xiiij. kalen. ianuarias michi reddite sunt Papie. Non enim me Cremone offendere potuerunt. Nam id loci multo ante idcirco reliqueram: quoniam nullum esset apud Cremonenses musis hospicium: et sum preterea commonefactus me rem facturum meo principi gratam: si Papie tantisper agere mallem: dum mediolani pestilentia fureret. Atque fuit tua mihi epistola periucunda: quippe que eum te ostenderet: quem semper amicissimum essem expertus. Itaque non possum non letari: quod te intelligam amori meo nulla ex parte cedere. Nec enim moleste laturus sim: quod te amando superatum iri nullo pacto patiaris. Uir plane philosophus es: qui tanti virtutem officiumque facias: vt ea re nolis a viro etiam amicissimo superari. At ipse quoque mi Nicolae omnem sim aduersus te pugnam certamenue initurus pulcherrimi huius gratia. Eo enim te magis amo quam amer abs te: quo magis meritis tuis amandus es. Quod autem polliceris operam tuam si cui vel ornamento vel vsui florentissimus princeps tuus vel potius noster michi futurus sit: non audio inuitus. Sed quoniam ipse perpulchre nosti quid michi conducturum sit vel ad dignitatem vel ad rem nichil est quod te magis admonendum putem. Uale: et communi principi me commenda. Ex tycino xiij. kal. ianuarias. M. cccc. li.

Franciscus philelfus Johanni paleologo Marchioni montisferrati salutem.

a D pristinam meam erga te obseruantiam tamen nunc cumulum addidisti voluntaria tua atque alacri benignitate: vt in te obseruando nemini istorum oim sim cessurus: quos magis intimos et domesticos habes imprimisque cariores. Nam tametsi quicquid benefice in quempiam confertur plurimi fieri oportet: illud tamen longe pluris mea sententia: quod nullo vacat officio: et oes (vt ita dixerim) numeros complectitur. Dedisti tu quidem homini obseruantissimo tui nominis et glorie et id quidem tempestiue et libenter et large. Prestitistique ne hic diutius inutiliter tempus tererem. Ac nichil prorsum est abs te pretermissum: quod meis vel emolumentis vel ho-

noribus conducturũ opinareris. Itaq tibi gr̃as ago quã possum maximas. Teq rogo oroq vt nullam rem esse putes neq paruã neq magnã: quam nõ sim tua causa strenue/diligenter/fidelissime neq et constantissime obiturus. Uale. ex Ticino. vi. kal. ianuarias. M. cccc. li.

Franciscus philelfus Blasio axereto equiti aurato sal.

q Ue nobis sunt (ea vt nosti) nobilitata iampridẽ et ab omnibus decãtata lege amicitie cõmunia esse oportet. Quo fit vt pati noluerim hunc istũ a quo meas litteras accepisti: amicũ esse michi soli quin esset etiam tibi. Idq ipse quoq vehementer optat. Et est profecto tanta humanitate: tanta virtute vir: vt nõ modo reiiciendus nõ sit: sed admittendus potius et libenter sane atq honorifice admittendus. Reliqua enim ex eius presentia consuetudineq cognosces. Uale. ex Papia. vi. kalen. ianuarias. M. cccc. li.

Frãciscus philelfus Jacobo camerinati sal.

q Uotiens mecũ repeto Cremonẽsem illam rusticitatẽ: totiẽs risu magis atq magis moueor. Nam q̃ stulta rõe Cremonẽses ducebãtur: vt quẽ tanto videbãtur ope desiderare: eũ ruri veluti relegarẽt? None tibi relegatus videbar: cũ illic abire nõ liceret? At metu pestilẽtie id egerũt ne qui mediolano venerã illiusmodi morbi genus mecũ afferrẽ. At longe magis Cremone q̃ mediolani pestilẽtiali morbo laborabatur. Preterea q̃d deliquerat mea supellex illa et arca cũ libris ac pecunia: quã in padi ripa furibus ac latronibus expositã esse voluerũt: cũ nemini baiulo potestatem darent ea in re subseruiẽdi michi. Itaq abeãt in rem malam Cremonẽses tui: et tu item cũ istis (si dignos putas) quibus ignoscã. Uale. ex Papia. vi. kal. ianuarias. M. cccc. li.

Frãciscus philelfus Nicodemo trãchedino sal.

a Deo te tãdiu meminisse Philelfi tui: dũ presens es: et corã quẽ diligis itueris. At si plane q̃d amicitie munus postulet: teneres etiã cũ abes: me tecũ esse et pnoctare et colloqui cẽseres id q̃d minus apud te fieri eo magis miror: q̃d ego te semper videre videor et cõplecti et osculari: simulq rogare: q̃d tandẽ actũ sit de ratiũcula illa nostra pecuniaria: et an michi fortasse fumum vẽdideris. Ita eni videtur q̃nquidẽ q̃d exorasse te mea cã Alexandrum nõ seuerũ illũ: sed florentinũ ficosum istũ affirmabas: nulli omnino vsui michi esse cognoscã. Quod si verconij turrini factũ meminisses: aut nichil temere affirmasses: aut fumo Uerconij te obnoxiũ esse iudicares. Uerum hec iocati simus. Tu si me amas

cura ne michi diutius ab amico nugatore verba dentur: que non tam inutiliter emere ꝙ pulcherrime vendere consueuim⁹. Uale ex Papia pridie kal. ianuarias. M.cccc.li.

❡ Frãciscus philelfus Nicodemo trãchedino sal.

c T. si arbitror ex Colũbano te factũ iri certiorẽ ꝙ mihi molestũ simł incõmodũq; fuerit: qđ mee ille pecuniole tardius ad me ierint: te tñ ea de re commonẽdum putaui: vt intelligas etiã meis litteris nichil te potuisse hoc tẽpore michi gratius facere ꝙ qđ admodũ tẽpestiue ⁊ iucũdissima simul epistola ⁊ dissolutione alieni eris affueris. Itaq; habeo tibi gratias ꝙ nõ sis passus diutius michi incõmodari vel cum aliquo labore tuo. Ficosum autẽ illum dij deeq; oẽs perdãt: qui auaritie sue sorditatisq; maluerit: ꝙ vel amicitie vel officij meminisse. Uale. ex mediolano pridie kal. ianuarias. M.cccc.li.

❡ Franciscus philelfus Jacobo bicheto sal.

t Uum consiliũ sum secutus. Adiui quos iussisti. Perhumaniter oẽs pamiceq; respõderunt. Sz eo in te vno maior spes michi cõstituta est: qđ es et bonus ⁊ mecũ vetere beniuolẽtia cõiunctus. Itaq; tuũ fuerit qđ munus pbenigne aggressus es id recte ⁊ ex sentẽtia tua meaq; absoluas. Uale. mediolani ex edibus nostris pridie kalen. ianuarias. M.cccc.li.

❡ Frãciscus philelfus Materniano brasche sal.

q Uod hortat⁹ es fecim⁹. Puto oĩa nobis secunda fore si rẽ capescere volueris ea diligẽtia qua semp cõsuesti. Id qđ vt facias te plurimũ rogo. Uale. mediolani ex edib⁹ nrĩs pridie kal. ianuarias. M.cccc.li.

❡ Francisci philelfi epistolaꝝ Liber decimus.

❡ Frãciscus philelfus Blasio axereto sal. dicit.

b Eri Laudez veni rei priuate gratia atq; mee ad principẽ: quam puto me ex snĩa mea confecturũ. Offendi hic genuenses nõnullos: ex quibus cũ de te quesissem: oms optata michi renũciarunt: quippe qui dicerẽt bene valere te atq; frui ocio. Qđ audiens sum pro nostra beniuolẽtia vehemẽtissime letatus. Nam tuã oẽm iucũditatẽ michi iucũdissimã esse iudico ac volo. Cupio autẽ fieri abs te certior: qui sit fructus ocij tui. Nam frui ocio: vt desidiosi atq; inertes solent: q̃ somno et ventri sese dediderunt nõ multũ differre puto a pecudũ vita: q̃ nichilo delectant nisi his quib⁹ sensus leuiter suauiterq; mouet. At ego te ab eiusmodi fructu ocij alienũ arbitror. Non enĩ te latet ea esse propria

hominis munera: vt vel agat aliquid semper dignum natura sua aut intelligat quorũ alterum est animi totũ ob idq; diuinum maxime: alterũ vero corporis consilio tamen atq; imperio animi obtemperãtis. Utrunq; te pulcherrime posse facere nõ ignoro. Nã et doctus es ꝛ prudẽs. Per doctrine prestantiã in eorum cognitionẽ venimus: quibus dei reddimur simillimi. Prudentia vero quid in rebus humanis expetendũ vitandumq; sit que cõmoda sequi: que aspernari oporteat incõmoda facile ostendit. Satis ex his debes intelligere quid abs te velim. Legisne aliquid an rusticaris? Uale. ex Laude kal. ianuarias. M.cccc.lij.

¶ Frãciscus philelfus Nicolao fregoso Genuensium prefecto salutem.

e Xistimo propediem fore: vt filius michi dilectissimus Johannes marius Mediolanũ rediturus faciat istac iter: quẽ ꝛ si certo scio abs te oĩa mea causa exoraturũ: tamen volui intelligeres nichil te michi gratius facere posse: q̃ si dederis operã: vt et tuto ꝛ q̃ facillime ꝛ q̃ primum ad nos eat. Uale. ex mediolano ydib⁹ ianuariis. M.cccc.lij.

¶ Frãciscus philelfus Nicolao varoni sal.

i Am diu nichil de te audio. Itaq; non possum nõ timere ne quid tibi quod noliꝫ acciderit. Quare si me amas leua me hac omni sollicitudine. Hoc michi vix facere gratius hoc tempore quicq̃ potes. Uale. ex mediolano. xv. kal. februarias. M.cccc.lij.

¶ Frãciscus philelfus Petro perleoni sal.

l Aurentiũ nostrum velim causa mea diligas: eiq; quibuscunq; rebus poteris: faueas non verbo solum: sed multo etiam magis opera. Hoc erit michi admodum gratum. Uale. ex mediolano. xi. kal. februarias. M.cccc.lij.

¶ Franciscus philelfus Johãni aurispe sal.

e Que michi amicus est: qui tibi meas reddidit litteras atq; tibi q̃ eas scripsit. Itaq; hunc etiam mea causa in amicitiã volo admittas: et quib⁹ erit opus studiis oĩbus ꝓseq̃ris Uale. ex mediolano. xi. kalen. ianuarias. M.cccc.lij.

¶ Franciscus philelfus Baldassari risino salutem dicit plurimam.

a Ccursius Pisanus cognomento bonus cum esset ab me rogatus vt. xij. illas Plauti comedias: que proximis annis sunt in ytaliam aduecte e Germania michi exscriberet: earumq; exemplar a te peteret: respondit partim per

humaniter:parti diffidenter:quippe qui diceret se michi plibenter gratificaturū:sed te nemini eiusdē exemplū crediturū. Itaqȝ facito:si me amas:vt quod d te bon⁹ Accursius dubitarit mēdacium dixisse videatur. Sic eni etiā itelligemus:ꝙ ipse de sese verus esse velit Uale cū tuberibus tuis. ex Mediolano. xi. Cal. februarias. M. cccc. lij.

Franciscus philelfus Matthie triuiano sal.

s I me amas: sicuti certe facis velī ꝙprimū adeas Cicchum nostrum eumqȝ roges meo nomine: vt litteras talis det ad hos ducales rei pecuniarie magistros: quales maxime oportet. Nam hi vt sunt homines strenui nummos semper cudunt: excudunt aūt nunꝙ. Malumbriana vero grauitas ne tandiu sit grauis:cupio. Nam comitem Lodouicum scio esse mei pmemorē:sed puellaris ludicri multo magis:cui ꝓfecto si pedibus caueret:longe minorē operā ipenderet. Uale ex Mediolano. xi. Cal. februarias. M. cccc. lij.

Frācīscus philelfus Lodouico Goncage principi Mantuano sal. plu. dicit.

benefacias: quos tales existimaris. Quare tibi persuadeas velim me ita esse tuum vt oīa tibi de me possis q̄si iure quodā peculiari polliceri. Nam ego in te nō mediocrem spem cōstitutā et collocatam habeo. Et vt itelligas: quo aīo in te sim: et q̄ faueam tue glorie breui perstringam. Duo sum nuper aggressus opera que litterarū imortalitati cōmendē: alterum versu alterū prosa. Et hoc quidem de vita et rebus gestis Francisci Sphortie soceri tui inscribitur. Illud aūt Sphortiada more figuraq̄ poetica: vbi quantum mea facl'tas feret: nichil omittam qd̄ summi p̄cipis felicitatē ꝓbet. In vtroq̄ de te sum verba factur⁹: cū pro tua dignitate tum etiam pro veritate. Id aūt vt cumulate faciam: tua michi opera opus est. Res abs te clarissime gestas vulgo narrari video plurimas. Nec inuenio quenq̄: qui neget omnia te gessisse nō sapient minus q̄ fortiter. Sed vna re turbor: qd̄ ordinē modumq̄ ignoro. Nec est qui michi oīno satisfaciat: cum alij de loco vbi quid cum laude factum sit alij de tempore: alij de alio quopiam negocio inter se discrepent. Quamobrem cum dignitati consules tue: tum etiam veritati mee si commentaria ad me aliqua dederis vel materno (vt aiūt) s̄mone scripta: vnde tā̄q̄ ex aliquo fonte quod in re verum sit: hauriam. Quod si feceris: tanta sollicitudine me leuabis vt ingentes sim tibi gratias habiturus. Et q̄q̄ non sum vt es animo liberali: atq̄ benefico ignarus ꝑmultos apd̄ te esse: qui in huiusmodi cōmentariis cōficiendis nō inepte operā suam accōmodent tamen si eā ꝓuinciā viro disertissimo Petro perleoni ciui tuo delegaueris: et tibi et michi egregie satisfacies. Uale splēdidissimū decus Malatestarū. Ex Mediolano. vi. id⁹ Martias. M. cccc. liij.

¶ Frāciscus philel. Nicodemo trāchedino sal.

P Osteaq̄ hinc abiisti: qd̄ presens michi persuaseras: ita mutuatum est: vt ab oī tua etiā suasione abhorreā. Dixeram tibi andreā alamannū prestantē adolescentē michi coram exposuisse renunciatū eē pontifici maximo cū de ei⁹ vita ac moribus Mediolani sermo aliqū haberetur: me qd sentirē interrogatum respondisse Nicolaum Quintum virū michi videri doctissime eruditum: sed adhuc sapere famulatum. Id tu dictū esse pōtifici ne crederē ꝑmultis et argumentis et rationibus ostēdere studuisti. Et vt es omni in re accuratus et bonus ad id maxime elaborasti vt ab hac animi sollicitudine me eximeres: id qd̄ etiam plane prestitisses: nisi aliud quiddam post abitionē tuā venisset in mentem. Est Rome vt nosti Petrus Candidus decembris

egregi⁹ quidā et maledicēdi ꝛ insidiādi artifex. Js aduersus me ꝑmulta iampridē perperā est machinat⁹per oēm animi nequitiā adeo vt nō modo m̄ clam et ꝑ latrocinia semꝑ detrahere consue= uerit: sed cōuiuia quoqꝫ Mediolanēsia illa nostra q̄ hic cum ade ras lectitasti: multis in locis annis supioribus cum nobilissimus dux Philippus esset in viuis: depꝛauarit atqꝫ coꝛruperit. Qua fraude factum est: vt vix euaderet publicā infamie notā que illis inuri solet q̄ vulgo appellātur falsarij. Nec sane dubitari eundeꝫ istū nigerrimū candidū oꝛiginē ac segetē extitisse ꝛ calūniando ꝛ inducēdo discoꝛdiaꝝ īimicitiarūqꝫ oiꝫ: q̄bus Poggius ac Ualla inuicē se dilacerāt per oēm cōtumelie feditatē. Consueuit eni ex alioꝝ incōmodis et īfamia fame sue cōmodisqꝫ consulere. Si q̄d q̄ de me ad summū pontificē falso delatū est: nebulo iste Cādid⁹ debet esse in cā. Jtaqꝫ oīm primū abs te peto: vt si he lr̄e te pꝛius offenderint in itinere q̄ꝫ floꝛentia excesseris: Andreā alamannū cō uenias: ab eoqꝫ sciscíteris: iocatusne sit hac de re mecū: vt pleriqꝫ solent: an locutus serio. Deinde si vero michi calumniā renun= ciasse Andreā nō finxisse aīaduerteris: te maioꝛē in modū etiam atqꝫ etiā rogo: vt meo nomie pontificē adeas: et ei hec omnia de me referas que pꝛesens coꝛāqꝫ cognosti. Nam quo pacto verbo vituperē: quem et versu ꝛ pꝛosa persepe laudarim innocentē: pꝛe sertim et sapientē virum et de me iampꝛidē meritūꝫ optime. Tu rem tenes. Reliqua pꝛo tua pꝛudentia ipse pꝛestabis. Uale. ex mediolano. iiij. ydus martias. M.cccc.liij.

¶ Franciscus philelfus Petro perleoni sal.

q Uid volo istic agas meo noie: grece ad te scripsi: fac si me amas vt q̄ꝫ pꝛimū adeas Sigismundū pꝛincipē: cui diligēter expone q̄d tibi vides in cōmentariis datū. Q̄d si feceris rem m̄ facies mirifice gratā: habeoqꝫ tibi nō inuit⁹ grās imoꝛtal' Cum has lr̄as iam essem obsignatur⁹: Xenophō filius aduenit cū litteris tuis: q̄s summa cū voluptate ꝑlegi. Naꝫ ex litteris his quas ad te dedi quito kal'. martias: potuisti nō obscure cōiectare q̄ꝫ michi iucundus fuerat tuus in patriā reditus: queꝫ nulla tua epistola sed ex Genua cognoꝛā. Quod autē tantopere tua omnia michi cōmunia esse ostēderis: nō erat opus. Nam tuum erga me animū iampꝛidē noui: et tibi meus ignot⁹ nō est. Uoluissem Xe= nophon apud te fuisset vt tibi gratificaret'. Sed comitū cā facit vt ei ignoscat'. Q̄m bꝛeui te videbo. Jn p̄sentia longioꝛ esse nolui Et tuam pudicissimā sponsam et nostros oīs bene valere opto. Uale. ex mediolano pꝛidie ydus martias. M.cccc.liij.

¶ Franciscus philelfus Jacobo camerinati sal.

q Uantā diligentiā adhibuerī in rem tuā: potes ex Cic-
cho Angeloq3 cognoscere. Idem vt michi tu hoc tpe
officiū prestes: vehemēter cupio. Fac inquā opera et studio tuo:
vt Cicchus qd interest rei mee pecuniarie apud hos ediles q̄ pri
mum litteris suis absoluat. Uerum bono sint attramēto scripte
(vt aiunt) Et fide opus est et celeritate. Causam Cicchus ex me
corā intellexit. Codicē epistolarum cum primū absoluero: dabo ad
te libenter. Xenophon totus est tuus et pater nō minus. Uale. ex
mediolano. xij. kalen. aprilis. M. cccc. liij.

¶ Frācis̄cus philelfus. Lodouico gonzage
principi Mantuano salutem.

n On equidē sum oblitus: quā michi nup in agro brixi-
ano beniuolentiā ostēdisti: et quāta me nō humanitate
solū: sed benignitate etiā persepe exceperis. Itaq3 ex eo tpe intel
lexi permagnā michi in te spem et positā esse et constitutā. Iñq3
factū est vt ita te obseruē ac venerer: vt me abs te putez dignum
existimari: in quo nullum beneficiū tuū sit intermoritur. Que
mea me de te opinio ne falsum habeat: est magnitudinis et mu
nificētie tue. Quid aūt abs te velim: ethrusco sermone intelliges
Est celeritate nō minus opus q̄ beneficentia. Uale. ex medio-
lano. iiij. nonas aprilis. M. cccc. liij.

¶ Frācis̄cus philelfus Alexandro sphortie
attendulo principi Pisauri salutem.

e Xistimabā te ante repetiturū mediolanū q̄ proficisce
reris in Tusciam. Sed qm̄ didici secus fore: qd p̄sens
tecū ac corā actur⁹ erā: nūc et absens et p litteras agā: necesse est
Propediē iussu principis nō tā sui q̄ negocij mei cā romā itur⁹
sum ad summū pontificē. Ut nosti ex eo sum phorum ordine q̄ rez
pecuniariā in bonis nō ducūt. Quo fit vt neq3 sim auri diues nec
esse vnq̄ possim. Nam h3 nemo qd negligit. Et michi tñ habēda
est rō dignitatis Sphortiane: eo p̄sertim concessurus vbi cultus
exterior nō paucioꝝ q̄ interior sol3 estimari. Michi plurib⁹ op⁹
est q̄ princeps affatim p̄stare nō oīo potest. Itaq3 partiendū hoc
oneris tecum est. Quā tu prouinciā si libēter fueris āplexus: non
minus iudicādus q̄ nominādus Alexāder existimeris. Uale. ex
mediolano. iiij. nonas aprilis. M. cccc. liij.

¶ Frācis̄cus philelfus Andree alamanno sal.

e Rat vel officij vel hūanitatis tue posteaq̄ hinc florēn
tiam reuertisti: litterarum aliqd ad me dare quibus de te

tuisq3 rebus oibus ꝑ amicitia nostra certior fierē. Quod tñ te nō fecisse eo fero moderati⁹: qđ neogamos on amoris q̄ꝫ amicitie: hoc est vxoris q̄ꝫ Phílelfi ratione habere maluisti. Verū si sapis oia modice. Nam ager frequētius q̄ꝫ par sit renouat⁹ nō admodū sepe prodit in segetē. Ad filioꝝ procreatio-nem nō ad voluptatē coniugiū est constitutū. Qui quo rarior est humanis in rebus: eo suauior est voluptas ois. Naꝫ qđ satietatē affert: iucundū oio esse non pōt. Quare si ad hominē amicissimū scripsisses: nō modo fecisses ꝑ officio: sed qđ surripuisses tpis: ad maiorem tibi voluptatē surripuisses Itaq3 si me audis: lrāꝝ fasciculos ad me q̄ꝫprimū accōmoda. Et qđ ipse agas et quid agaf in Tuscia: fac intelligā. Nam h̄ nos ad bellū accingim⁹ nō sustinēduꝫ: sꝫ imortali nr̄a cū gloria ꝓfligādū Non eni alere bellū volum⁹: sꝫ finire. Id qđ si etiā vos factū ire constitueritꝭ: et vobis ꝛ florētissime respu. nr̄e q̄ꝫ saluberrime consuletis. Nec est ꝓfecto quisq3 in noie latino qui vobis vnius cuꝫ et animi magnitudine ꝛ altitudine: tum etiā prudentia sit sup̱ior Quo fit vt nisi ciuilis vel discordia vel simultas rectos cogitat⁹ vestros impediat: victores breui futuri sitis. Vale. ex mediolano iiij. nonas apriles. M.cccc.liij.

¶ Frācíscus phílelfus Nicolao stroze equiti aurato sal.

Putas fortasse vel obliuione vel negligentia factū esse: vt qđ ab me istinc soluenti petieras: nondū ad te ierit Sed neutri profecto istiusmodi vicioꝝ est locus apud me vllus. Nam et memoria valeo plurimū ꝛ sum vnus oīm diligētissimus: p̄sertim in his rebus que amicoꝝ intersunt. Qđ autē vehemēter et diligā te ꝛ amem: tum ea facit familiaritas ac necessitudo: que michi est iam multis annis cum vniuersa Strozaruꝫ familia: tum ipse tu qui de me priuatim es bene ꝓmeritus. Sed duo fuerunt in cā: vt in hanc diem minus sim (vt volebā) tibi gratificatus. Nam et librario carui ꝛ quiddā pro officio meo p̄stare me principi meo oportuit: qđ ita me impediuit vt nichil omnino ocij michi cōcessum fuerit. Sed quo serius prestiti: eo cumulati⁹ propediē ad te ibit. Tu me interea temporis vt amare non cesses etiaꝫ atq3 etiā rogo: vt qđ ita intelligā te fecisse si me nobilissimo isti pricipi quotidie magis feceris cariorē. Grauissimū et humanissimū virum Lodouicū Casellam bene valere opto. Vale: et disertissimo Tito meo salutem plurimā verbis meis nunciato. Ex mediolano pridie kalen. apriles. M.cccc.liij.

¶ Frācíscus phílelfus Nicolao varoni sal.

q Uod nichil ad te scripserī post meā a vobis abitionē: honeste quedā occupationes mee cām prestiterūt. Itaqꝫ rogo te: michi vt ignoscas: tibiqꝫ ꝑsuadeas: me vnū esse qui tāto te amore cōplector: vt aliū magis neminē. Itaqꝫ si quid in me est qꝺ tibi iucundū esse possit: id ita esse tuum existimato: vt meū magis esse nō possit. Cōmuni pricipi me q̄ diligētissime et q̄ sepissime cōmenda. Prestātissimū virum eloquentissimūqꝫ casellaꝫ saluere plurimū opto. Uale. ex mediolano pridie kalen. aprilles. M.cccc.liij.

Frācīscus philelfus Frācisco castrēsi grāmatico sal.

q Uam tibi ꝓuinciā istinc soluēs delegarī: debes eē nequaq̄ꝫ nescius. Itaqꝫ miror nullas me accepisse lrās tuas cū eo carmie: qꝺ in principē istū omni laude ꝛ admiratione dignū ex tpe luseraꝫ. Feceris igit pro beniuolētia nr̄a si tali me desiderio q̄ primū leuabis: qꝺ vt facias etiā atqꝫ etiam abs te peto. Uale. ex mediolano pridie kal'. aprilles. M.cccc.liij.

Franciscus philelfus Lodouico caselle sal.

c Um Antonius tricinus Ferrariā peteret: indignū me factuꝫ existimabā si is meis vacu⁹ litteris ad vos isset Quid aūt aliud ad te scriberē q̄ vnū illud qꝺ et libēter apud oēs et cōtinenter p̄dico: me tibi cū ꝓpter maxīas tuas mirabilisqꝫ virtutes: tū ꝓpter singularē tuā erga me humanitatē ac bn̄ficentiā debere plurimū? Itaqꝫ tibi velim certo ꝑsuadeas me vnū esse ꝑpetuoqꝫ futuꝫ q̄ nichil neqꝫ magnū neqꝫ paruum recusatur⁹ sim tua cā. Quare abs te peto atqꝫ cōtendo vt oībus in rebus officio operaqꝫ mea nō vtaris solū: sed etiā si opus fuerit (vt ita dixeris) abutaris. Uale: ꝛ cōmuni principi me vt soles carissimum redde Ex mediolano. xvi. kalen. mayas. M.cccc.liij.

Franciscus philelfus Petro perleoni sal.

c Um primū cādidus Bontēpus eques aurat⁹ pricipis tui nomie venisset Mediolanū: et ex eo certior factus essem de oī statu tuo id qꝺ minus cumulate ex litteris tuis quas filio Xenophonti ad me dederas: ante cognorā: mirabili gaudio sum affectus: et tibi per meas litteras (vt par erat) cōgratulatus Deinde cū dies cōplusculi p̄terissent didici ex eodē Candido litteras meas oīs et quas ad te ꝛ quas ad principē tuum dederam esse intereundū tabellario interceptas surreptasue. Itaqꝫ et ad Sigismundū principē eadem rursus scripsi que antea et tecum idcirco egi breuius: qm̄ per tabellarium nō licuit vti prolixitate. Quare ea dumtaxat audies grece que apud principē tibi tuum

verbis meis et dicenda sunt & curanda. Uale. ex mediolano.xv.
kalen.mayas.M.cccc.liij.

¶ Franciscus philelfus Iacobo camerinati sal.

n Isi vehemēter amē amorē tuū: ingrat⁹ sim. Que splē-
didissime eqtis aurati Iohānis tholētinati scriba tuo
noie michi corā exposuit libētissime audiui. Quid aūt aut sentiā
aut velim: tecū vna Cremone ad paucos vsq3 dies cōmētabor ac
statuā. Nam ad kal'.mayas hinc capiā iter ad vrbē romā negocij
mei grā: et id quidē ex pricipis nostri snia. Qd aūt queri visus es
qd nichil ad te scribā: nō iure id facis. Nam primis diebus lrās
ad te dedi. Tu vero Endymionis somnū dormitas: rūdesq3 oio
nichil. Sed idcirco ignosco tibi qd ita ranar Cremonēsium cla-
moribus obtūderis vt apud te esse nō possis. Uale. ex mediolano
xiiij.kalen.mayas.M.cccc.liij.

¶ Frācīscus philelfus Alexādro sphortie sal.

e T si proximis litteris debes satis intellexisse q michi
opus sit ope tua: nec pterea sum ignarus cū pro tua aī
magnitudine: tum p mea erga te obseruātia te michi libēter gtifi
caturū: tn q2 noui maximas tuas ac ppe infinitas occupationes
rursum visus es admonēdus. Ego romā sum propediē concessu
rus. Nec omia michi adsunt quibus est opus ad id itineris. Nec
michi tam mee q Sphortiane dignitatis ratio est habenda. Re-
liqua tu pro tua prudentia potes cōsiderare. Uale. ex mediolano
xiiij.kalen.mayas.M.cccc.liij.

¶ Franciscus philelfus Alexādro sphortie sal.

p Erhūaniter m̄i nudiusnon⁹ pbenigneq3 rūdisti. Itaq3
tibi nō possu3 ingētis grās nō hre. Dicis tu aūt & facis
omia pro magnitudine aī tui nobilitateq3 nature. Reliquū est vt
qd tua illa graui suauissimaq3 epistola michi tam liberaliter rece
pisti ad quatriduū vsq3 te factur id olim effectum reddas. Nam
hoc michi prestare gratius hoc tempore nichil potes. Uale. ex
mediolano.iij.kalen.mayas.M.cccc.liij.

¶ Frācīscus philelfus Nicodemo trāchedino sal.

q Uanq3 nō eram nescius te memorē fore: & quid michi
corā recepisses: et quid te facere oporteret: tn̄ cū mecū
animo volutarē: q esses occupatissimus: rursum visus es admo
nendus. Duo sunt que tu mea causa sis facturus: alterū florentie
ore auribusq3 tuis: et rome alterū per litteras. Hec vt et q primū
et diligenter cures: te etiam atq3 etiā rogo. Uale. ex mediolano
pridie kal'.mayas.M.cccc.liij.

¶ Franciscus philelfus Alexādro sphortie sal.

q Uem rosei coloris pannū dono misisti michi: libentis-
sime accepi. Sumq; tua munificētia non mediocriter
delectat⁹: et ne id quidē minus aīo tui q̄ doni magnitudine. Non
enī qd̄ muneraт: sed munerātis anim⁹ maxime liberalitatē beni-
gnitatēq; declarat et facit. Nam qd̄ verbo extenuaris: qd̄ est apd̄
me amplissimū: satis id supq; oñdit: et me tibi esse carissimū ⁊ te
nichil pluris ducere q̄ virtutē. Gratulor igiт felicitati tue: qui vt
es aīo excelso splendidissimoq; ingenio: nichil abiectū: nichil hu
mile neq; loquaris nec sentias. Reliquū est vt tibi ꝑsuadeas tua
apud me bñficia omnia fide bona eaq; nō ingrata esse deposita.
Uale. ex mediolano. iij. nonas mayas. M. cccc. liij.

¶ Frāciscus philelfus Johāni iacobo ricio iurecōsulto sal.
Enetoꝝ conflictū qui ꝓximis ānis in Pado apud op
v pidum Casalē que maior cognominaт: gestus est: litte
raꝝ īmortalitati sum cōmēdatur⁹ in quīto hoc sphor-
tiados libro: q̄ michi habeт in ꝓ̄sentia in manibus. Quid abs te
petierim diebus supioribus puto te nō oblitum. Si vestram vos
laudē neglexeritis: num ego sim curaturus. Uale. ex mediolano
iij. nonas mayas. M. cccc. liij.

¶ Frāciscus philelfus Jacobo camerinati sal.
q Ue de me ⁊ sentis et loqueris: audio nō inuitus. Nam
indies magis magisq; oñdis singularē beniuolētiā in
me tuā. Ego ita romā sum ꝓfectur⁹ vt ad quartū vsq; mēsez ad
summū sim rediturus mediolanum. Odas ego tibi anteq̄ edam
quo pacto sim cōcessurus preserti opere nōdum emendato. Epi
stolarum libros decem hoc anno edere institui. Has tu omnium
primus habiturus es: vsurusq; pro arbitrio tuo. De iannocio qd̄
scripsisti nō intelligo. Itaq; nichil est quod respondeā. Uale. ex
mediolano. iij. nonas mayas. M. cccc. liij.

¶ Frāciscus philelfus Nicolao stroze eq̄ti aurato sal.
Etiisti a me nuper cū Ferraria essem mediolanū repe-
p titurus eam quā ad regem francoꝝ Karolū aduersus
turcos et sarrhacenos scripsissem epistolā. Quā vt se-
rius ad te darē: honeste quedā occupatiōes mee in causa fuerūt.
Nunc vero ꝑ vna idcirco epistolas quattuor ad te dedi: vt intel-
ligeres cunctationē hanc nō studio factā esse: sed necessitate. Nā
nichil est qd̄ malim q̄ nō tibi solū cui me debere plurimū iudico
sed strocis oībus propter Pallātem meū morem gerere. Uale.
Ex mediolano pridie nonas mayas. M. cccc. liij.

¶ Frāciscus philel. Petro thomasio pħo ac medico sal.

r Edditus est michi secūdus liber de exilio quē misisti. Tibiq; habeo grās: qđ eum domū tandē repetere coegeris. Idem si de ceteris etiā feceris qui istic tādiu hospitātur: magno me afficies bñficio. Sunt eni hi oēs apud Bernardū Justinianū: quos vt noie meo repetas: et huic isti tabellario ad me des: te maiorē in modū rogo. Legit preterea Patauij medicinā Mattheus perusinus vir nō philosophus solum: sed etiaʒ disertus. Cui sunt duo illi hippocratis libri: quos (vt nosti) iampridē ex greco in latinū conuertim⁹: alter de flatibus: alter de passionibus corporis. Itaq; rem michi facies pergratā: si eos libros ab eodem Mattheo verbis meis repetitos q̄primuʒ reddi michi curaueris. Que prouincia tua fuerat scribendi ad Poggium et ad Vallam ea ipse sum functus. Cuius epistole exēpluʒ cum plus ocij nactus fuero ad te dabo. Uale. ex mediolano pridie nonas mayas. M.cccc.liij.

¶ Franciscus philelfus Nicolao varoni sal.

q Uo diuti⁹ desidero tuas eplas eo magl magisq; idies earꝫ apud me desideriū augescit. Quare vt huic mee tāte ꝛ tā suauissime siti aliqñ potū afferas: abs te etiā atq; ēt peto Et qꝛ fortasse nullū tibi scribēdi argumētuʒ occurrit: accipe paucis qđ rñdeas. Nosti vel apud Aristotelē tuū cum aliis plerisq; in locis: tū in his libris q̄ de rebus naturalib⁹ q̄ vocātur: inscripti sunt Democriti opinionē de atomis. Atomos auteʒ esse volunt corpa indiuidua. Scire igitur cupio ea indiuiduitas vnde sit. Non eni puto dixeris id ꝑpter paruitatē accidere: cum atomos ipsas inter sese diuersas et figura ꝛ magnitudine ꝛ vi et natura esse constet. Expergiscere igitur atq; ingeniū tuuʒ excute: michiq; diligenter expone: quāobrem eiusmodi corpora quibus democritij ꝛ epicurei: tum mūdum oēm: tum singula, ea queq; in mūdo sunt constare volunt: indiuidua noiarint. Uale. ex mediolano pridie ydus mayas. M.cccc.liij.

¶ Franciscus philelfus Lodouico caselle sal.

t Antā michi nuꝑ cū ferrarie essem beniuolētiā oñdisti vt nichil videar magis cupere q̄ te visere q̄sepissime. Qđ m̄ qm̄ alit hoc tpe ꝯtigere nō p̄t: vtar nūcio lrāꝝ qb⁹ et videā te ꝛ alloq̄r. Idē tu si feceris: in sūmis occupationib⁹ tuis: ad tuū erga me studiū nō paruus cumul⁹ accedet. Sin min⁹ feceri nō te cui scio me esse carissimū: sꝫ publica munera accusabo: q̄ tñ ipsa anteponi priuatis vt decet: ita etiā modice fero. modo me nobi-

lissimo isti principi indies magis magisq; cōmendes. Uale. ex mediolano pridie ydus mayas. M.cccc.liij.

¶ Frācíscus philelfus Nicolao arciboldo iurecōsulto .sal.

n Equaq; sum nescius mea tibi oia maxime cure esse. Quo fit vt vel tibi fortasse videar rem meā admodum negligere qui nullū faciā tecum verbū: cui⁹ michi opa vehementissime opus sit. Qd ne accidere iure possit: peto abs te vt qd vna de mea pfectione cōmentati sumus: q̄primū quātum in te fuerit: cōfectum reddas. Hoc erit michi tam gratū q̄ necessariū. Uale. medio. ex edibus nostris ydibus maiis. M.cccc.liij.

¶ Frācíscus philel. Nicolao arciboldo iurecōsulto sal.

g Audeo equidē et tibi munificētissimo viro debere plurimū et illi harpyie nichil. Nā in accipiēdis etiā beneficiis liberalitatis cuiusdā positū mun⁹ est. Itaq; iuxta idignū puto ab hoibus idignis bñficiū accipere atq; in idignos cōferre. Itaq; vtar eq̄ quē pollicer et amice et fide bona. Qd princeps decreuit: hodie m̄ nūeraf. Dū dies octo h̄ sum: cupio videre q̄ tuus librarius scripsit. Que veliz huic puero ad me des. Uale. Mediolani ex edibus nostris. xiiij. kal. iunias. M.cccc.liij.

¶ Frācíscus philelfus Enico daualo eqti aurato sal.

e X binis his lr̄is quas Joāni ātonio fossano ad te dedi potes iā liq̄do cognoscere aduētuz ad te meū ppediē fore id qd aliis itē lr̄is tibi scripsit: q̄s hic Gisptbus gymara vna cū hisce vltimis tibi reddidit. Et vt rē pauc teneas: ad octo vsq; dies ad summū hinc sum cōcessur⁹ romā: quē adusq; locū libera pfectio m̄ data est. Jn̄ ad te ipse m̄ meo iure eundi veniā dabo. Nam q̄ liber et nat⁹ sim et semp vixerī: me seruū fieri nullo pacto patiar. Uale. ex mediolano. xij. kal. iunias. M.cccc.liij.

¶ Frācíscus philelfus Nicodemo trāchedino sal.

e T amorē et diligentiā tuā tantifacio q̄ti aliud nichil: qd michi iucundissimū esse possit. Delectarūt me vehemēter oia: que mea abs te causa vel gesta sunt vel tētata. Nec pluris euentū cuiusq; rei faciundū existimo: q̄ vel prudētissimū consilium tuū vel studium erga me singulare. Quid vir magnus ille respōderit intellexi: cui nō possum ingētis gratias nō habere: qd se tam et humano in me animo et facili liberaliq; ostēdat. Operā dabo ne me vnq̄ possit ingratitudinis accusare. Litteras Honofrij Macarij tui vel iam etiaz nostri legi perlibēter. Sumq; eius ingenio mirifice delectat⁹. Est enī et fecundū et facile planeq; ingenuū. Non potui autē non surridere: qd ei de me amicus noster

ille responderit. Facitis certe vt debet qui eadē vtatur vite con=
stantia ad vltimā vsq3 diem: quippe cui9 senectus sit eadem que
leonis. Sed quid agamus: frustra nitimur. inuita Minerua. Na
tura valentius nichil est: nichil difficilius. Uiuamus nos more
nostro: alij suo. Qui officio fungit: nichil habet qd doceat: nichil
qd accuset. Cupio cū te ad florentinos receperis q3 diligētissime
cures: qd vulpecula illa obtegit. Hoc erit m̄ tam gratū q3 qd oīm
maxie. Nos bn̄ valem9 oēs. Idē tu vt cures: te nō solū moneo: s3
etiā rogo. Uale. ex mediolano pridie ydus iunias. M.cccc.liij.

¶ Franciscus philelfus Alberto zancario sal.

a Ccepi litteras tuas ad me ꝛ cu3 his eas binas: q̄s duo
disertissimi Nicolai et perotus ꝛ vulpes ad te dederāt
Habeo et tibi ꝛ Nicolais ingentes gratias: qd tam amice de me
sentitis. Nam qd dixerim vere: cū et ipse longe humilius de me
sentiā: ꝛ amorē vnde manat amicitia: cecum finxit ātiquitas? In
presentia tecū pluribus agere ipedior. Ad paucos vsq3 dies lon=
gior sum futurus: et id quidem nō per litteras: sed presens ipse ꝛ
corā. Uale: ꝛ vtriq3 Nicolao salutē plurimā dicito verbis meis.
Ex mediolano. xiiij. kalen. iulias. M.cccc.liij.

¶ Franciscus philelfus Petro perleoni sal.

r. Eddite michi sunt littere tue: cū iam itineri accingerē
et hec quidē sole. Nam p̄ter hasce vnas quas et vidi ꝛ
legi libētissime: vt soleo semp quicqd abs te manat: neq3 deipho=
bum vidi: neq3 aliud quicq3 nescio qd: qd signatū esse monueras
Que scripsisti itellexi oīa. Istic ꝑpediē me videbis vbi de rebus
oībus q̄s vel tua vel mea infesse existimam9: diligētissime cōmen
tabimur. Uale. ex mediolano. xiij. kal. iulias. M.cccc.liij.

¶ Frācıscus philel. Lodouico mātue marchioni sal.

q Uod iam tertiū a Philelfo itur ad te eximie tue virtu
tis gr̄a: scio me tibi rem facerem nō ingratā. Quid enī
principi nobilissimo et Gonzage Lodouico ip̄rimis gratius pōt
optatiusue ꝯtingere q3 eam offerri cām: qua se dignū principatu
queat oñdere? Scim9 sane aliud nichil ēē quo ciuitatū pricipes
ac reges videātur beatiores priuatis hoībus q3 benefaciēdi ꝛ do
nādi magnificētia. Hec vna res syracusanū Dyonisium imorta=
litatis memorie cōmendauit. Huius item pulcherrime virtutis
splendor Archelaū macedona cunctis oñdit gentibus admira=
bilem. Et Phalarin tyrānum ceteris in rebus immanē ac teter=
rimum iudicatū sola munificentia in doctos et bonos viros red=
didit memorabilē. Nam qd loquar de Alexādro rege macedonū

quid de. G. Julio Cesare apud quos nichil benignitate: nihil beneficētia fuit antiqui⁹: Patrē tuum Johānem franciscū summū virum et principē clarissimū dicere solitū predicāt nichil sibi videri indigni⁹ principe q̄ pecunias q̄bus tanq̄ seruis et pecorib⁹ sit vtendū vel auidi⁹ cumulare vel partius elargiri: ac satis superq̄ esse dn̄is ciuitatū: qd̄ populis presint: qd̄ imperitēt: qd̄ honorent. Aurū autē et argentū aut nō curādum: aut q̄ liberalissime erogādum: ne mide cuiuspiā phineosq̄ siles iudicētur. Tu vero et princeps liberalissim⁹ et munificētissimo natus pricipe iuit⁹ Philelfum audies: qd̄ offerat tibi sepius honestā materiam promerendi. Scio certe ñ facies q̄ppe qui et aīo sis alto et magno: et michi vehemēter affectus. Ut aūt ad rem veniā: despōdi modo filiā viro: quam idcirco nondum tradidi: qd̄ ducati desunt ad dotē ducenti quīquaginta. Hi michi ab amicis cōparandi sunt: e quoꝝ nūero cum te sciā eum esse cui sim carissim⁹: primus oblatus es: cuius hac in re munere vti volo. Itaq̄ abs te peto: ac ēt si pateris rogo vt huic meo adolescēti qui tibi litteras reddidit: aureos quīquaginta dono ad me des ea lege cōditioneq̄ vt nisi in Sphortiade tibi conflatū es omne pro dignitate dissoluero: ego tibi fiam pro debitore creditor. Nam si recte michi es cognitus: nunq̄ beneficium fenerari didicisti: quin quo es in conferendo alacrior: eo te magis id debere putas. Ipse autē (si bene me noui) nichil est: qd̄ minus velim q̄ iudicari ingratus. Uale: et me vt soles ama. Ex mediolano. x. kalen. iulias. M. cccc. liij.

Frācisċus philelfus Galeacio epo mātuano sal.

n Isi vna omnium voce predicationeq̄ cognitu3 michi esset te animo vigere ingenti et perbenigno: subdubitarem fortasse beneficij quippiā abs te petere: a quo nichil antea promeruerim. Sed cum sis tali tantaq̄ virtute: vt humana oīa infra te ducas: intelligasq̄ nichil esse magis homini proprium q̄ benefacere vel ignotis: quippe qui se simillimū eius velit: ad cuius est ymaginē similitudinēq̄ creatus: maiore cum fiducia tuas en pulso fores: quas michi facile apertum iri non dubitem. Despondi modo filiam viro bono et nobili: cui dotis caritudine tradere nōdum potui. Nam (vt nosti) virtus et diuitie simul esse nō possunt. Te igitur pro tuis maximis īnumerabilibusq̄ virtutib⁹ maiorem in modum rogo atq̄ oro: vt ducatos centum michi cōmodes ea conditione vt intra ānum eos tibi omnino bona fide redditurus sim. Quod si prius (vt spero) prestare potero: nichil dissimulabo. Scio te id qd̄ summe tue est laudis: nūq̄ pecuniis

abundare: et si reddit⁹ habes ãplissimos cũ ex ecclesia: tũ etiã ex patrimonio. Nã quicqd supest a reb⁹ necessariis: id om̃e ꝑ liberalitatis: vl' ꝑ pietatis officio in eos tribuis: quos dignos cẽseas in quos bñficiũ cõferat. Tue igit humanitatis fuerit vt ita i me pi⁹ liberalis ve sis: vt ĩtelligas nullũ apd me officiũ tuũ ĩtermoꝛtuꝝ. Nõ eñ solũ ad cõstitutũ tẽpus tuũ ad te mutuũ redibit: sed cum vsura etiã litteraria redibit. hui⁹ aũt rei gratia hũc meũ adolescẽtẽ ad te fidũ nũciũ misi cui veli ad me des qd petit. Vale ex Mediolano. x. kal'. Julias.

¶ Frãciscus phil. Lodouico Mãtue Marchioni sal.

n On possum ꝑfecto nõ letari: qd magis magisq̃ idies ⁊ michi et ceteris oĩbus pſpicuũ facis ea te eẽ animi magnitudine vt nihil malis q̃ benefacere q̃ vti munificẽtia. Ut parui eñ ẽ animi ardere diuitias: ita hi michi ꝑinde atq̃ magni q̃dã ac p̃clari viri cẽsendi sunt: qui illis ad benignitatẽ gloꝛiãq̃ vtant. id quod tũ maxime fieri puto cũ in eos apte cõferũtur: qui se ab incerti vulgi desidia abducũt: ad idq̃ vehemẽter studẽt: vt ⁊ suũ et amicoꝝ nomẽ immoꝛtalitati cõmendẽt. Gratuloꝛ igit tuo tanto ac tali bono qui te nõ minoꝛẽ virtute pꝛestes q̃ es foꝛtuna supioꝛ quippe qui nequaq̃ ignoꝛes hãc instabilẽ esse caducãq̃ solere: At virtutẽ ⁊ firmã et sempiternã. Ad hmõi vero laudis studiũ et si nature bonitate duci te arbitroꝛ: nõ parũ tñ adiut⁹ disciplina q̃ ceteros nostre tẽpestatis pꝛincipes mirifice anteis eos omnis ac tibi via vel deuĩcis vel amplificas: q̃s intelligis nichil pluris facere q̃ splẽdoꝛẽ ingenij q̃ laudatissimaꝝ artiũ pulchꝛitudinẽ ac decus. Ita nõ iniuria et amaris a doctis omnib⁹ et quotidie magis magisq̃ celebꝛari. Nã vt ceteri ipsi de se loquãt ego tãti te facio vt nichil est qd mali: q̃ et audire et dicere de tuis diuinis sum misq̃ virtutib⁹. Quo igit i me fueris benignioꝛ: eo te studiosi⁹ ꝑsequar hmõi animi gratitudine. Vale ex Mediolano. x. kal'. Julias. M. cccc. liij.

¶ Frãciscus phileIfus Lodouico cardinali Aquileieq̃ patriarche sal. dicit plu.

c Onsiderãti michi pat reuerẽdissime Lodouice cardinal' atq̃ patriarcha cũ tuas alias ꝑmultas egregiasq̃ virtutes: tum eximiã animi magnitudinẽ facile visũ ẽ te nõ modo nõ iuite: sed etiã perlibenter et alacri benignitate id esse facturum: quod homini tui pꝛeclari nominis obseruantissimo ac tue dignationi vetere beniuolentia deditissimo maxime conducturum necessariumq̃ cognoꝛis. Intellexisti ex ipso me coꝛam nuper michi

filiā esse nubilē:neq3 aliud p̄ter dotē deesse quicq3: quo minus tē pestiue traderet viro. Ea nūc ē tēporū calamitas:vt quod vltimū omniū querendū sit in futura spōsa:id primū expetat. Quis em̄ hac tēpestate eo sit aīo: qui vel probitatē vel forme prestantiam vel parentum claritudinez pluris faciat q̄ȝ pecuniā? Modo sint nummi:reliqua oīa negligunt. Quo fit vt sapiētis illius Athenīēsis viri consilium de sponso deligendo: qui ait se malle virum carentem pecuniis:q̄ȝ pecunias viro: in capiunda spōsa oīno sit cōtēnendū:ita sūt hominū īgenia corruptis morib⁹ deprauata ꝛ pdita. Et ne sim lōgior q̄ȝ oportet:apd āplitudinē tuā:michi opus est ope ꝛ auxilio tuo. Subueni obsecro instanti huic mee et honeste necessitati. Quantulūcunq3 donaueris : maximi pulcherrimiq3 muneris loco ducā. Quod defuerit ad summā dotis : querā ex aliis iis principib⁹ quibus noui me esse carissimū. Nec dubito verissimū fore preceptū illud promissumq3 euangelicū: Querite et inuenietis: petite et dabit vobis. Tu veli modo initiū facias cui⁹ res geste et multe sunt ꝛ preclare:quib⁹ nisi ipse cumulatissime ad īmortalitat memoriā satisfecero: m̄ igratitudinis diē dicito. Vale pater clementissime. Ex Mediolano. viiij. kalen. Julias M.cccc.liij.

¶ Franciscus philelfus sal. di. pl. Nicolao Arciboldo ducali senatori ac iureconsulto.

q Uod tibi sciebā fore nō iīucundū volui itelligeres : qd michi neq3 sperāti neq3 cogitāti Rome cōtigit. Huc em̄ cū venissem ad q̄ntūdecimū Cal. augustas paulopost meridiē: eo cōsilio vt postridie mane neapoli versus it caperē. Nā reliquū ei⁹ diei decreuerā ꝛ michi quiescere et famulis:nec minus etiam equis ex accelerato itinere fatigatis. Nec tn̄ interea temporis me ocio ita cōmisi:vt non curarim ea visere oīa:que ex veteribus reliquiis ac ruinis memoratu digna existimāt. Sed hec iccirco pretereo:quoniā tibi qui Rome non semel fueris: et visa sunt et cognita. Mane cū paulopost equū forē ascensurus:venit ad me salutatū Blondus Flaui⁹ vir certe perhuman⁹ ac disertus:qui vbi mecū eēt quedā de cōmunib⁹ studiis cōmemorat⁹: Hora ē inq̄t adeūdi pōtificis. Eamus igitur. Huic ego cū respondissem et id fortasse subrustice : instituisse me post reditum ex vrbe Neapoli eiusmodi vti officio:nūc em̄ id michi nō licere: quoniam maturarem:visus est ille nō mediocriter admirari:cū diceret. At summ⁹ pontifex hesterno vesperi permulta est de te locutus et amice et honorifice. Ait em̄ quo primū i Italiā e Grecia reuertisses fuisse

tibi secū cōsuetudinē multā familiaritatēq͡ꝫ piucundā:teq͡ꝫ magnis extulit laudib⁹. Itaq͡ꝫ tui mūeris eē reoꝛ ne ex vꝛbe moueas pedē pꝛius q͡ꝫ eius sanctitatē adieris: qđ tibi ñ modo honoꝛificū foꝛe arbitroꝛ:verūetiam q͡ꝫtum possum cōiectura assequi nō paꝝ emolumēti allaturū. Is vbi videt me persistere in sententia abiit subtristis. Cunq͡ꝫ iam equū ascenderē:ecce Petrus nucetanus apostolic⁹ secretari⁹ festinat ad me:aitq͡ꝫ subꝛidēs. Tu maioꝛ factus es pōtifice maxīo:ab equo vł desiderat⁹ redderis insolētioꝛ at caue dum tibi tantū arrogas ne supbie accuseris. Neq͡ꝫ vbi de ꝓterū bꝛachiū sinistro meo supposuisset bꝛachio per q͡ꝫ urbanissime ad pōtificem egit:ab q̄ tanta sum comitate simul charitateq͡ꝫ exceptus:vt meipm nō ab re vel rusticitatis vł ingratitudinis arguerim. Cetera litteris cōmittenda nō sunt: sed ea tibi cuꝫ reuertero:coꝛam exponā que scio tibi foꝛe ḡtissima. Sed vnū certe nō reticescā. In mea enī abitione donauit me vltro pontifex munificentissim⁹ nūmis aureis:quos vulgo ducatos nomindruntur:quigentis cum egregia quadā honoꝛatione verboꝝ. Cum hec ad te scripsi erat dies natalis meus octau⁹ kalen. augustas:cū initium facerem etatis mee anni quinti et quiquagesimi. Nam reliq̄s dies idcirco egi rome: qm̄ meus satyꝛaꝝ codex quem dono ferebā ad Alphōsuꝫ erat penes ipꝫ pōtificē maximū. Nec pꝛius m̄ restituit q͡ꝫ totū lectitauerit. Uale. ex vꝛbe romana. viij. kał. augu. M. ꝛc.

¶ Frācíscus philelfus Xenophonti filio sal.

e Xcepit me rex Alphōsus cū perhumanit̄ ꝛ honoꝛifice tum etiā munificētissime. Nichilq͡ꝫ omisit:quo minus ōnderet me sibi carissimū esse ꝛ iucundissimū. Sed de his pꝛope diem tecū et apertius ꝛ latius. Nam ad sex vsq͡ꝫ dies iter capiam istuc et istinc:deinde Mediolanū. Interea tēpoꝛis diligenter inquire:an gradarius vllus equus rome venalis sit. Nam hic inuenio nullum qui me delectet. Cuiusmodi enī cupiam: nō te latet. Uale. ex Neapoli. vi. ydus augustas. M. cccc. liij.

¶ Frācíscus philelfus Xenophonti filio sal.

h Eri Alphonsus rex me Capue fecit equiteꝫ auratū:et id q̄dem mane in celebꝛatione dominice hostie in maximo pꝛincipū cōspectu. Deinde cum post meridiē ad quartum lapidem extra vꝛbem ꝓfectus tentoꝛia statuisset in feracissimo illo agro qui ad Uesevū iacet hoꝛa diei vigesima pꝛima suis insignibus me donauit q͡ꝫ honoꝛificētissime. Post triduuꝫ (vt spero) capessam iter ad vꝛbem romā et istinc mediolanū. Uale. ex Neapoli. xvi. kalen. septembꝛes. M. cccc. liij.

¶ Frãciscus philelfus Nicolao arcimboldo iureconsulto ducaliq3 senatori sal.

c Um hesterno vesperi ex Neapoli Capuã venissem repetitur⁹ Mediolanũ hoc mane su3 ad Alphõsu3 regẽ pfectus in castra salutatũ: qui me vt solet: excepit phumanit et p iucunde. Jussitq3 vt qm̃ esset occupatissim⁹: post meridiẽ redirẽ ad se. Qđ vbi fecisse3 in maxio ac pulcherrimo nõ militũ mõ: sed etiã nobilissimoꝝ hoim cetu et suoꝝ ⁊ exteroꝝ ita ait. Nos te mi Philelfe iãpridẽ videre desiderabam⁹: qđ nobis cõtigisse gaudemus. Nã opinionẽ de te nostrã nõ equasti solũ: sed admodũ supasti. Donauim⁹ te ãtea dignitatꝫ militaris nostrisq3 isignib⁹. Reliquũ est: vt qđ tibi maxime debet: poetica laurea te ornem⁹ quã capiti tuo tibi bene merenti iponim⁹. Habebat eni rex liberalissimus laureã paratã eamq3 ornatissimã: quã vbi capiti meo imposuisset: ita de me ad circũstantis honorifice: ita copiose: ita beniuole locut⁹ est: vt nõ rex excellẽtissim⁹ sed pater indulgẽtissimus loq videret. S3 hec et alia pmulta tibi corã exponã. Ego post biduũ psequar ceptũ iter. Jntea tpis meos ois tue fidei ꝯmendo. Uale. ex Capua vesperi. xi. kal. septẽbres. M.cccc.liij.

¶ Frãciscus philelfus Georgio trabesonde sal.

q Uod istinc abiens tibi sum pollicitus vbi primũ in vrbem veni: et summi põtificis Nicolai quinti adeundi michi data est facultas: quo tpe adhuc ex pedibus nõ mediocrit laborabat: ita egi causam tuã vt eius animũ iampridẽ alienatum (vt nosti) ita ad te conuerteri: vt reditũ ad se tuum nõ solum admittat: sed etiã desiderare videat. Jtaq3 moneo te atq3 hortor ne differas aduentũ tuum: sed velis ac remis (vt aiunt) secundis flatibus te cõmittas. Nam oia tibi in portu: omia tranquilla futura sunt. Uale: ⁊ maiestati regie me cõmenda. Ex vrbe roma. v. kal. septembres. M.cccc.liij.

¶ Frãciscus philelfus Nicolao arcimboldo iureconsulto atq3 senatori ducali sal.

h Asce ad te litteras dedi ex Tholẽtino: vnde post octiduũ arripiã ad vos iter tum equestris insignib⁹ et poetica laurea ornatus: tum secretarius apostolic⁹. Eculeus tuus si tãta esset corporꝫ magnitudine quãta animi ne bucefaralo quidẽ cederet. Mirũ est q3 se obsequentẽ prestat. Uale: meq3 vt facis ama. Ex Tholentino ydibus septẽbribus. M.cccc.liij.

¶ Frãciscus philelfus Archiepiscopo Rauẽnati Bartholomeo apostolico legato sal.

Jchil esse reor in viro graui et sapiēti: presertī i eo q quē
n admodū tu i magistratu ꝛ dignitate locat⁹ sit: quod plu
ris sit faciundū veritate et constātia. Jd autē tibi q̄cꝫ
amplissimo et summa integritate et sanctimonia patri liquido vi
deri non sum nescius. Non possum autē non mirari: quod eorum
nichil effectum sit: que nudiusnonus michi coram recepisti. tria
te petij cum pro mea erga te obseruantia: tum pro tue amplitudi
nis vel officio vel laude. Primum vt eam omnem disceptationē
que inter meos Tholentinates sanctoseuerinatesqꝫ versatur: tua
diligentia atqꝫ beneficio e medio tolleretur. Nam delegationem
illam in prestantem iurisconsultum Bartholomeum firmanum
et suspectam esse Tholentinatibus et molestam imprimis. Et ne
id quidem absurde. Est em̄ ex eorum hominum genere: quib⁹ cū
litigium etiā de confinibus est Tholentinatibus. Ad hec viatica
et sporthule locupletissimos quoqꝫ populos in odium sui rapiūt
Nec te latet famelicis sportulas: qd nomē ipsius de-
clarat: īitio esse non magistratib⁹ constitutas. Quanta autē in ifa
mia esset sporthula vel ex iuuenale licet itelligi. Huiusmodi autē
omnē morem vehemēter abhorrere a sanctitate summi pōtificis
Nicolai Quinti: debes nequaquā esse ignarus. Quare si cā tibi
erat cognita vt ipse decideres: contendi. Sin minus esset: vt pro
tua humanitate cognosceres atqꝫ definires. Fore enim vt quic-
quid ipse de ea omni controuersia statuisses: et ratum haberent
Tholentinates: et ita omnis discordiarum causa interiret. Jd te
pater modestissime et libenter et intra octiduum vsqꝫ terminatu-
rum perhumaniter es perbenigneqꝫ pollicitus. Que quidem
res tanta me tibi beniuolentia deuinxit: vt nichil addi posset ad
cumulū. Secundū qd petierā fuit vt quinqꝫ dierū sporthulas vł
viatica: que Bartholomeus idem superuacanee et auidius exige
bat: oīno ꝓ tua innocentia ꝓhiberes: id qd plane te facturꝫ respō
disti. Tertiū erat: ne iusta Tholētinatiū in scōseuerinatis idigna
tio traheref tanqꝫ in crimē lese maiestatis. Esse eni tue clementie
ignoscere potius q̄ꝫ cognoscere: presertim cum essent Tholenti
nates non solum iniuria: sed contumelia etiam a sconseuerinati-
bus lacessiti. At esse ingentis animi putat Aristoteles obliui-
sci iniuriarum. Contumelias aūt negligēdas nemo sapiens pro-
bat. Respōdisti tandē et si i cōscriptis tabellis: vt vocāt: ꝓcedere
tur: minime tn̄ fore: vt sententia ea de re ferretur. Nō possum igi
tur nō mirari: quod de summa cause in hunc diem nichil neqꝫ de
finieris: vt es michi coram pro tua humanitate munificentiaqꝫ

pollicitus:necꝫ tentaueris. Et ad Tholētinates littere misse sūt ab istis qui tua incuria cām suā vel defendūt vel agunt: ꝓpediē futurū vt snīa feratur de causa illa: quā ex ciuili criminalē ita faciunt: tanquā de sūmo ecclesiastice reip. statu decertatū sit. Itaqꝫ ne sim dicendo ꝓlixior: tuā benignitatem etiā atqꝫ etiā rogo atqꝫ oro: vt que mecū tā grauiter et tā constāter locutꝰ es: ita ꝑsoluas vt tua dignatio et iusticia postulat. Nā pontificis et pricipis verbum esse ꝓ lege debet. Uale meqꝫ vt facis ama. Ex Tholentino xiij. Kal. Octobres. M.cccc.liij.

¶ Franciscus philel. Iuliano Heremitaꝝ generali sal.

f Acit vel singularis mea erga te veneratio vel excellens tua sapiētia viteqꝫ sanctimonia: vt audacter ea abs te petam que tū apud deū: tū apud homines laudabilia eē duco. Tēplū hoc Nicolai Tholētinatis quē ob piētissimoꝝ operum merita in sanctorū cetu vniuersa locat celebratqꝫ ecclīa: in quoꝝ sacerdotū tutela statui deceat: nō te latet. Quis em̄ ignorat qd etiā preciosissimū sit vbi fuerit sordibus oblitū: negligi cōtemniqꝫ solere? Et res item minus omnino bonas ob cultū et ornatum exteriorem in admirationē sui rapere intuētes? Mentes hominū nō perspicimus: eas tū ex operibus iudicamꝰ. Malim equidē virtutis simulatorē q̄ apertū hostē. Qui vero animi bonitatē oratiōe vitaqꝫ declarat: hūc ego ꝓxime ad deū accedere iudico. Nec is m̄ satis officio videt̄ fūgi: qui sane penitꝰ mēti nō representat exterioris hoīs sanitatē et om̄i sermōe ⁊ vniuersa vita. Sed quorsū hec vt itelligas pater religiosissime multo meliꝰ huic diui Nicolai tēplo et vniuerso Tholētinatiū populo consultū iri: si tua dignatio eos sacerdotes ecclesie huic preferceris: qui aī innocentiā ꝑ oēm moꝝ viteqꝫ obseruantiā sanctissimi Aurelij Augustini represētarint. Qua qdē in snīa cūctos Tholētinatis facile reꝑias. Uale ex Tholētino. xiij. kal. Octobres. M.cccc.liij.

¶ Frā. phil. Nicolao Quinto summo pontifici sal. dī. pl.

t Holētinatiū oratores pat̄ beatissime ꝑiustā habēt querendi apd te cām quos vt ea facilitate audias: q̄ etiā oēs iiuria lacessitos semꝑ cōsuesti: tuā sanctitatē etiā atqꝫ etiā ⁊ rogo et oro. Sūt em̄ a sancto seuerinatibꝰ Tholētinates mei nō iiuria solū: sed maximis quoqꝫ cōtumeliis ꝑsepe affecti. Nec est quisq̄ apd Picētes neqꝫ magistratꝰ: neqꝫ preses q̄ remediū velit afferre Quo fit: vt idies magis atqꝫ magis et augescat hmōi malum et nō sine maximo periculo inualescat. Itaqꝫ ad tuā pietatē eūdum fuit qui ea es et sapientia et iusticia vt tū hoīm fraudes atqꝫ insi-

dias facile perspicias tũ oĩa grauiter ac inocẽtissime iudices: nec patiaris plus corruptionẽ posse q̃ veritatem. Quid hec sibi velit oratio: et si liquido potes cõiectare: oĩa tñ ex optimo atq̃ integerrimo viro Petro Nucetano pspicue itelliges. Ad hũc em̃ diligẽter oĩa vereq̃ pscripsi. Ad ea aũt bñficia quib⁹ me ornasti maximis: vnus hic cumulus accedet: si Tholẽtinates mei cognorint meas apd̃ te litteras sibi plurimum pfuisse. Ego h ipso die quo hasce dederã ad tuã beatitudinẽ: erã ex patria Mediolanũ repetitur⁹ Nec sane obliuiscar: ꝛ quid debeã: ꝛ quid gratũ eẽ cognori tue sanctitati: cui me cõmendo plurimũ. Uale ex Tholẽtino. xi. kal. Octobres. M. cccc. liij.

Franciscus philelfus Matthie triuiano sal.

q Uod mihi tantope de reditu invrbẽ Mediolanũ ex Romana Neapolitanaq̃ pegrinatõe gratularis gaudeo. Intelligo enĩ me amari abs te plurimũ. Qua in re facis tu q̃dẽ nihil ab amicicia nostra alienũ. Nõ enĩ ignoras q̃ mihi carus es. Quo fit: vt delecter eo mag istiusmodi testimonio: quo in litteris vsus es: qd̃ min⁹ nũq̃ in amore cõsuesti respõdere. Qd̃ aũt me hortari in castra vt eã: nescio: q̃ mihi sane cõsulas. Nã ferẽti hostilis reg isignia succẽsebũt fortasse Frãci: meq̃ p Alphõso rege hostiã faciẽt. Itaq̃ a Renato rege q̃rendũ ẽ liceat ne Philelfo versari iter Frãcos gladios ipune: vel ab alphõso cũ militari cingulo ꝛ poetica laurea: tũ pprijs q̃q̃ decorato insignibus. Ad hec scire puelim quã abundet Sphortiana mensa. Non enĩ alio mihi diuertendũ est: quã ad regulũ meũ Sphortiã Secundũ vt itelligas me famẽ quidẽ ferre posse in castris: esuriẽdo nequaq̃ posse. Uale ex mediolano. ix. kal. Nouembres. M. cccc. liij.

Franciscus Philelfus Ciccho calabro sal.

m Iror qd̃ nihil ad ea respõderis: que pximis diebus tibi de re mea significaui. Nondũ fortassis a pĩcipe didicisti quod cupimus. Itaq̃ rogo te: vt tandem respondeas meq̃ de oĩ eius sententia facias certiorem. Uale ex Mediolano. ix. kal. Nouembres. M. cccc. liij.

Franciscus Philelfus Petro Nucetano sal.

c Um essẽ postridie pfectur⁹ in castra ducalia: offerretq̃ in ipso vt ita dixerim equitãdi cardine fidus ꝛ familiaris nũcius q̃ romã peteret: non sum passus eum vacuũ meis litteris istuc ire. Cepi qd̃. S. D. N. pergratũ fore cognoui. Et ne interea tpis dum hoc agitur: officij obseruãtieq̃ et pietatis mee viderer oblitus: pmũ eratus carmen de eius laudibus cõposui atq̃ edidi

qd vt meo noie ei⁹ beatitudini exhibeas: te plurimū rogo. Uale Ex Mediolano.iiij.idus Nouembres.M.cccc.liij.

Franciscus Philelfus Renato Regi sal.di.plu.

p Osses tu rex Renate nō absurde admirari: quid in causā fuerit: vt cū modo in castra vrceana ad principem meum Franciscū Sphortiā ierim: te qui vix ad quiq3 milia passuū illinc abesses cū tuo inuicto fortissimoq3 exercitu non cōtinuo adierim presertim cum tanti te semper fecerim ac faciam: vt pluris certe nemine. At qui nihil mihi in aīo magis erat q̄ et visere te regem nobilissimū: et te tanta maiestate atq3 virtute pricipē alloqui corā ore quē antea litteris nōnunq̄ consuessem. Dicam paucis: qd mihi inopinato accidit. Quo die instituerā ad te ire: nūciatū ē aduētare in castra Blancā Mariā clarissimarū optimarūq3 feminarū splendidissimū quoddā certissimūq3 exēplū. Non potui ꝓ officio meo non ei obuiā ꝓficisci: cui et plurimis et maximis beneficijs sum obstrictus. Nihil est sane cui me minus obnoxium velim quā ingratitudinis crimini quo vno vitio vix vllū reor apud bonos et magnos viros inuisius. Itaq3 sum coactus differre in dies posterū meum ad te accessum. Postridie cum vix illuxisset: afferuntur ex Mediolano ad me domestice littere: qbus moneor meos quosdā affinis intētare nescio quid litigij de vxoria hereditate aduersus me. Qua re cum eius rei gratia mihi esset opus adire principem meum: qui est: vt nosti: bellicis rebus occupatissim⁹ rursus impedior: q̄ minus eam ad te: vt omnium maxime desiderabam. Quid multis? Dum negocijs multis obruor: malui carere beīgno tuo regaliq3 colloq̄o q̄ si minus id pro dignitate a me factum esset: ineptus iudicari: presertim cum oīno instituerim ad natalem dominicu3 et visere te quē et amo vnice et veneror: ac tantisper apud te esse: vt non viator venisse videar: sed et familiaris et tuus. Et ne interea tēporis videar oīno abs te abesse: dedi ad te monimenta quedam ingenij mei: vt saltem intus videas quem in cute non potes. Uale. Ex Mediolano.x.kal.Decembres.M.cccc.liij.

Franciscus Philelfus Petro Thomasio philosopho ac medico salutem.

c Um nuper ab Alphōso rege et a summo ecclesie Romane pontifice Nicolao Quinto reuertissem Mediolanū: nihil mihi potius duxi q̄ de te querere: quem mirifice diligo et obseruo. Intelligere certi nihil potui. Itaq3 abs te vehemēter peto: me vt facias tuis litteris certiorem: q̄ belle vales et q̄ nostri es memor. Ad hec scire cupio: quid post captiuitatem

de Constantinopoli et vrbe et ciuibus actum sit: quidue efferata illa Turcorum barbaries post tantam victoriam et molita sit et moliatur Si meos libellos illos es adhuc ex Bernardo meo Iustiniano cõsecutus: velim huic isti publico tabellario ad me des. Mittam ad te satyrarũ codicẽ: modo cures istinc illum mature ad nos redire. Uale. Ex Mediolano. xviij. kalẽ. Januarias. M. cccc. liij.

Franciscus Philelfus Malateste Nouello sal.

q Uod proximis litteris tibi responderam: idem etiam nũc repetam est necesse: quandoquidem videre videor aliorũ vel negligentia vel perfidia frustra scripsisse me Plutarchi Cheronensis comparationes virorum illustrium: que ille nominat. hic habet nemo: que scilicet ad latinos traducte sũt. Ita q̃ nihil tibi affirmare possim: an omnes traducte sint ille vite an minus traducte. Unum scio Lycurgi ac Nume Pompilij vitas: que apud Plutarchum in ordine prime sunt: mea interpretatione latinas esse factas. Itaq̃ ex Florentia id tibi sciẽdum est. Nec eñi dubito ea in vrbe eiusmodi translationes oĩs reperiri. Que tibi reliqua sum pollicitus et oĩno absoluam et breui. Ingratus enĩ sim: ni te et obseruem et venerer plurimũ. Uale. Meq̃ vt facis: ama. Ex Mediolano. xiiij. kalen. Januarias. M. cccc. liij.

Franciscus Philelfus Alberto zancario sal.

n Olim tibi persuadeas quemq̃ esse ex amicis omnibus te mihi cariorem. Id enim cum modestissimi tui mores: tũ plurima et maxima beneficia citro vltroq̃ mutua pietate collata iampridem facile prestiterũt. Quod autem nihil in hãc diem post abitionem istinc meam ad te scripserim: illud scilicet fuit in causa quod frustra id facere nolebam. Nondum enim princeps meus in vrbem redijt ex castris. Neq̃ eo absente habeo quicq̃: quod tibi sim scripturus. Tu interim bona spe esto. Non enim fallam quã de me indubitatam habes opinionem. Uale. Ex Mediolano. xiij kalen. Januarias. M. cccc. liij.

Frãciscus Philelfus Nicolao Cebe sal.

f Uissent tue mihi littere ꝓ nostra amicicia iucundissime nisi tristem mihi de obitu vxoris tue Marie spinule femine pudicissime nuncium attulissent. Non enim potui non dolere: cum intelligerem eam tibi rem non mediocri esse incommodo Nam et certe nõ modo nihil accidisse mali ꝫ potius boni plurimũ contigisse credendum est: quandoquidem ex terreni (vt ita dixeri) hui⁹ gurgustij pegria atq̃ mortali ĩmortal' ciuis effecta sit celestis illius sẽpiterneq̃ ciuitatis: vbi nulla varietas ẽ: nulla mutabilitas

grandi pecunia:qui diligēter vbiqꝫ odorarentur:si quid latine gra uitatis ⁊ elegantie vsq̄ȝ lateret. Idqꝫ nullius precij habentes ratio nem omnino ad sese deuehendū curarent. Scio vnum ex ijs fuisse Enochum asculanū:qui quondam fuerat florentie auditor noster vna cum Aena isto siluio:qui nunc Sene gerit episcopum. Is enī Enochus in daciam vsqꝫ profectus est:⁊ vt referunt aliqui in can dauiā vsqꝫ:que q̄ȝ longissime vltra reliquas oīs insulas de quibus extet memoria apud priscos rerū scriptores posita est in mari oce-ano e regione germanie ad septētrionē. Itaqꝫ eo tibi maior cura iniecta est pater beatissime:q̄ ei in pontificatum successisti:cui ni-chil potius fuit:q̄ȝ consulere communi omnium bono:q̄ȝ ꝓspicere publice christianorum oīm vtilitati ⁊ glorie: q̄ȝ ea sequi atqꝫ com-plecti q̄ romano pontificatui ⁊ ornamento:⁊ splēdori futura essēt. Non suos ille curabat aut locupletare:aut magnos reddere:q̄ sci-ret iam sibi nullam esse sui potestatem. Intelligeretqꝫ turpissimū duci in viro graui ⁊ sapienti mentem cum ore non conuenire. Nā quid absurdius dici queat q̄ȝ eum agere quicq̄ȝ imperiosius ⁊ pro animi impotētia:qui se in omnibus suis litteris scribat seruus ser-uorū dei Recte igitur Nicolaus quintus in omnibus suis actioni bus assidue deum pre se ferebat:suorūq̄ȝ oīm oblitus cōmodorum referebat oīa ad dignitatem:⁊ amplitudinē Romani pōtificatus. Et ne vllā sapientie partem neglexisse videret̄ i vita:intelligeretq̄ȝ non solū duo eē viuēdi genera:alteꝝ contemplatiuū: alteꝝ actiuū sed rursus actionū alias esse bellicas:alias vrbanas: quicq̄d tēpor̄ ab intelligentia rerum admirabilium: atqꝫ diuinarū supererat: id omne ita ad virtutes bellicas transferebat ⁊ vrbanas nunq̄ȝ ad se reijceret:⁊ hec tamen oīa ad dei ⁊ christiane religionis dignitatē ⁊ gloriā. Parabat magno conatu ⁊ viribus bellū aduersus Tur-cos:quos animaduerteret quotidie magis magisq̄ȝ īualescere:nec aliud animo volutare q̄ȝ perniciem ⁊ exitium nominis christiani. Itaqꝫ belli neruos:hoc est pecunias ⁊ ab alijs comparabat:⁊ suis ipse non parcebat. Intelligebat enī oīa oportere esse cōmunia pro Christo Jesu. Classem ornabat ingētem ⁊ validā. Copias vndiq̄ȝ accersebat:nichilqꝫ pretermittebat:qđ ad belligerendi:qđ ad con-sequēde victorie rationem attineret. Neqꝫ tamen hec dum ageret litteraꝝ ⁊ hūanitatis studia a quotidiana sua consuetudine aliena faciebat:sed cū sciret eum se virū:qui diuinū in terris soliū regeret atqꝫ gubernaret:oēm in sese hominis excellentiā representabat:vt non minus in omni vite actione: q̄ȝ in vniuerse intelligētie studio reliquis mortalibus prestaret. Itaqꝫ viros doctos ⁊ eloquentis

assidue apud se habebat: neqȝ vllũ oino negligebat: i quo preclarã ingenij vim aliquã intueretur. Quanta vero in omnis huiusmodi viros munificentia vteretur: nemo oim meliꝰ nouit: ꝙ ipse tu pater beatissime. Faciebat autem ꝛ prudenter ꝛ recte: cũ nosset nichil eẽ ad excitanda ingenia alendasqȝ disciplinas accõmodatius hono= ratione ac beneficentia. Quo quidem consilio atqȝ benignitate id effectũ iam videbamus: vt non latini modo: sed cetere etiã natiões in omni orationis: in omni doctrine cultu expolirẽtur. Reuocauit illum ad se deus omnipotens: qui agit omnia semper pro summa infinitaqȝ prudentia. Et ei in pontificatũ succedere te vnũ idcirco vt michi persuadeo voluit: quoniã prudentissimũ innocentissimũ qȝ cognosceret. Quid enĩ tibi deesse ad prudentiam possit: qui et extremum senium viuis: ꝛ in negocijs semper maximis: varijs: dif ficillimis summa tua cum laude es versatus? Uidemus te illã acti onis partem: quam ille temporũ calamitate coactus inierat: ꝙ di= ligentissime persequi. Nã tui q̃stores vbiqȝ ex populis christianis pecunias exigunt ad conflandũ per cõtinentẽ in turcos ꝛ exercitũ Classis quoqȝ exedificata est rebus oibus ornatissima ꝛ maxima. Uirtuti bellice ꝙtũ in te est: ꝑpulchre consulis. Sed reliquũ est ne vrbane fiat iniuria. Nã si viris eruditis ꝛ eloquentibꝰ a nobilissio illo sanctissimoqȝ pontifice Nicolao quinto prudentissime consti tuta premia sustuleris: quid de te vno relinquatur desiderandum: non obscure suspicari potes. Noli obsecro qui scientissimus sis: a quoqꝫ insimulari inscitie. Quod eo facilius accidet: qđ accusant nõnulli non tuam: qui innocentissimus sis: sed tuorum quorundã non tam subreptionem: ꝙ incuriam istius bibliothece: que tanto nuper labore: tantaqȝ impensa ex vniuerso prope terrarum orbe cõ parata est. Huic igitur crimini qđ nulla tua culpa conflatũ est: vt et ꝙprimum: ꝛ ꝙaccuratissime occurras: oportet. Nam confictis etiam rumoribus prospiciendũ est: ne quã tibi tanta probitate põ tifici fame notaȝ: vbi neglecti fuerint: possint inurere. Animaduer timus enĩ fieri malo hominum more: vt flagitiosorum famulorũ errata in iustos etiam integerrimosqȝ dominos nõnunꝙ referant Itaqꝫ tibi prouidendum arbitror: dum bellum paras in turcos: ne domi predam ipse patiare. Frustra enim foris iusti existimemur: si domi iusticiam non seruamus: in his presertim rebꝰ que nostre nõ sunt: sed reipublice: sed ecclesie romane: sed Christi iesu. Quare cũ diligens librorum ratio est habenda ne pereant: tũ qui eos ꝛ exer= cent ꝛ norunt: honorifice simul ꝛ commode retinendi. Cui enĩ vsui sint futura tot ꝛ tam preclara in oĩ genere discipline latina grecaqꝫ

volumina sine his viris: qui et grece sunt & latine eruditissimi. Ne qʒ arma bellica sine militibus ac duce vtilia sũt: neqʒ triremis sine remigibus: & gubernatore. Sed hec tu pater beatissime longe prudentius: & melius dignoscis: q̃ ipse norim exprimere. Libuit tamẽ que michi veniebãt in mentem: ꝓ mea erga te pietate nõ preterire silentio vt intelligeres michi splendidissimũ tuum nomen: cure eẽ non mediocri: ꝙ si qua fortassis in re tuas auris offenderim: id imprudentie ascribe: non voluntati. Vale pater clementissime: & me cõmendatum habe. Ex Mediolano. xi. kalen. Martias Anno a Christo natali die. M. cccc. lvi.

Franciscus Philelfus Petro perleoni sal.

f Aciam quod petis & libẽter & cito. Neqʒ erunt vlle tante mee occupatiões: q̃bus ab officio impediar. Tu interea temporis bono sis animo. Et vale. Ex Mediolano. xi. kalẽ. Martias. M. cccc. lvi.

Franciscus Philelfus Gregorio typherino sal.

c Ommendatio tua de Laurentio veneto erit michi loco a lieni conflati aeris. Nã non aliter ei omnibus in rebus sũ affuturus: ac si esset filius. Qd non solum tua causa sum facturus id quod maximũ habet apud me põdus: verũetiam mea: q̃ maxiõ sim abs te dono affectus: cũ eum michi cõmendaris: qui dign9 est vt & diligat & amet ab omnibus. Itaqʒ noli de me quicq̃ dubitare Nã nichil est qd malim: q̃ tibi morem gerere. Vale Ex Mediolano. xi. kalen. Martias. M. cccc. lvi.

Franciscus Philelfus Aenico dauało sal.

d E voluntate Alphonsi regis erga me: & de studio diligentiaqʒ tua non coniecturis & argumentis firmissimis solũ sed multis etiã beneficijs iãpridem certior factus sum. Itaqʒ tibi velim indubitato persuadeas nichil esse apud me antiquius gratitudine. Et ne longior sim tecum q̃ par est: ꝓpediẽ (vt spero) obsequar voluñtati consilioqʒ tuo. Vale & maiestati regie me q̃ diligentissime cõmẽda. Ex Mediolano. xi. kalen. Martias. M. cccc. lvi.

Franciscus Philelfus Baptiste parrhisiano salutem.

q Vantũ intelligo: Nicolaus frater legem illam non ꝓbat que inscribitur de hereiscũda familia: idq̃ʒ ob nullã aliã cãʒ (vt existimo) nisi ꝙ metuat velle me: que mea sũt repetere. Mone igitur virum: bono animo vt sit. Nam ipso viuo nichil oĩno repetiturus sum: sed oẽʒ vsufructũ: vt habeat volo. Absurdũ vero admodũ foret: si post eius obitum que mea optimo iure sunt

minus mea aliquādo dicerent. Diuidant igitur inter nos paterna atq3 materna bona: & vtram partem ipse maluerit capiat: alteram vero ita nobis assentiat: vt ipse quoq3 du3 vixerit ea fruatur: nullo tamen alio iure q̄3 nostro beneficio. Neq3 enī sum animo ita humili: ita abiecto: vt istinc velim vlla vite alimenta michi afferri Mediolano. At caruisse oīno patrimonio videri nolim. Diuidat ergo vniuersum patrimonium equis portionibus: vt vterq3 norit & q̄d sit suum: & quid non suum. Deinde capiat frater donec vixerit redditus omnis eque posthac: vt antehac cōsueuit: sed fraterno bn̄ficio vt dixi: & non aliquo aut occupationis aut diuturne possessionis iure. Tenes paucis mentem meam. Quare poteris monere fratrē vt vltro faciat: q̄d cogi potest inuitus. Vale. Ex Mediolano. xi. kalen. Martias. M. cccc. lvi.

¶ Franciscus Philelfus Anthonio baccharie sal.

m Onui te antea semel & iter per litteras: vt Plutarchi pallela: que hinc abiens tecū asportasti me inscio: michi curares reddenda deniq3. Tu vo neq3 das codicē: neq3 litteras. Itaq3 non possum fidem boni viri non desiderare in te. Non enī facis vt te decet. Quid enim aliud fuit asportare clam illiusmodi meum codicē me non modo inuito: sed totius tue abitionis inscio: q̄3 vel rapere: vel furari? Quo enī debeo alio verbo vti: cum nichil oīno respōdes? Itaq3 te etiā atq3 etiā hortor ac moneo: ne michi moueas bilē. Sed cura: vt meus codex q̄3primum ad me redeat. Vale. Ex Mediolano. xi. kalen. Martias. M. cccc. lvi.

¶ Franciscus Philelfus Augustino dato sal.

m Iror quid in causa sit: q̄d sepe meis litteris prouocatus nichil omnino in hāc diem responderis: cum nō tacendi a nobis: sed dicendi artem didiceris. Nec enī puto te vsq3 adeo occupationibus obrutum: vt nichil omnino tibi detur ocij ad officiū. Quid abs te velim: & quid te deceat: nō es nescius. Vale. Ex Mediolano. xi. kalen. Martias. M. cccc. lvi.

¶ Franciscus Philelfus Alberto zanchario sal.

p Etrum Joannē illu3 medicum: qui quo tempore vltimū Bononie docui: docebat & ipse Sene: non debes eē oblitus. Erat enim & Bononiensis & tibi vt videre videor familiaris. Habebat ille apd̄ se duos meos codices & cōmentatorem Seruiū in tria Virgilij carmīa & ipsa carmina. Moderare si quid cauit testamento. Vale. Ex Mediolano. xi. kalen. Martias. M. cccc. lvi.

¶ Franciscus Philelfus Lodouico casselle salutem.

n Isi tua michi beniuolẽtia iãpridẽ certissimis documẽtis perspecta esset: vterer fortassis accuratiore oratione. Sed vix est quicq̃ magis alienũ ab amicitie diffidẽtia. Quare cũ liq̃do intelligã te esse percupidũ meorum cõmodorũ in re presertim et honesta et pia: vtar et breui tecũ et aperta dictiõe. Permulta michi incõmoda sũt: sed vnũ sane oĩm molestissimũ: q̃d grandiuscula michi est filia et ea quidẽ moribus modestissimis. Unde hanc tradã viro michi satis non est. Desunt enim ad dotem aurei ducenti. Rogo te id meo noĩe nuncies duci Borsio: eumq̃ tua illa suauiloquentia qua durissimos etiã lapides soles demolire: non ores modo sed exores ne patiatur me diutius huiusmodi angi incõmodo. Haud enim dubito: quã facilitate ac munificẽtia est nobilissimus iste prĩceps nõ inuitus opem: tempestiue feret huic tãte mee necessitati. Tibi vero habebo gratias imortalis. Tecũ lõgior eẽ nolo. Nec enim oportet cũ et natura sis humanissimus et mei amantissimus. Uale. ex Mediolano. xi. kalen. Martias. M. cccc. lvi.

¶ Frãcisc⁹ Philelfus Guillelmo iuuenali Ursino equiti aurato Francie cancellario: baroniq̃ tremelli salutem dicit plurimam.

g Rauem et perdisertã epistolam tuã ea voluptate perlegi: qua rem diu multũq̃ exoptatã vnq̃ antea cõsueuerim. Superasti profecto expectationem meam. Nã tametsi virũ te magnum sapientẽq̃ opinabar: tamen vt vero fatear sentẽtiam animi mei: tantam in te esse ingenij vim: tantũ dicendi robur tantam copiam: tantum nitorem ac decus haud arbitrabar. Itaq̃ michi plurimum gratulor: q̃ eum te amicum et beneficentissimum quidem amicum sum adeptus: in quo sũma omnia esse intelligo. Nam de me tibi q̃d aliud queã polliceri: q̃ et beniuolentiã et obseruantiã singularẽ? q̃ autẽ mea tumultuaria tanti facias: quãti ego certe non duco: id abundantia quadã fit precipui amoris erga me tui. At cecũ finxit amorem antiquitas idcirco (vt mea fert opinio) q̃d vbi fuerit vehementior recte iudicare non sinat. Uerũ facile patior hac in re falli te: modo a me maiora nõ exigas q̃ ipse prestare possim. Neq̃ id de mutuo amoris officio intelligi abs te volo. Nã hac vna in re: vel equabo te: vel fortassis etiã superabo. Ceteris. n. in rebus quo visus fuero te inferior: eo magis atq̃ magis operam dabo: vt vel ipse tu me iudices amando superiorẽ. Uale. Ex Mediolano. x. kalen. Martias. M. cccc. lvi.

¶ Franciscus Philelfus Thome franco philosopho ac medico salutem.

b Jne littere tue & ee quidē ornatissime eodē michi tempore
sunt reddite. Accepiq3 non multo post tertias: quas ad
Joannē Mariū filiū ex oppido heduorꝫ monte coclerio dederas.
Fuerūt michi oēs & grate & dulces. Habeoq3 tibi grās imortalis:
ꝙ nichil omittas: qđ michi futurū putes honorificū. Expecto rur
sū lrās tuas qb⁹ me moneas: qđ abs te ꝑ ꝓx.ias meas lrās me mo
nendū eē significaui. Nā tādiu pēdebo: ꝙ̄diu tua epistola tardarit
Uale. Ex Mediolano. x. kalen. Martias M. cccc. lvi.

¶ Frācīscus Philel. Nicodemo trāchedino sal.

q Uas de mulo fugitiuo pecunias extorsisti: non possū nō
ꝓbare. Naz ꝙ̄uis conducibilius fuerat accepisse aureos
viginti a Joanne angusciola: ꝙ̄ ab Alexandro septē ac decem: tñ
amissum mulū opera & diligentia tua recuperasse opus est & amici
& Nicodemi. At versuram quā michi proponis nequaꝙ̄ admitto
Malo enim non modo a te michi: sed ab ipso etiam Alexādro pe
cuniolā istam deberi ꝙ̄ ab eo qui oīno non est soluendo. Quod vt
apertius intelligas: Petri pauli tui illi⁹ litteras hisce meis īclusas
dedi ad te. Jtaq3 te rogo: vt per litteras cōmutatiōis quas merca
tores vocant: ꝙ̄primu3 michi: vel cū aliquo meo detrimento satis=
faciendū cures. Celeritate michi opus est. Per Cosmianā mensā
rem facile trāsiges cū Pigello. Que a me petis: mittā ad te. Uale
Ex mediolano. ix. kalen. Martias. M. cccc. lvi.

¶ Franciscus Philelfus Nicodemo
tranchedino salutem.

d Edi litteras heri ad te Pigello negociatori Cosmiano:
quibus fiebas certior nichil esse sperandum de exigenda
pecunia: quam Petro paulo illi tuo credidisses. Pugnat enī cum
inopia. Jtaq3 quo magis eget nummis: eo verborum plus habet.
At verba emere vendenti verba non expedit. Proinde si me amas
qđ certe facis: cura vt ea michi pecunia soluatur hic a Pigello vl̄
cum meo aliquo detrimento: vt mensariorꝫ mos est: hoc est vt istic
nomīe meo plus des: & hic michi reddatur minus. Nā malo hmōi
subire detrimenti genus: ꝙ̄ incōmodari diutius. Rem matura: et
vale. Jllustrē meū Mecenatem karolū gonzagam magno & excel
so aīo virum saluere plurimum opto. Ex Mediolano. viij. kalen.
Martias. M. cccc. lvi.

¶ Frācis. Phil. Guillelmo iuuenali Ursino equiti
aurato: Francie cācellario: baroniq3 tremelli sal.

n Jsi liq̄do intelligerem quibus es occupatiōibus septus
subaccusarem te ꝙ nullas vestris regijs oratoribus lrās

ad me dederis. Nõ enim te latet quanta me voluptate afficiũt scri pta tua: que et grauissima ornatissimaqȝ sunt et sane talia: quib⁹ tuam erga me charitatẽ non secus perspiciam: q̃ ea que cernun tur oculis. Discere preterea cupiebam: quid sentires de aduentu meo ad regẽ in offerendo opere lyrico: qđ eius splẽdidissimo no= mini dicaui. At veniã profecto a d aprilẽ: quo diligẽtius presens agam quod absens minus cõmode possum. Interea vero tempo ris si quid est quod hinc velis: tuũ est iubere. Ego enĩ quod iusse ris peramice effectũ dabo. Uale ex Mediolano Jdibus martiis. M.cccc.lvi.

¶ Franciscus philelfus Thome franco philosopho ac medico salutem.

t Ibi ꝓximis diebus respõdi ad binas litteras: quas hu= ius pricipis oratori ad me dederas. Expectabã aũt abs te intelligere: ꝓbaresne aduentũ presentiãqȝ meã in offe rendo lyrico nostro opere regi Carolo: id qđ et ter ⁊ iteꝝ antea ad te scripsi. Itaqȝ sum miratus q̃d in causa fuerit: quo min⁹ quicq̃ȝ hac de re michi significaris preserti cũ ea tibi oblata eẽt opportu nitas ad aduentũ regie istius legatiõis: qua nichil poterat cõtin= gere opportuni⁹. Nũ fortassis vel tacẽdo mones vt veniã? Ita em̃ interptor: obtẽperabo sane cõsiliis tuis. Neqȝ ꝓ diuina benigni tate ad mẽsem vsqȝ accingã itineri. Uale ex mediolano idib⁹ mar tiis. M.cccc.lvi.

¶ Frãciscus philelfus Lodouico caselle sal.

i Ntelligo indies magis id quod certe dubitaui nũq̃ȝ me tibi eẽ carissimũ. Itaqȝ tibi velim oĩno ꝑsuadeas eũ esse Philelfum tuũ: quo de tibi possis oĩa polliceri: que vel grati animi sunt: vel ingenui. Uale ex Mediolano. v. idus marti as. M.cccc.lvi.

¶ Franciscus philelfus Petro Thomasio philoso= pho medicoqȝ sal.

r Em michi facturus es admodũ gratã imprimisqȝ iu= cundã si litteras hisce tuis annexas reddi curaueris ka= rolo gõzage: et q̃ȝ celerrime: ⁊ q̃ȝ diligẽtissime. Qđ vt faci as te maiorẽ in modũ rogo. Preterea si q̃d noui habes de turcis rebusqȝ oriẽtalibus: fac vt sciã. Uale ex Mediolano pridie Jdus martias M.cccc.lvi.

¶ Franciscus philelfus Nicodemo tranchedino sal.

p Uto fieri fato nescio quo: vt neqȝ mulus ad me redire: neqȝ pecunia ire vllo pacto possit. Pigellus a suo ipsius

nomine non recedit: qui nec litteris tuis: nec vlla mea oratione ad conficiūde rei celeritatē potuerit excitari. Quin ait tandem se tunc daturū operam vt tibi michiq; morē gerat: cū sibi Joānes clappanus tuas pecunias numerarit. Joānes autē ipse dicit id se factuꝝ cuȝ poterit. Nam sibi pecunias nullas esse. At Petrus Paulus tuus eadem oratione vtit: qua antea consueuit. Itaq; hinc v̄borū multum. Illinc vero ne verba quidem sumus cōsecuti: adeo pigra omnia: ⁊ languida extiterunt. Ego ante kalen. maias oīno trāscendam alpes ad regē francoꝝ. Tu vale. Et me ama. Ex Mediolano nonis aprilibus. M.cccc.lvi.

Frāciscus Philelfus Francisco aleardo sal.

g Albe Othonisq; Cesarū vitas: quas e grecis latinas reddideram promisisti hinc abiens forevt ante mensem reddendas michi curares. At iam preterijt totus annus: cum neq; ille nec littere tue vlle vsq; apparent. Bonum autē virum te eundēq; nobis amicū esse arbitror. Itaq; non possum equidem non mirari quid in causa fuerit: vt tandiu ⁊ michi ⁊ amicis pluribus qui istiusmodi vitas videre desiderant: ⁊ incōmodaris ⁊ incōmodes. Nisi fortassis alij quidam sint apud vos veronensis: q̄ apud reliquam Italiam menses. Nam sicut mensis apd̄ egyptios anni loco ducebatur: ita apud vos annus ꝑ mense habeatur: redijsse iam tandeȝ ad me debuerant libelli mei. Uale Ex Mediolano nonis aprilibꝰ M.cccc.lvi.

Franciscus Philelfus Fazino forobronunciano sal.

a Ccepi a nostro Bonoaccursio pisano q̄ apte ⁊ elegāter ea abs te omnia gesta sunt: que ad ducalem Ticini bibliothecam attinebant. Fecisti sane vt soles omnia: prudenter. Itaq; nō mediocrem tibi laudem comparasti cū apud doctos omnis: tū apud principem nostrū. Reliquū est id efficias vt exitus principio respondeat: ad quem ipsū oportet semper humanis in actionibus principiū intendere. Id vero interea tēporis dum curas: noliȝ obliuiscaris: q̄ michi rem gratam facturus sis: si huic isti familiari nostro Bonoaccursio cunctis in rebus vt cepisti gratificabere. Uale Ex Mediolano. vij. Idus apriles. M.cccc.lvi.

Franciscus Philelfus Petro Thomasio philosopho ac medico salutem.

n On prius michi quicq; de tua amissa valitudine est renūciatū: q̄ de recuperata ex tuis litteris intellexi. Nullis certe occupationibus meis esset intermissa dulcissima nostra cōsuetudo scribendi: si quid michi antea fuisset de tua egrotatione auditū

Qua esse te liberatū:ita letor:ita gaudeo: vt alia de re nulla magis possim. Reliquū est: vt oēm curam diligentiāqʒ adhibeas quo te possimus q̄diutissime frui. Qd vt facias: te per amicitiā nostram rogo etiaʒ atqʒ etiā. Ego carminū opus hoc tēpore sum editurus: id qd regis francoꝝ karoli dicaui nomini. Tu veliʒ litteras meas tuis hisce inclusas q̄celerrime: ⁊ q̄accuratissime reddi cures mecenati meo karolo Gonzage. Uale. Ex Mediola. idib⁹ aplib⁹. M.

¶ Franciscus Philelfus Sigismundo pandulpho malateste salutem.

q Uanq̄ ex ijs litteris quas nudiusquintus Bertholle nūcio ad te dedi: satis liquido potuisti itelligere: que sit mea de te opinio. Hanc tñ hoc tempore mirifice confirmauit suauis disertusqʒ poeta Porcellius roman⁹. Qui vt primum Mediolanū se recepit: cuʒ apud florētissimū principem hunc nostrum: tū apud aulicos purpuratosqʒ vniuersos eā de tuis diuinis virtutibus orationem habuit: qua in te audientes omnis incredibili beniuolētia concitauit. Ostēdit preterea pulcherrima quedam poemata: que versu in duodecim a se lucubrata epistolas tantā pre se laudē atqʒ gloriam de te ferūt: vt vnicus nostre tempestatis sis princeps iudicandus: quem omnes docti viri atqʒ eloquentes omni obseruātia venerationeqʒ ꝓsequātur. Itaqʒ tum viue vnius huius hominis vocis locupletissimo testimonio: tū duodeciʒ ijs suauissimis luculentissimisqʒ epistolis tātus cumulus ad pristinum meum erga te amorē accessit: vt te vno cogitanti michi aliud hoc tempore nichil sit neqʒ optatius: nec dulcius. Perge igitur vt facis princeps prestantissime: ⁊ inclitum nomen tuum immortalitati commēda. Id qd alia re nulla facilius assequeris: q̄ si te idies magis atqʒ magis ꝓbatissimis oratoribus ⁊ poetis amandū celebrandūqʒ p̄stiteris. Uale. Ex mediolano. vij. idus Maias. M. cccc. lvi.

¶ Francis. Phil. Thome franco pho medicoqʒ sal.

f Acerem non tibi modo (vt mea fert opinio) sed etiā christianissimo regi Carolo iniuriā: nisi tibi eos quotidie cōmendarē: quos dignos censeam studio beniuolentiaqʒ tua. Quid enī est: quo quisq̄ magis ꝓxime accedat ad deum: q̄ cōmiseratōe ac beneficētia? Aliene certe calamitates ⁊ erūne satis debent nos admonere q̄ sint res humane fragiles ⁊ caduce: ⁊ nō minus metuende: q̄ expendende omnibus. Quare qd nobis queat aliquando accidere: nisi in his cōmiserescamus quibus indigne acciderit: in nosmetipsos simus iniurij. Itaqʒ nolim mireris: si tibi quotidie cōmendo cōstantinopolitanos ciues: q nobilissima patria atqʒ fortu

nis et bonis omnibus orbati miserabiliter seruiũt apud ipsos tur
cos. Tuũ aũt est his quantũ facultas tua dignitasq; patitur: bñ=
facere. Nichil em̃ te cogo: sed aut hortor: aut moneo. Nũc aũt ma
xime oĩm sim accusandus: vbi tibi minus cõmẽdaro diligẽter cla
rissimũ philosophũ et eundẽ virũ eloquentissimũ: atq; omni disci=
plinarum genere prestantieq; pollentem Joannem argyropolũ:
qui tibi meas hasce reddidit litteras. Est enim etiam ipse non me
diocris pars luctuosissimi illius naufragij: quomodo imperium
illud orientale obrutũ penitus absumptumq; est. Quare adhuc
in plerisq; suis lacrymabilẽ seruitutem agat apud barbaram illã
immanemq; nationem: tue vel humanitatis: vel officij esse arbi=
tror: vt quibuscunq; in rebus poteris te in hunc talem ac tantũ vi
rum et piũ prestes et perbenignũ. Nam hoc vno nemo est in vni=
uerso grecorum genere neq; doctior: nec sapiẽtior. Quãobrem q̃cq̃d
in hunc officij beneficijq; cõtuleris: in meipsum collatũ existima
bo. Et hac de re satis. Proximis diebus Joannes marius filius
dedit ex Taurino ad me litteras phumanas a prestãtissimo Frã
cie cãcellario Guillelmo iuuenale vrsino: abs te autẽ nullas. Quo
factum est: vt nõ me ceperit mediocris admiratio: quod nichil ad
ea responderis: que antea litteris pluribus ad te scripserã de ad=
uentu meo. At ne cãm q̃dem intelligo: q̃d ad vos ierit filius Joã
nes marius. Nã neq; est a me missus: neq; is cãm vllã hac de re
ad me scripsit. Cũ vtcũq; res habet breui te visam. Id qđ factũ
iam eẽt: si michi p meũ hũc principẽ licuisset. Vale ex Mediola=
no. xv. Cal. iunias. M. cccc. lvi.

Frãciscus philelfus Fazino forobronũciano sa.

q Uod posteaq; asparagos ad me dederas: nichil ad te
scripserim aliud quid putes fuisse in causa q̃ expectasse
me vt quod lautissime ceperas: secũdares? Id q̃m iã pla
ne aiaduerto nequaq̃ abs te factũ iri: cogitaui excitandũ te eẽ: vt
si vel hac via munificẽtior reddi posses. Sed interea loci maiorẽ
in modũ a te peto vt spartiani ac reliquorum scriptorũ: quos istic eẽ
audio vitas ĩperatorias michi oĩo excribi cures. Vale ex Medio
la. x. kal. iunias. M. cccc. lvi.

Frãciscus philelfus Donato actiolo sal.

i Oannẽ argyropolũ quẽ michi diligẽtissime cõmẽdaras
et vidi libẽtissime et virũ doctrina et eloquẽtia singula=
ri et rebus oĩbus q̃bus potui tũ publice: tũ priuatim p dignitate
sum q̃ accuratissime psecutus. is a pricipe nostro phumaniter pbe
nigneq; tractatus trãsiuit ad trãsalpinos: reditur9 ad vos ad cõsti

tutum tẽpus. Te vero et reliquã florentinã iuuentutẽ nõ possum non laudare quod talẽ tantũq3 et oratorẽ et philosophũ greca vobis instituẽdis disciplina pfeceritis. Nã sentio neminẽ inter grecos hoc vno viro omi disciplina prestãtiorẽ. Quod eo pluris faciendũ existimo quod latinã etiã eloquẽtiã perpulchre callet. Incũbite igit: vt cepistis: vt quãdoqdẽ huiusmodi doctorẽ adepti estis quod ingeniũ natura habetis acerrimũ: id studio quoq3 diligẽtia q3 vestra idies magis magisq3 augescat atq3 exornet. Uale et Bartholomeũ scalã veli moneas verbis meis: michi iã opus eẽ vitreis oculis: quare si neq3 partior ac ditior factus ẽ: curet hos me dare. ex mediolano. pridie kal. iulias. M.cccc.lvi.

¶ Frãciscus philelfus Petro Thomasio philosopho ac medico sal.

a Micus ille tuus nec orationẽ michi tuã ostẽdit nec epistolã icciirco vt arbitror: qd oia verterit in suũ vsum. Ita est eñ mos hoĩs: quippe qui disert9 haberi cupiẽs alienis se vestibus nõ inuitus ornat: graculũ scilicet imitat9 quẽ aquile penis quãdoq3 indutũ fabulantur. Quare dũ tua legi vis: tibi posthac prudẽtius consule. Non eni recte cibus esurieti cõmittit. Quid apud vos noui feratur de turco mahometo desiderio audire ociaturne an negociatur: et vbi sit gẽtiũ. Nã certi nichil ad nos affertur: q̃q3 sunt qui eũ in triballos cũ maximo robustissimoq3 exercitu ad quingenta hoĩm milia pcessisse affirment aduersus spendorobũ: quod est munitissimũ oppidũ ad danubiũ positũ e regione hungarie. Nos dormim9. At turci vigilãt. Uale ex Mediolano nonis iuniis. M.cccc.lvi.

¶ Frãciscus philelfus Guillelmo iuuenali Ursino Francie cancellario sal.

c Um Thomas Thebaldus splẽdidissimus eques auratus iret ad christianissimũ regẽ Karolũ nõ potui nichil litterarũ ei ad te dare: quibus certior fieres nichil te gratius hoc tempore facere michi posse: q̃ si dares operã: vt huic isti viro oĩbus in rebus quibus poteris q̃maxime gratificeris. Nã hoc vno michi nemo familiarior: nec alius quisq̃ ẽ cui magis oĩa ex sententia sua euẽtura optẽ. Amat enim me vnice: et ita a me amatur vt nostra amicitia in eorum numero locanda iure videatur quos antiquitas omnis ob raritatem admirata est. Accedit ad rem: quod ad eius causa: tum admodum est honesta: tum regi Karolo cuius glorie maxime studeo: ita honorifica: vt vix honorificẽtius quisq̃ esse possit. Quid eñ est per immortalẽ deum quod magis dece

at reges:qui perinde habētur in terris:ac deus(vt ita dicam)in celis:q̄ beneficētia ꝛ iusticia? At ꝓ iusticia qđ sit karoli regis mun⁹ in hac causa:eius littere promissaqꝫ declarant. Nam beneficentia qui rex vacat:is certe rex appellandus non est. Haud enī dixerim nos fieri ingratitudinis reos:vbi iis minus benefacim⁹:qui nobis benefecerint. At qui omnis prope Italia testis est:qualem se p̄stiterit Thomas in pientissimum regem karolum:ꝛ que inde incommoda quantaqꝫ subierit. Recenserem hec ego fusius ac prolixius: nisi ad te scriberem qui hax rerum omnium locupletissimus testis es. Itaqꝫ si officio vti vis sicuti certe vis:si faues glorie christianissimi regis tui:id qđ est michi omni certitudine certius:amplectere obsecro honestissimam Thome thebaldi causam:vt que est apud omnes de summis karoli regis diuinisqꝫ virtutib⁹ expectatio cōcitata:hec in presentia nixius confirmetur atqꝫ augescat. De aduētu autē meo nichil adhuc habeo certi. Is enī michi in hanc diem negatus est. Nam ne pedem quidem mouere mei huius iniussu principis michi licet. Spero tamen propediem fore: vt exorari se patiatur. Interea vero temporis tu me sublimitati regie q̄ diligētissime commēdato. Vale. Ex Mediolano. vi. idus Junias. M. cccc.lvi.

¶ Franciscus Philelfus Thome franco philosopho medicoqꝫ regio sal.

m Iraris tu fortasse q̄d in causa sit:vt tandiu differā aduentū meum quē tam sepe ꝓpediē futux pollicitus sū. Qđ si cōsideraris me eē sub principe constitutū in iussu cuius ꝓficisci non liceat:nō modo non mireris:sed laudes potius meā fidem:qđ nullis meis vel maximis emolumētis velim ab eo inuito decedere ne ad minimū quidē tp̄is punctū:cui plurib⁹ meritis sim obstrict⁹ Spero tñ hūc michi breui exorādū:ac te cōtinuo visendū. Interim vero rem michi facies pergratam:si causam thome thebaldi ornatissimi equitis aurati:viriqꝫ humanissimi:ꝛ optimi ea beniuolētia apud christianissimū regem karolū diligentiaqꝫ suscipies:ac si eēt mea. Qđ eo studiosius es facturus:quod vniuersa fere nouit Italia:qualem se Thomas in regia causa prestiterit:quantūqꝫ ei debeatur. Accedit ad rem:q̄ tante sunt vnius Thome thebaldi atqꝫ tā multe preclareqꝫ virtutes:vt si nullū etiā aliud hui⁹ esset meritū in regem:he saltem faciant meruisse:quo animum in se regium ꝓbenignum experiatur. Quare si tibi regis gloria cara est: sicuti certe esse debet: adhibe omnem operaꝫ atqꝫ industriam: ne istuc frustra Thomas ꝓfectus videat. Hac vna re michi p̄terea optati⁹ facere

nichil potes. De meis aūt reb⁹ ex eodē Thoma cognosces. Vale. Ex Mediolano. vi. idus. Junias. M. cccc. lvi.

¶ Franciscus Philelfus Antonio bononio panhormite salutem.

q Ui tibi reddidit meas litteras: frater hernericus panhormitanus idēq₃ theologus: petijt a me neapoli petiturus vt pro nostra amicitia aliquid ad te scriberem. Quod ego feci eo libentius: quo non tibi modo homini amicissimo: sed ei quoq₃ rem me facturum intelligebam admodū gratam. Quid autē aliud scriberē: non habebā preter id vnū: meam erga te beniuolentiā indies magis magisq₃ augescere. De rebus autē meis si quid vis audire: ego totus sum cu₃ musis editis quattuor Sphortiados libris: qd reliquū est eius operis: prosequor. Libri futuri sunt sedecim. Versibus ad duodeci₃ milia octingentos. Scribi etiā odas: que nostri nominant carmina. Erūtq₃ decem milia vesuum in omni metrorum genere: eduntur ab me in presentia libri quinq₃ eius operis: quos ipse ad karolum regem francorum mecum sum aduecturus intra quindecim dies. Hi complectunt decēmilia versuū. Tu quid agas nosse percupio. Noli obsecro pati: vt nobilissimum tuū ingenium prestansq₃ doctrina voluptate diffluit. Incolis eni sirenū hospitiū & amenū & delicatu₃. Quare tibi vlyssea calliditate opus est. Vale & me Alphonso regi cōmenda. Ex Mediolano. xvi. kalen. Julias M. cccc. lvi.

¶ Fran. Phil. Sigismūdo pandulpho malateste sal.

m Agnidecentiam erga me tuā (sic enim malo nouo nomine philosophos imitatus: q̄ liberalitatem appellare) cum re ipsa magnifacio: tū gaudeo plurimum tua causa: qui omnibus in rebus te magnū ita prestes: vt ad tuū decus videat nichil posse accedere. Nam q̄tū mea interest: magna munera non plus monenti apud me habent q̄ parua: non solū q ipse paucis sim cōtentus: s₃ etiā quia nichil in fortuna magnū esse putem: nisi quatenus sit cū virtute coniūctum. Quo fit vt eo te admirabiliorē ducā: quo secūdissima semper fortuna vsus nusq̄ sine pulcherrimo eodēq₃ munitissimo virtutis comitatu esse volueris. Cuius ope atq₃ auxilio nō modo obsequentē fortunam tibi reddidisti: verūetiam ministrā ac plane seruā. Gratulor igitur tue tante isti tāq₃ cōspicue altitudini magnitudiniq₃ animi. Michi vero plurimum letor: cui video contigisse: vt presidio tuo beniuolentiaq₃ adiutus eam sim semper in oēm casum habiturus spē & emolumenti & dignitatis: que certa sit prorsusq₃ secura. Gratiā vero si quā tue parē munificentie referre

minus potero:habebo eam profecto & cumulatam & alacrem. Ita qz vel animi gratitudine tue tam preclare benignitati nunq̄ ipse concedam. Sed hec melius fieri q̄ dici volo. Quare de his satis. Ego intra paucissimos dies alpes transcendam visurus karolum regem francorum:apud quem faciam de te verba honorificentissime. Vale: Tibiqz Petrū pleonē non min⁹ prudentē virū q̄ doctū ac disertum cōmendo etiam atqz etiaz. Ex mediolano.xvi.kalen. Julias.M.cccc.lvi.

Franciscus Philelfus Petro perleoni sal.

r Enunciauit michi nuncius quē ad te miseram:te idcirco ad me arrhianū non dedisse: q eum curares exscribi:quo vbi primum esset absolutus:iret Mediolanum. Non displicuit cōsilium tuū. Sic enī & michi simul & tibi cōsuluisti. Reliquuz est: ne res trahatur in annū. Maturato est opus. De carmine qđ scripsisti:curabitur a me diligenter & pro amicitia nostra:idqz in primis quinqz carminum libris cum e gallia transalpina reuertero:quo primis hisce diebus sum profecturus: satisfaciam voluntati tue. Cum librario tibi opus non erit: eū hortator eat ad me. Cui quod nomie meo receperis:prestabo. Est enī hic demetrius quidam Xāthopolus rufus homo leuis & mendax: ac plane flagitiosus. Cuius ego opera ideo vti volo:ne operā oēm cuz opere amittam. Si talis iste non est:mitte ad me. Nā improbū improbo commutare non libet. Vale. Ex Mediolano.xvi.kalen. Julias.M.cccc.lvi.

Franciscus Philelfus Alphōso regi sa.plu.dicit.

c Um Matheus malferitus tuus ad hunc pñcipem legatus ad te rediret:officij mei esse existimaui: vt litterarum ei aliquid ad te darem. Et q̄uis permulta essent que scribenda occurrebant:nullum tamen visum est cōmodius argumentum: q̄ vt per me fieres certior inter ceteras tuas laudes:que omnes sane & admirabiles sūt:& maxime nullam michi neqz maiorem videri: neqz certe quā magis viri omnes boni sapientesqz admirentur: q̄ q & doctrine semper studeas:& viris doctissime eruditis te magis quotidie atqz magis munias:& celebrari cupias. Nā si sapientiam rerū diuinaꝝ atqz humanaꝝ scientiam:& eaꝝ diligentem inquisitionē esse definiunt:qđ est per immortalem deum qđ ad sapientiam propius accedat: q̄ inquisitio diligens & assidua? Nā scire quidez si malimus rem ipsam recte interpretari: q̄ nosipsos blādiendo decipere:solius dei est:non hominis. Itaqz non imprudenter dicere solitū tradunt socratem se id vnum scire qđ nichil sciret. Sola igit̄

veritatis inquisitio dicenda est humani ingenij. Inquirimus sane dū viuimus quid in quaqꝫ re verū: simplex: ꝑspicuūqꝫ sit: qđ certe tum demū indubitato intelligemus: cū hac nube corporali ac tene bris soluti in celestem patriam cōmigrabimus. At hanc vero inq̄sitionē cum libri permulti docte: ⁊ eleganter scripti valere plurimū solent: tū viri ipsi doctissimi ingenio eloquentiaqꝫ prestantes. Nā incultus ⁊ ineptus homo: quid vsq̄ afferre queat quod iuuet. Ut eniꝫ optimi etiā cibi reijci consuerunt: qui sordidius parati sint: sic item de rebus doctis orationē: que cultu suo ac nitore vacat: reijci endā contēnendāqꝫ existimo. Quare cum ad ceteros quos habes: doctissīos ⁊ disertissimosqꝫ viros: accessisse audio Theodorꝰ gazen non possum equidem non letari: tibiqꝫ plurimū gratulari. Habes enim virū: quo nemo est in vniuerso grecorum genere neqꝫ doctior nec eloq̄ntior: nec modestior. Et est is ꝓfecto (vt mea fert opinio) talis tātusqꝫ vir: vt nichil ex eo sis in omni politiore disciplina fru stra desideraturus. Humanitate vero ceterisqꝫ virtutibus qui tū valeat: iam liquido potuisti ex eius cōsuetudine cognoscere. Tue autē benignitatis fuerit ita istū tractare atqꝫ diligere: vt eos soles quos maximi ducis. Nā quicq̄d in eū bñficij contuleris: ⁊ bene et honorifice abs te locatum breui intelliges. Uale Rex optime. Ex Mediolano. viij. kalen. Octobres. M. cccc. lvi.

¶ Franciscus Philelfus Procellio sal.

v Erborꝰ exercitato peritissimoqꝫ artifici verbis opus nō est: presertim ei qui nō latinam solum: sed etiam grecam sapit calliditatē. Itaqꝫ rogo te: vt libentissime tibi cōmodata fide bona restituas. Uale. Mediolani. ex edibus nostris. iij. kalen. De cembres. M. cccc. lvi.

¶ Franciscus Philelfus Xenophonti filio sal.

d E Mātuano episcopo que scripsisti: legi perlibenter ⁊ si nichil certi significasti. Audio istū Antistiten ⁊ doctū esse ⁊ bonū virū. Equidē neqꝫ bonitatem cuiusquā facio multi: vbi is careat doctrina: neqꝫ doctrinā in precio esse habendā reor: q̄ boni tate sit nuda. Tu satis potes aīaduertere q̄ mea sit mens: que volū tas. Itaqꝫ etiā atqꝫ ēt caue ne q̄d agas temere Odorare oīa diligē ter: nec sinas te falli. Satis es admonitus. Uale. Ex Mediolano kalen. Decembribus. M. cccc. lvi.

¶ Frācīscus Philelfus Lodouico cunij comiti sal.

x Enophon filius cupit peregrinari: id qđ ei faustū fortūa tūqꝫ sit vehementer opto. Rem michi feceris gratissimā si quo tēpore Mantue fueris: inquires oīa diligēter: vt intelligas

quo iter incedit. Eūq; accersas ad te persepe: ac moneas que ei cō ductura existimaueris. Nā nescio quo natus astro quedā appetit supra vires. Compescendus est eius impetus: ne sese precipitem dedat. Probo ē ingenio: et compositis moribus. Sed qddā habet nescio quid: longe se altius. Tenes qd velim. Valel Ex Mediola. kalen. Decembribus. M.cccc.lvi.

Franciscus Philelfus Xenophonti filio sal.

f Uperioribus diebus Bartholomeo platynēsi Mantuā repetenti litteras ad te dedi: quibus ad ea omnia respōdi que ternis antea litteris michi scripseras. Nūc aliud nichil erat qđ scribēdū esse oporteret: nisi vt patauinū librarium ire ad me cures: quē tractabo non humaniter solū: verūetiā liberaliter: siquidē talē experiar: qualē predicas. Tuā istic moram non possem non pbare si qd certi audirem tibi constitutū. Nam spem precio emere stultū est. Tu tñ facito: ne qs te leuitatis accusare iure queat. Uale. Ex Mediolano. iij. nonas Decembres. M.cccc.lvi.

Franciscus Philelfus Blasio ghiglino abbati diui Ambrosij salutem.

a Buteris Blasi ghigline facilitate modestiaq; mea Et facis tu quidem minime liberaliter: qui et orationes meas: et libellum quem de vita et moribus illius sanctissimi patris ac sapiētissimi viri pientissimiq; pōtificis Nicolai quinti nup scripserā repetēti michi tam sepe reddere: vel neglexeris vel nolueris. Itaq; dico tibi: nisi ante christianā resurrectionem hec oīa michi restitueris: oīno fore: vt facilitatis posthac mee et vsitate nimis in te modestie ita oblitum sētias vt neq; me vnq̄ velis: nec aliū quēq̄ fallere Nā dabo operā vt de laudatissima tua ista consuetudine moribusq; grauissimis nulla vnq̄ etas: nulli populi cōticescant. Uale. Ex Mediolano. ix. kalen. Martias. M.cccc.lvi.

Franciscus Philelfus Othoni carreto iurisconsulto sal.

q Ui diui Ambrosij monasterio Mediolani abbas preest: quedā opuscula mea iāpridē accepit cōmodato. Hec dū repeto dat homo simplex: ac mīme versutus vba sp. Itaq; institui bello rem decernere: posteaq̄ iure non licet. Sed anteq̄ in aciem descendo dimicaturus: duxi hoīem admonendū. Quare te rogo vt meas litteras quas hisce occlusas ei reddēdas cures: meq; facias q̄primū certiorē: malit ne oīno insanire: an aliqñ resipiscere. Nam nisi blasius ghiglinus satisfecerit ppediē suo muneri: ego vtar meo Uale. Ex Mediolano. ix. kalen. Martias.

¶ Franciscus Philelfus Xenophonti filio sal.

a Ccepi lras tuas ex Venetijs: quas tu⁹ ille familiaris Veronensis michi reddidit. Laudo tuam istuc pfectionem: modo salutis habeas rationem. Audio eni istic laborari pestilētia Itaqȝ ratio tibi habenda est valitudinis. Et vetus michi est ꝛ sūma amicitia cū viro clarissimo Bernardo Justiniano Leonardi filio: cui te debes familiarē reddere. Is eni tibi nō paꝝ pdesse poterit: id qꝺ vel suo ingenio: vel mea cā nō inuitus faciet. Marchesiū nostrū benevalere cupio. Angela soror tua ad christianā resurrectionē tradet viro: cui desponsata iā est. Saluere plurimū cupio atqꝫ opto Phebū cancellariū qui facito ne te ignoret. Est eni ꝛ honestus vir: ꝛ michi amicus imprimis. Itaqȝ tibi auxilio erit maxime Vale. Ex mediolano. x. kalen. apriles. M. cccc. lvij.

¶ Franciscus Philelfus Paulo cusano sal.

d Elector ingenio modestiaqȝ tua: qua in scribendo vteris. Facile enim futurum spero vt expectationi patris tui viri grauissimi respondeas: quippe qui in virum sis probum perdoctūqȝ euasurus. ꝙ autē me tantopere laudaris binis iam litteris tuis: id non tā vero ꝙꝫ abūdātia quadā amoris erga te mei factum intelligo. Itaqꝫ habeo tibi non mediocrem gratiā. Oratiōes mee quas petis plures apud me non sunt. Hospitant eni apud amicos: alie apud alios. Cū primū domū reuerterint: dabo operā ad te veniāt. Que aūt domi erāt: misi tibi. Si quid est in me aliud quo tue volūtati gratificaturus sim: id tibi p volūtate adesse arbitrare. Vale. Ex Mediolano. viij. kalen. apriles. M. cccc. lvij.

¶ Frācīscus Philelfus Gabrieli: ex ordine minorum theologo salutem.

f Ratris Roberti cōterranei socijqȝ tui oratio quā de fide ꝛ doctrīa christiana perdocte habet ꝛ elegāter ad populū delectat me sane plurimum. Est eni grauissimis sententijs ꝟbisqȝ ornatissimis referta: ꝛ plane talis que ab eruditissimo: eloquētissimoqȝ theologo profecta iudicetur. Nec est pfecto qꝺ in ea quicqꝫ desiderandū eē videat preter id vnū qꝺ ad actionem pnūciationē qȝ attinet. Est eni ꝛ vox ꝛ vultus: ꝛ totius corporis gestus ad rem ipsam: qua de ratio habetur: accommodandus. Id autem Robertus nō omnino semper attendit: vt in proxima: quā vulgo vos appellatis predicatione: est enim homelia ꝛ collocutio quedā rerum pceptorūqȝ diuinoꝝ ad populum: vt in proxia inqꝫ predicatione: q nudiustertiꝰ ab eo est habita. Nā cū ꝟba venturi iudicis xpi orādo repsentabat: qbus electi in meritoꝝ munificentissimū pmiū celesti

ac sempiterna gloria donabũtur: id voce flebili: quã leticie plenã esse oportebat: et vultu tristi in quo reqrebatur hilaritas: et gestu minime ameno aut festino: doctissimus theologus faciebat. Cũ natura ipsa nos moneat non ars solum: quid in huiusmodi rebus tenendũ: quid obseruandum sit. Eodem etiam pacto cum vellet in medium referre et perinde quasi res ageretur: dicendo exprimere summi iudicis latam sentẽtiam in improbos: et damnatos: id voce admodũ flebili ac vultu commiserabili faciebat: cum par esset tum vultũ ostendi vel seuerũ vel minacem: tũ vocẽ ad terrendũ accommodatam. Preterea cum tempestiue sepe ac recte fletu et commiseratione vtitur: est ipsa in re multus ac diutius q̃ conueniat adeo vt audientiũ aures simul cum animis quãdoq; offendantur. Nam totum id breue esse oportet. Ut eñ prudentissime inquit Cicero Nichil citi⁹ lachryma arescit. Reliqua vero oĩa in isto theologo ita probo: vt nichil ad laudis cumulũ putẽ posse accedere. Uale. Mediolani ex edibus nostris. iiij. kal. apriles. M. cccc. lvij.

Frãciscus philelfus Nicolao arcimboldo iurisconsulto salutem.

n On potui non subridere: cum legi tuas litteras: quibus facile sum admonitus: quod iampridem re perspicua intellexeram nichil humana in vita perfectum eẽ. Ego nichil meum esse vnq̃ statui: qđ amicis meis ac presertim tibi commune esse nollem. Uideo aliam tibi esse consuetudinem: vt inqt Cicero cuiq; sua vxor et michi mea Nunq̃ me tamẽ peniteat mei instituti. Tuis michi libris opus non est. Nam satis michi librorum est in meipso quantum alteri huiusce tẽpestatis cuiq̃. Itaq; tibi habeas libros tuos: quorum tãtopere indiges. At ego meos quibus maxime oĩm abũdo: tibi semper volo cõmunis eẽ. Tu interim q̃rectissime feceris: si Joannẽ Jacobum parmensem castigaueris talemq; reddideris: vt grauitate sapientiaq; tua nõ omnino indignus existimetur Est enim iudicio meo nõ modo stult⁹ procacitate sua: sed etiã fatuus: id qđ eminentia stuporq; oculorũ perfacile declarat. Joannẽ ambrosium in Joannẽ Jacobũ mutare non parum interest in petulantẽ sobriũ. Uale Mediolani ex edibus nostris. vi. kal. maias. M. cccc. lvij.

Frãciscus philelfus Joanni medici sal.

q Uos reconciliata inter nos gratia carminũ libros vltro dare ad te institueram: dedi etiam eos libẽtius acceptis litteris tuis: qbus significabas tibi mea scripta esse non

iniucunda. Nec volo existimes hucusqz nostra munuscula calcem sistere. Na ꝑpedie᷑ alia subnectam. Interim ita me dilige: vt intelligam meã reconciliatã beniuolentiam tibi esse non ingratã. Vale Ex Mediolano. iiij. kalen. Maias. M. cccc. lvij.

¶ Franciscus Philelfus
Antonio becharie salutem.

b Aldus martyrellus ꝛ tibi iampridem ꝛ michi vt est ꝑhu manus ꝛ liberalis admodũ familiaris dicit accepisse a te litteras quibus scripseris ad se meum tibi Plutarchi codicem continentem venijsse. Qđ ego audiens non tam stomachatus sum: ꝙ miratus. Nam quem ego virum bonum ꝛ grauem semper existimaui: induci vix possum vt credam ea te scribere: que refelli planeverissimeqz possunt. Qđ si ea ioco scripsisti: iocare sane vt libet: modo iocus tuus amicicie nostre detrimentũ non afferat. Nã neqz amicũ fallere: neqz falli ab eo velim. Itaqz facito me si libet hac de re ꝙprimum certiorẽ. Tibiqz ꝑsuade me nullo pacto induci posse: vt sim isto codice cariturus. Vale Ex Mediolano nonis maijs. M. cccc. lvij.

¶ Frãciscus Philelfus Petro medici sal.

d Uos Hippocratis libros: alterũ de flatibus: alterum de passionibus corporis: quos iampridem e grecovertimus in latinũ: idcirco dedi ad te: vt vel curares: vel tuereris valitudinez tuam. Nã pro reconciliata inter nos gratia te non mediocriter diligo: id qđ sane facit: vt tibi cupiam esse ꝙoptime. Lege igr̃ hosce libros: ꝛ eorum preceptis vtere. Quod si feceris: sicuti pro tua prudentia facturum te certe scio: non dubito fore: vt indies melius cõualescas. Fuit. n. Hippocrates vir ꝑfecto non modo doctus ꝛ eruditus egregie: sed qđ eruditionis est propriũ prudentissimus ꝛ idẽ si quid ad rem valet: eloquentissimus. Vale. Ex Mediolano. xiij. kalen. Junias. M. cccc. lvij.

¶ Franciscus Philelfus Nicolao
canali patricio veneto salutem.

q Uid abs te velis ꝛ cuius gratia ex ijs intelliges que post has litteras vel potius in his litteris scripta intelliges. Feceris autem michi rem admodũ gratã: te autẽ non indignam: si me ꝙprimũ feceris de ijs oĩbus certiorem: que ad te scripsi. Qđ vt facias: te etiã atqz etiã rogo. Vale. Ex Mediolano. xiij. kalen. Junias. M. cccc. lvij.

¶ Franciscus Philelfus Jacobo moranice theologo atqꝫ generali religiosissimi ordinis minoꝝ salutẽ.

e Et si non vereor aliquos fore: qui vel grece litterature im
periti: vel inueterato iam irroboratoq; errori obstiatius
inherentes: aut ignorantie me accusent: aut impudentie: q audeā
ad id vnum non perinde accedere vt edocear: sed vt doceā potius
et emendem quod vniuersa tandiu vsurparit: ac tenet Romana ec
clesia: non patiar tamen vir christianus non id in medium referre:
qd aut temere michi sētire videar. Atqui fieri sane potest: vt fallar
et quod proprium est erroris: vt falsum pro vero approbem: quare
alterutrum michi iucunditati futurum sit: vel doceri quod nesciā:
vel id prestitisse vnū iudicari: ne ceteri diutius errarint. Qua in re
idem michi contingat: necesse est quod aut medico si sanarit: aut e
groto solet: si bonam valitudinem recuperarit. Vterq; letat quidē
sed qui modo egrotarat multo magis. Et ne sim in perspicua re p
lixior paracletū spiritum quē Christus humani generis redēptor
se missurum pollicetur apostolis video ab hominibus paraclitum
appellari: hoc est per i. breui penultima: quod per e penultima pro
ducta pronunciari oportet. Greci enim non
paraclyton: sed paracleton scribunt per id est
e. productā: et non per iota: que quidem littera significat. Qd si pa
raclytus apud grecos inueniretur: quod certe minime inuenitur:
non per i. iota: sed per y. tenue scriberetur. Significaret autem pa-
raclytus ita scriptum infamem: aut preter famam. Nam
para apud grecos q̄q̄ plura significat: in huiusmodi tamen com-
positione preter vel diminutionem significaret clytos
vero fama declarat insignem: id quod inclytus pbat: famosus enī
in malum capitur. Itaq; paraclytus a prepositione para et
clytos nomine compositū: qd significatum recipiat
quis ignorat? Id aūt q̄ esset non modo absurdū in Christo Jesu:
sed etiam dictu impiū: quis nō videt? Paracletus inq̄ penultima
syllaba non correpta: vt vulgo pferunt: sed producta et scribi debet
et proferri. Et descendit id quidē nomen a verbo
paracleo: qd et rogo significat: et hortor apud priscos: apd iunioris
vero grecos etiā pro consolor reperit. Ab hoc autem verbo
paracletor descendit et paracletus.
Et qui in foro ac iudicijs a nostris deprecatores vocant: hi apud
grecos noiant Itaq; pollicet Jesus disci-
pulis suis missurū sese paracletū spm̄: qui eos sit edoctur⁹: siue illū
adhortatorē siue deprecatorē: hoc est aduocatū vt vulgo interptā-
tur siue consolatorem etiā intelligere velimus. At dixerit quispiā:
nōne id nominis diuus intellexit Ambrosius? nōne disertissimus

a D decimū Cal. septembres dedi ad te litteras vnas: et simul cum tuis alteras ad pontificem Piū. Eas autē vtrasq̄ tibi redditas ab Othone Carreto iurisconsulto: qui istic pro meo hoc principe Francisco Sphortia legati fungitur munere: non dubito. Itaq̄ miror: quod in hanc diem nichil ad me peruenit: quod responderis. Et id certe factum existimo summis occupationibus tuis: a quibus rogo tm̄ tp̄is subducas: dū ad me des: per quod intelligā: qđ michi faciūdū consulas: hoc est eam ne istuc an minus eā. Reliqua tu vel me reticente pro tua incredibili sapientia liquido cognoscis. Nā ego sum eo iportunior: quod te declaratuȝ audio a Pio pontifice: q̄ Bononiensi legationi presis. Uale pater amplissime. Ex Mediolano pridie idus septembres. M.cccc.lviij.

Frā. phi. Joāni paleologo Marchioni Mōtisferrati sal.

e T si te noui iampridē q̄ rebꝰ egregie doctis atq̄ grauibꝰ delectari: idq̄ vel ex meis de exilio libris q̄s diutiꝰ

tuo vti hospitio voluisti: clarius intellexi: nolui tamen nō aliquid ad te mittere: quod et grauitati ipsi suauitatem haberet admixtā: et non doctis solū: sed etiā omnibus posset esse cōmune. Itaq3 libros ad te dedi: quos mō de iocis z serijs inscriptos ediderā. Sic enim in reb⁹ seuerioribus lectitandis necesse fuerit: vt risui aliquādo auris patefacias: et nō leticia solū: s3 hilaritate aliqua perfundaris. Nā qm̄ te quasi longo postliminio visere institui: mihi hac via patū iri aditū volui: quo te nō facilē min⁹: q̄3 bn̄ficū offenderē. Uale ex medio. xij. kalen. Octobres. M. cccc. lviij.

❡ Franciscus phi. Nicodemo tranchedino sal.

d Elicatior factus es: qui nichil respondeas: nolo em̄ superbie crimen tibi hoī amicissimo obijcere: qd̄ ijs solem⁹ qui sepius litteris inuitati nihil respondere cōsuerunt. Scio sane te esse occupatissimum his presertim tpib⁹. S3 erit hūanitatis tue vt temporis aliqd̄ surripias tantillum: quod amicitie condones officio. Ego institui ad Pium pōtificē salutatū accedere. Itaq3 rogo te omni ope operaq3 cures: vt istac michi liceat iter facere. Quid opus sit: nosti. Uale et quid de nostro patricio factū sit: cura vt sciam. Ex mediolano. xi. kalen. Octobres. M. cccc. lviij.

❡ Franci. phi. Bessarioni cardinali niceno sal.

b Inas ad te nuper litteras dedi: alteras ad. x. kalen. septembres: alteras non multo post: hoc est pridie idus Septēbres: quas Otho carretus qui rome pro hoc principe Frācisco Sphortia negocia gerit: perdiligenter tibi reddidisse litteris suis testatus ē. Quod autē nichil responderis: nō possum nō mirari. Itaq3 rogo te: vt me facias certiorē acceperisne meas ep̄las: an min⁹ accepis. Uale ex medio. vi. id⁹ octobres. M. cccc. lviij.

❡ Francissus phi. Bessarioni cardinali niceno salute3

e T si de tua in me singulari mansuetudie atq3 beniuolētia nūq3 dubitaui: eā tn̄ ita ꝓxime tue littere quas p̄die nonas octobres ex vrbe Roma ad me dederas: mihi ꝑspicue declararūt: vt aliud nichil certius vnq3 habuerī. Sumq3 lōgiore illa tua dicendi elegantia atq3 maiestate ita delectatus: vt ipse m̄ afflatus aliqs pre voluptatis magnitudine in lectitāda ep̄la viderer. Incredibilis habeo tibi gr̄as pr̄ clemētissime: qd̄ nihil vnq3 omittis de me vel ornādo: vel āplificādo. Faciat imortalis deus: vt meis de te optatis: id qd̄ certo futurū spero: aliqn̄ fortuna rn̄deat Nam cui omnium malim

Ut autem ad rem veniam: vix dici queat: quam gratus michi quamque per iucundus fuerit nuncius tuus de recupato Plutarcho: quem quam amiseram: me a summo pontifice Pio secundo tuo interuentu dono accipere in non mediocrem felicitatis partem michi ascribo. Non enim parue michi iacture fuerat amissio talis ac tanti codicis. Neque volo tibi vnquam persuadeas alia a nobis via codicem istum aberrasse: quam ea que tibi primis litteris meis declarata est. Hunc autem michi dono dari a sanctitate Pij pontificis tanti facio: vt vix aliud pluris queam. Nam quid ego dicam de mirifica illa benignitate ac munificentia in annua vite subsidia: qua in me vltro verus Christi vicarius pontifex Pius vtitur? Decreuit michi vt humanissime scribis eius beatitudo in singulos annos aureos ducatos ducentos vel argenti mediolani. Addisque futurum vt maiorem indies et dignitatem et vtilitatem assequar. Ad hec ego paucis respondeo. Quis ego me sane cognorim neque de illius sanctitatis beneficentia: neque de alacri tua beniuolentissimaque opera quicquam magnum promeruisse: operam tamen pro viribus daturum polliceor: ne saltem voluntate et obseruantia indignus censear tam egregia: tanque tempestiua magnitudine. Reliqua quod te velle intelligo scribam ad Pium pontificem. Vale pater amplissime. Ex Mediolano kalen. nouembribus. M.cccc.lviij.

¶ Francîscus philelfus Pio secundo ecclesie Romane pontifici maximo salutem dicit plurimam.

b Cessario reuerendissimus in christo Jesu ac idem sapientissimus cardinalis nicenus fecit me noie sanctitatis tue per litteras certiorem: quam de me perhumaniter beniuolentissimeque sentires: et quanta cum charitate de me honoratissima verba feceris: quibus me preterea tua sponte donis ornaris. Facis tu quidem pientissime omnia summe pontifex Pie: qui Christum optimum maximum imitatus nichil tibi potius ducas quam benefacere cum omnibus: tum ijs imprimis: quos noris iampridem innumerabilium tuarum incredibiliumque virtutum obseruantissimos extitisse. Meministi sane pater beatissime: quam ego te semper omni studio coluerim: et quanta semper cum veneratione diuinam sapientiam tuam: qua inter omnis mortales mirifice vnus excellueris: atque excellas: assidue fuerim prosecutus. Neque fieri posse iudicasti vt sine diuino quodam nutu atque voluntate tantus esset meus et tandiu erga te amor: tanta pietas: tanta fides. Neque videri voluisti oblitus: quod viuo adhuc et omni ex parte incolumi Callisto pontifice afflatu illo: vel poetico: vel diuino fore predixerim: et id

quidem hoc ipso presenti anno:vt ⁊ Callistus ex hac luce migra-
ret:et ipse tu qđ' oim votis fortunatissime contingit:et tantis chri
stiane religionis tenebris:lucē esses per optatissimū tuū pontifi-
catum allaturus. Et illuxisti tu profecto bonis atq̄ doctis oībus
quasi sol oriens teterrima tenebrarum caligine obductis. Actum
oīno erat de clarissimarū artiū studijs:laudatissimisq̄ virtutibus
nisi oportune tu diuinit⁹ dat⁹ esses ad illas instaurādas:tuēdas
illustrādas. Itaq̄ iam muse:que penitus interierāt:reuiuiscunt.
Eloquētia que obmutuerat:et vocem simul recupauit et mentē.
Ingenia que obdormierant:excitanꝫ. Omēs ad honestas actōes
maiore q̄ antea vnq̄ cupiditate incenduntꝫ. Desiderium Nicolai
quinti sapientissimi illius prestantissimiq̄ pontificis quo viri eru
diti et eloquētes nō mediocriꝫ torquebātur:nō leuasti solū opta-
tissima creatōne sanctissimi tui pontificat⁹:sed in maximam splē
didissime tue bonitatis admirationem amorēq̄ inflāmasti. Non
eñ honoratione verborū dūtaxat huiusmodi virorum animos in
pulcherrimā future tue benignitatis spem erigis:sed presentib⁹
potius ingentibusq̄ muneribus. Nā vt alios ꝓpe infinitos breui
tatis causa preteriens de meipso verba faciā quibus sum donis a
tua beatitudine honestatus? Quantā michi q̄q̄ singularem vo-
luptatem attulisti nobilissimo ipso Plutarchi codice:quo viroꝝ
illustriū et grecorū:et latinorū vite greca oratōe erudite:et elegā-
ter scripte continenꝫ? Quid qđ ad quotidiana vite subsidia sin-
gulos ducentos aureos ducatos in singulos annos michi in oēꝫ
etatem apud alios etiam agenti constituisti? Ita certe qđ absolu
te est munificētie tue:et exteriori cōsulis:et interiori homini:quip
pe qui et ingenio:et corpori fomēta attuleris. At ego pro tātis tu
is et tam immortalib⁹ beneficijs quid tandē sim celaturus? Rē-
pe illud qđ homūcio solet deo:cuius tu vices diuinit⁹ hoīb⁹ rep̄
sentas. Te admirabor:te colā:te venerabor:te dies ac noctes tuꝫ
mente et assidua meditatōe perspiciā:tum ore:atq̄ arūdine perē-
niter predicabo. Hec de te desinam vnq̄ benedicere:quādoquidē
ne tu quidē bñfacere in vniuersam vitā desinere voluisti. Erant
p̄terea p̄multa:que scribēda michi occurrebāt. Sꝫ hec idē clemē-
tissim⁹ cardinalis Bessario:ne sim epistola ꝓlixior:q̄ par est:tue
sanctitati verbis meis coram exponet. Reliquū est pater beatissi-
me:vt tibi indubitato persuadeas meā me omnem felicitatem in
te vno constituisse:cuius vitā atq̄ incolumitatē vt oīpotēs deus
q̄ diutissime tueaꝫ:etiā atq̄ etiā opto. Vale in christo Iesu:et me
cōmēdatū habe. Ex Medio. kalen. nouēbribus. M.cccc.lviij.

Decimusquartus

Fra. phi. Borsio estensi Mutine regijque duci sal. p. d.

q Uod plura de te indies dux borsi illustrioreque digna laude predicanf: eo magis magisque fortunatus michi videor: quod in tuam beniuolentiã me admiseris. Diligi enim a tali ac tanto principe non mediocri felicitati ducendũ est. Nã si morum similitudo iungit mortalium animos charitate: dissimilitudo aũt in odiũ cõcitat: quis nõ eũ laudandũ arbitref: qui tibi car⁹ sit: cuius mirabiles summeque virtutes tot tanteque sunt: vt cũ omni antiquitate non iniuria possis de gloria contendere? Et vt cetera que sunt ꝓpe infinita absolute summe virtutis documẽta incommodius michi tempus recensenda reijciam: quis nõ iure optimo admiretur? non obstupescat? non tollat in celum diuinis laudib⁹ illud inaudite clemẽtie ꝛ magnanimitatis genus: quo nuꝑ ad. x. kalen. nouembris vsus perhiberis? Nam vt grauissime littere magnifici equitis aurati Bartholomei pẽdalie ad Nicolaũ filiũ ducalem hũc aulicũ: que hoc die in maxima procerũ et nobilissimorum hominum multitudine coram hoc illustrissimo nostro principe Francisco Sphortia inter prandendum recitate sunt: prudentissime declarãt: Joannes peregrinus cognomento simul et re ipsa abolicus maximis abs te maioribusque tuis ornatus beneficijs: cum grauiter ꝛ iniquo animo ferret vt leuem ita iustissimam mulctam illã: qua Laurentius eius filius paucis ante mensibus mulctatus fuerat: non minus ob delicti negati mendacium: q̃ ob delictum ipsum quod circa aucupiũ contra sui decreta principis ꝑpetrarat. Uenetias dedita opera profectus dicitur. Ubi cum diutius esset: q̃ antea vnq̃ consueuerat: vt erat animo ad maledicendum nocendumque vehementius inflammato: quicquid potuit excogitare: confingere: comminisci: quod excellentie tue vel ad perniciem: vel ad infamiam accessurum existimasset: eorum omnium omisit nichil. Et tanq̃ non dicendi: sed maledicendi peritiã a disertissimo Guaryno familiari nostro didicisset: vbicũque Uenetijs inf ambulandũ aliquos offendisset: quos tibi aliqñ quoquo modo nocere posse confideret: apđ illos ꝑ nouas insinuatões insidiosaque principia continuo ferebaf ea orõne: vt aliud nichil habere negocij videretur: q̃ per omne insimulationis genus deprauare splendididissimas virtutes tuas: vtpote qui nichil aliud quereret: strueret: anhelaret: q̃ malefacere: teque si fieri posset: tollere ex hominum genere. Pudet me ea meminisse: que ab illo maledicta memorantur. Sunt. n. indigna auditu: sunt obscena: sunt impia. Que q̃dẽ ipa hmõi ẽẽ viri illi pñcij vt sunt magni ꝛ sapiẽtes: non obscure oñderũt: q̃ppe q̃ plerique oẽs: tũ Joannẽ peregrinũ ipsum

verbis acerrimis coram castigarunt: tū per litteras te de omī hominis petulantia familiariter amiceq; monuerunt: quibus tu per lectis et q̄ diligentissime consideratis: req; oī intellecta ⁊ cognita non turbaris: non excādescis: nō animū acerbiorē in partez inclinas: id quod debite seueritatis fuisset et iusticie potius: q̄ crudelitatis: et vltionis: sed vt es humanus: mitis: mā suetus: cōuocatis in consiliū duodecim sapientū quod dicit: ex primoribus Ferrarie ciuibus circit ducentis: accersi etiam iubes reum ipsum Joānem peregrinū: cum essent tamen ij oēs ignari: q̄obrem eo loci cōuenissent. Deinde victor Pauo prudentissimꝰ secretarius tuꝰ ꝓfectus in medium exponit excellētie tue noīe pfidiam Joānis peregrini: eamq; vnis venetorū litteris ne contradicente quidē reo confirmat: facileq; cōuincit nō vna morte dignū esse illuz: sed ad modū infinitis: et ijs quidē diris et truculentis: siquidem tot mortibus plecti abominabilis atq; impius ciuis posset. Quibus sane auditis liquidoq; perspectis: ita sunt consultantium animi tante rei imanitate in reum ipsum exasperati: vt perinde atq; hecuba quedam quā fabulant: in polymestora: in illius oculos vellent irruere: neq; oculos dumtaxat eruissent: sed vitaz: sed animā: sed si quid in anima latet altius et potentius. Atqui audiat longe lateq; presens hec etas: audiat posteritas omnis. Audiāt omnes qui sunt: futuriue sunt: populi: gentes: nationes: audiat vniuersus orbis terrarum inauditā humanitatē: clemētiam: sanctimoniaz magnanimi atq; religiosissimi ducis Borsij: cuius verbis idē victor stans in medio iratorū: et tumultuantiū ciuiū. Tibi ait o Joānes peregrine homo nefarie mitissimus pater patrie dux Borsius ꝓ tuis tantis istis et tam perditis tanq; īmanibꝰ facinoribus nō vitam eripit: non substantiam: que quidē omnia pro tuis scelcribꝰ amisisti: q̄npotius tibi vltro ignoscit: debitāq; penā liberrime remittit. Nam nichil est: quod malit q̄ nō mō non degenerare in oī virtutis genere a clarissimis principibꝰ maioribus suis: sed illis vniuersis si fieri possit: q̄ longissime prelucere. O vocem prestantissimi principis: o mirabilem lenitatem: o animi magnitudinē inauditam. Laudatur ille maximus rex dauid: qđ placatꝰ precibus mulieris Abigail manꝰ anybal carmello eius viro hoīe vno oīm ingratissimo: quē interimere cum vniuersa familia decreuerat ilico abstinuerit. Laudatur Cesar augustus: quod vxoris Liuie cōsilio. L. Cinne quē pdere cogitabat: anhelati parricidij veniā dederit. At Borsiū quibus nos laudibus ꝓsequemur: qui ciuibus oībus in Joannis peregrini irruentibus necem: eū nō mō incolu

mez eē iusserit:sed ab impetu consultantium facto sua manu sub duxerit:atq̄ seruarit:nō muliebri:nō alieno illi consilio nullis ne q̄z precibus nec muneribus opus est:qui per sese viget:ac sapit:q̄ deū semp̄ ante oculos habēs cū illud salutare preceptū meminit Michi vindictā ⁊ ego retribuā:tū ne obliuisci quidē vnq̄ possit eundē humani generis saluatorē nō solū ignouisse malefacienti-bus:sed patrez etiā:vt illis ignosceret:extremis in cruciatib⁹ sup plici cōmiserabiliq̄z voce orare ñ destitisse. Libuit nobilissimo du ci Borsio pro animi magnitudine obliuisci iniuriarū. Libuit qđ Cato senior prudentissime vsurpabat:vti venia in delinquētem: quo ptātē:quam ab deo habet:ea liceat vti semper. Libuit:libuit inquā optio principi:vt est lenitate incōpabili:ignoscere Joanni p̄egrino:quo ⁊ sese ipse sui similē ostenderet:et illū p̄petrati faci-noris vbi penituisset:ceteris foret exēplo nullā eē v̄tutē:q̄ vni gra titudini antecellat. Quid em̄ ingratitudīe fedius? quid atrocius? quid exitiosius? quid imanius? Nā si hec vitio vacat:nullo ob eā quam in se habet impudētiam:a quo em̄ flagitio abstineat homo impudens:nō obscure p̄z eē gratitudine p̄stātius nihil. Et prim⁹ ille Angelus si gratus eē voluisset:neq̄z sua inflatus opinione in supbiā lapsus eēt:neq̄z a celesti diuinoq̄z domicilio preceps cor-ruisset in tenebras sempit̄nas. Te Joānes p̄egrine grauissimi at q̄z iustissimi ciues oēs:qui tua cā in cōsiliū cōuenerāt:mortuū eē voluerunt:quē princeps clemētissimus et vite restituit et tanto tā q̄z amplissimo patrimonio qđ iuste pieq̄z amiseras:frui voluit:se cutus is quidem vt michi videt̄ nō tam illud qđ a Socrate dictū laudat̄ a viris sapientib⁹:decere principē et amicis bn̄facere:et in imicos reddere amicos:q̄ p̄ceptū euāgelicū:quo iubet̄ inimicos etiā eē diligēdos:quo maiore te hoiem inimicissimū quo pulchri ore beneficio dux Borsius afficere poterat q̄ vita donatum iube re vel locupletissimū opulentissimūq̄z repugnare. Nōne tibi vide ris regnare Joannes peregrine:cū tm̄ scelus impune p̄petraris? Memineris igit̄ memineris gratitudinis. Et qđ de persa illo A raspa tradit Xenophon:tecum dies noctisq̄z voluta. Nec te dete riorem in Borsium:si quādo vsus fuerit prestato:q̄ ille gesserit se in cyrum. Apes iracunde sunt:et adeo peruicaces ad pugnandū: vt aculeos etiam quibus natura armate sunt:relinquant in vul-nere. At earum regem natura eē inermē voluit:et ita mitē quoq̄z et mansuetum. Si huiusmodi se regem erga te prestitit mitissim⁹ dux Borsius:noli tu queso inherentē vulneri aculeum item reci-pere ad nocendū:idq̄z non modo:ne noceas tibi ipse:sed vt animi

tui gratitudine letius reddas humanissimi principis bñficiũ:cui non minori cure sunt laudabiles ciuiũ actões:q̃ proprie ac sue. Hoc em̃ interest inter tyrãnũ ⁊ iustũ principẽ:quod ille oĩa refert ad proprias vtilitates:siquidẽ aliq̃d vtile censeri debet:quod ab honestate abhorreat. At iustus princeps quicquid agit:quicquid loquitur:q̃cq̃d cogitat:id omne refert ad vtilitatem ⁊ decus ciuiũ Si te tibi dux Borsius restitutũ aĩaduerterit:hoc ẽ si sanũ ⁊ prudentem:letabitur ipse certe:quod collatum in te beneficiũ nõ amiserit. Tunc enim amittitur:cum in hominem indignũ collatũ id fuerit. Et pastor bonus relictis ceteris ouib⁹:quã vnam amiserat diligenter querit. Et cum inuenerit non mediocrẽ leticiam pre se fert. At si secus tibi:quod tua cã nolim cõsulueris:malueris q; ingratitudinis crimini obnoxius fieri:q̃ gratitudinis laudari:ego sane grauius tibi presagiũ nichil:sed tu velim tecum ipse cõsideres qualis de te apud viros bonos et sapientis existimatio futura sit:qualis fama. An ignoras qui negligit famã suã:homicidã iudicari? Primũ tibi ante oculos pone:quanta in laude ij versanť:q̃ se accepti beneficij memores voluerunt. Quis est:qui nõ libenter audiat:ac celebri oratione prosequatur:vel Minucij magistri illius equitum in. Q. fabium maximum:vel. L. Terẽtij culleonis ciuis romani in africanũ superiorem gratitudinez singularem? Nã qualis se haberi voluerint Virgili⁹ Horatiusq; poete in mecenatem:et Augustuz:eorum pulcherrima disertissimaq; poemata decantant. Contra vero nemo est sensus et rõnis cõpos:qui cũ aut Sextilij in. G. Cesarẽ. aut. G. Pompilij in. M. T. Ciceronẽ maximos duos et eloquẽtissimos viros ingratitudinem inuitus merens q; audit: non illos vel mortuos oderit:atq; execretur:⁊ per oẽ cõuitij contumelie q; genus insectetur? Sed quid multis? q̃ sit detestabile abominabile q; facinus ingratitudo:vt triste ita sempiťnũ tulit exemplũ sceleratus et impius iudas ille:qui magistrũ dominũq; suum hũani generis redemptorem cruciandũ iudeis p oẽ vite dedecus et interimẽdũ tradidit. Is em̃ cõscius sibi dire sue horrẽde q; feritatis:abiecta spe omni cõsequẽde venie ꝓdigiosaz vitam laqueo finiuit. Plus em̃ ponderis ad penam in malignitate sua q̃ in diuina bonitate atq; misericordia inesse arbitratus est ad veniam. Preterea iustus princeps non semp ignoscit. Nimia enim misericordia summa esse iniusticia consueuit. Nec min⁹ crudelis ducit qui semp dat veniam:q̃ qui nunq̃. Omnibus in reb⁹ mediocritas q̃dã seruãda est. Qui se voluit leniorẽ q̃ deceat:lentitudinis cuiuspiã et ignauie nomẽ subijt. Et dissoluta clemẽtia nõ

eum modo:qui iterū deliquerit:sed reliquos item reddit alacrioris ad delinquēdū. Quo fit:vt sub vmbra huiusmodi vel clementie vel segnitie iusticia tota pereat. Itaqꝫ etiam atqꝫ etiam tibi caue. Teqꝫ ita institue vt et clementie ac benignitatis tuus optimus princeps ab omnibus laudetur:et tu vsus non abusus tanto beneficio videare. Sed vt eo vnde diuertit:nostra redeat oratio:non potui equidem prestātissime dux Borsi non mirū in modum affici leticia cum littere ille copiose et elegantes Bartholomei pendalie coram optimo maximoqꝫ principe meo francisco Sphortia recitate sunt Erant enim indices ac testes preclare tue et eximie bonitatis:quam vidi cum ab audientibus omnibus tū a grauissimo ipso principe facundo admodum plenoqꝫ ore mirifice laudari:teqꝫ vnum dici qui inter huius etatis principes et haberi debeas:et dici princeps. Quare non minus mee felicitati letor qd modo dicebā:qꝫ tibi gratulor:q; maxīs tuis innumerabilibusqꝫ virtutib⁹ tantā iam gloriam es adeptus:vt nulla sit futura posteritas que de tuis diuinis laudib⁹ cōticescat. Quis eñ te humanior:quis clemētior:quis animi magnitudine clarior:qs iustior:qs munificētior:Nā qd ego dicā de illustri sapiētia tua quā pspicue itelligēs inferiora hec et tēporalia oia mutabilia eē plane qꝫ caduca:nichil tibi antiqui⁹ ducas magisue expetēdū fide:religiōe:pietate: Oia referes ad deū:q̄ sp tāqꝫ presente vidēte audiēte:dirigis ac pficis tuos salutiferos cogitat⁹:Itaqꝫ oia tibi secūda sunt:oia leta et ad votū oia Qui te min⁹ norit rustic⁹ ē cēsendus:qui te nō amat:nō colit:nō ex omi animi snia venerat:vl flagitiosus ē vel stult⁹. Perge:vt facis pīceps prestātissime:da nobis tu is quotidie egregiū aliqd argumētū vel audiēdi:vel discēdi scribendiqꝫ de tot tuis tātisqꝫ virtutib⁹. Vale principū dec⁹. Et me commēdatū habe:vt facis. ex mediolano idib⁹ Nouembribus.

¶ Frācíscus philelfus Nicodemo trāhcedino sa.

q Uod tardiores ierint mee ad te littere id cause fuit:qd expectabā michi facultatē fieri p principē nostrū faciūdi itineris. Nō eñ viuim⁹ nostro sed alieno arbitrio. Et iust⁹ princeps p iusta lege ducēdus ē. At viri oēs boni subiecti sunt legib⁹ Iccirco Socrates cū posset noluit e carcere se in libertatē vēdicare. Breui igit hinc concedā Lucā. Ibiqꝫ tādiu expectabo:donec michi fiat:qd amici nomine significasti. Nā ei⁹ michi fide eē tutius nichil pōt. At ne securi⁹ quidē: Erūt etiā mecū filij duo Marius ac Xenophō. Cū vna erim⁹ cetera inter nos cōmentabimur Vale ex Mediolano.ix.kalen.decembres.M.cccc.lviij.

¶ Franciscus philelfus Thome senece sal.

b Ertholla noster qui ad te venit: faciet de oī statu meo te cumulatissime certiorē. Qua vero in re tua michi opera opus sit: ex eodē cognosces. Itaqꝫ tuū ē id pstare: ne frustra hꝫ itineris ab eo susceptū videri possit nō. n. sum nesci⁹ ꝫ quātū possis auctoritate et gratia: et quātū etiā mea causa velle debeas sed rudis plane et dicēdus sum: et iudicādus: qui ita ad te scribā: quasi videar de singulari tua pspectaqꝫ charitate. Quare nichil aliud abs te peto: nisi vt cures: ne istic diutius Bertholla noster expectet. Vale ex mediolano. iiij. nonas Decēbres. M. cccc. lviij.

¶ Franciscus philelfus Bessarioni episcopo tusculano cardinali niceno sal.

c Um ego quotidie tuas litteras expectarē pater clemētissime: quib⁹ certior fierē de iis: que ad kal. nouēbris tue amplitudini scripserā vna cū litteris ad sanctissimū pōtificē Pium neqꝫ aliud noui qcqꝫ acciperē essetqꝫ iam michi tandē iter ad vos permissum: cepi non inuitus aggredi hoc laboris istuc pficiscendi: et si cupienti labor esse nullus sane pōt. Itaqꝫ sum in via. Neqꝫ ad multos dies futurū spero: vt sanctissimi dn̄i nostri exoptatissimā faciē tuāqꝫ michi corā contueri liceat. Interea vero loci te maiorē in modū rogo vt qđ antea ad te scripserā et de Plutarchi codice et de ducentis illis aureis ita ex sentētia tua meaqꝫ conficiat vt nichil iis de rebus cū istuc venero: michi curandū sit. Vale. R. pater. et domīe. Ex Mātua die natalis christiani.

¶ Francis. phil. Ciccho calabro ducali secretario sal.

n Olo mireris: si in hoc meo ad Piū pōtificē itinere incessu vti videor testudineo. Id enim fit partim malignitate hyemis que vias omnis vitreas reddidit partim benignitate principum: q̄ me nōnulli remorati sunt. Imprimis autem Sigismundus Pandulphus malatesta: vt est animo ingēti et perhumano me honorificētissime liberalissimeqꝫ excepit et oībus est officiis prosecutus: quē ego cum ob eius maximas innumerabilisqꝫ virtutes maxi facio: tū eo pluris qđ pncipis nr̄i amātissimū eē obseruātissimūqꝫ cognoui. Idqꝫ vt istius excellētie referas volo. Sū ego hic postridie abitur⁹. Vtarqꝫ q̄ntū i me fuerit maturiore itinere Te interea etiam atqꝫ etiam rogo: vt memineris mei: nec minus Laure nostre: quam tibi vnice cōmendo. Reliquū est: vt communi principi etiam atqꝫ etiam me cōmendes. Vale ex Arimino Nonis Januariis. M. cccc.

¶ Frā. philel. Ciccho calabro ducali secretario sal.

d Edi ad te nudiustertius litteras ex Arimino:quibus certior fact⁹ eēs de ijs:que tps obtulerat. Hesterno vesperi cū ad forū sempronium venissem:offendi Jacobū perusinū cognomēto picininū corpe sane Tydeū:sed animi robore ac prudentia alcidem aliquē. Hic michi visus est tanta esse in principem nostrū et fide et pietate:vt dignus sane sit:quē Sphortiani omēs mirifice diligam⁹:amemusqꝫ. Singularē is michi beniuolentiam ostendit:omisitqꝫ nichil:quod vel humanitatis:vel benignitatis officium saperet. Spero hunc principi nostro maxime aliqñ voluptati fore:et fortassis etiā vsui. Cū hec ad te scripsi:erā hinc continuo abiturus:quippe qui audirē pontificē Piū ex vrbe Roma iam decessisse peterecqꝫ perusiam. Tu me interim ama:vt soles. Uale Ex foro sempronio. vij. idus ianuarias. M. cccc. lix.

¶ Franci. phi. Gaspari mercato Ualentie comiti sal.

f J Gasparem mercatū meū de omi meo in vrbē romā itinere min⁹ facerē certiorē:quē aliū sim factur⁹:haud satis intelligo. Jtaqꝫ rem oēm paucis accipe. Posteaqꝫ ad quartumdecimū kalen. ianuarias e mediolano decessissem veni postri die mantuā:que quidē vrbs me plurimū delectauit cū sua magnificentia et Maronis nostri memoria:tum etiam cumulatius presentia ⁊ humanitate prestantissimi principis Lodouici:qui me vidit plibenter:excepitqꝫ lautissime. Et qm̄ natalis christianus propediem aduentabat:voluit ne ante inde discederē:qꝫ essꝫ a me natalis ipē apud se celebratus. Quo quidē facto postridie eius diei Reuerū veni vbi vidi pulcherrimas edes illas:quas ingēti aīmo princeps eo in oppido nuper edificauit:non trito et vsitato quodam vulgariqꝫ artificio:sed ad imaginem potius atqꝫ dignitatem laudatissime illius et perbeate antiquitatis. Unde cum Ferrariam postero die concessissem:ducē Borsiū offendi principem sane dignum:quem nulla neqꝫ natio:nec posteritas conticescat. Est eñ omni virtute preditus:imprimisqꝫ magnitudine animi ac munificentia:que ipse due claris principibus peculiares semper esse debent. Et quod michi fuit iucundissimū auditu:diuinum principem nostrū non minore laude:qꝫ beniuolentia prosequi studebat Ab hoc ego egregie donatus pridie kalen. ianuarias versus Bononiā profectus perpetuo itinere intra quatriduum Cesenam veni:vbi ab humanissimo regulo malatesta nouello non regie min⁹ qꝫ philosophistice sum acceptus. Eodemqꝫ modo post biduum a Sigismūdo pandulpho huius fratre:cuius ego fortunam nō potui non misere dolere:quippe qui videam breui periturum:nisi a

clementissimo nostro principe: a quo quidem vno is vltimam salutem sperat: opem: auxiliumq inuenerit. Unde cum primu illuxisset: abiens forum sempronium petij. Hic Jacobus picininus acerrimus belli dux hibernans vbi me eo aduenisse cognouit: suu necessarium quendam ad cauponulam misit: qui me suo nomine salutaret: atq omnia polliceretur: que humanitatis sunt beneficentieq officia. Hunc ego deinde mane cu adijssem: multaq citro vltroq familiariter et amice habita verba essent: vnum id visus michi sum de illius animo intelligere sibi principe nostro nichil esse carius: nichil venerabilius: cum sese huius semper non seruuz minus: q filium assereret: diceretq nihil sibi contingere posse optabilius: q aliquam occasionem offerri declarande sue in talem ac tantum patrem et dominum obseruantie: fidei: pietatis. Quid multis est opus? Est plane Jacobus picininus in principem nostrum tanta beniuolentia atq fide: vt addi nichil possit ad cumulum. Sum autem ab illo ita tractatus: vt eum decet qui et vetus amicus sit et principi nostro carissimus. Eodem etiam die inde discessi: et per montuosa illa asperrimaq itinera post sextum diem perueni ad vrbem Romam. Et ne sim longior q oportet: Summus pontifex Pius tanta me humanitate excepit: vt vix dici q dici possit humanius. Spero me omnia ex sententia mea affecturum: et ad paucos dies secundis auibus rediturum ad vos Interim velim: vt memineris mei: tibiq persuadeas te michi neminem post clementissimum principem nostrum esse carioreз: neq iucundiorem. Tu vale cum tua frigidissima frigida. Nam hic niuiu nichil e. Ex vrbe Roma. xiiij. kal. Februarias. M. cccc. lix.

¶ Fracisscus phil. Borsio estensi Mutine regijq duci salutem.

q Uod michi ex vrbe Ferraria decedenti madasti prestantissime dux Borsi: id ego pie ecclesie Romane pontifici fideliter diligetissimeq exposui: et ea preterea addidi: que mea interesse pro maximis tuis in me beneficijs addenda existimaui. Audiuit certe omia summus pontifex plibenter: ostenditq se vsurum in tempore: quod tam liberaliter atq pbenigne obtulisti: deinde in longiusculu sermone de tuis diuinis laudibus ꝛ audiedo et dicendo prouectus est. Et cu alia permulta de te mirifice pbauit: tum imprimis delectatus est quod nichil pluris q religioneз: et cultu diuinu faceres. Dicebat em sibi plurimu videri laudadu qui in tanta rerum licentia: ita se gereret: vt oia referret ad deum Absoluteq ee virtutis: qui in maxima fortuna se ptineat: cu fieri

vix possit: vt impunitate proposita voluptas vitiorum omniũ parens cõtemnatur. Et ideo te sibi videri magis admirandum q̃ in pulcherrimo & pacatissimo principatu in maxima bonarum rerũ omnium affluentia et varietate: et copia nunquam secedas ab honestis actionibus: nunq̃ ab officio: nunq̃ a deo: semperq̃ tui similis sis: hoc ẽ dei metuẽs planeq̃ perfectus. Nunq̃ eñ continere te potuisse in illa Joãnis peregrini aduersus dignitatem tuã impia contumelia: nisi deum semper ante oculos haberes Itaq̃ istiusmodi clementiam tuam pleniore quodam ore: hilariq̃ vultu laudabat. Et ne si longior fuero videar assentationi obnoxius vel in re perspicua oĩnoq̃ verissima: ea fuit dicendi clausula: si tales fuerint reliqui christiani principes: qualem te esse in deum audiret: nõ admodũ sibi in sua hac ꝑfectiõe laborandũ fore aduersus turcos. Hic ad martiũ istac iter factur⁹ ẽ. Quare ex eo ipse coram aĩaduertes: quã de te habet prestantẽ opinionẽ eãq̃ verissimã. Cetera tibi ꝓpediẽ presens exponã. Summus põtifex h' mane romã egredit' Perusiã versus iter factur⁹: vbi dies quinq̃ ad summũ acturus est. Uale mi princeps illustrissime: & me commẽdatũ habe. Ex vrbe Roma. xi. kalẽ. Februa. M. cccc. lix.

Frãcisci Philelfi Epistolarum Liber Decimusquintus.

Frãcis. Philel. Sigismũdo Pãdulpho malateste sal. pl. di.

Cum primum venissem in vrbem Romam Sigismunde Pandulphe: rem quam proficiscenti michi pro tua in me precipua dilectione mandaras: curaui apud pontificem Pium non minore fide: q̃ diligentia. Quid autem is michi responderit in causam tuam: id ego te omne filio tuo excellenti indole adolescenti Robertho: quem te apud Mediolanum absente: rediens fani offenderam: vt actum erat exposui. Fecisti autem et prudenter et recte: q̃d soceri tui Francisci Sphortie charitatem atq̃ sapientiam fucate aliorum spei dolosisq̃ pollicitis: vt es animo ingenti acerrimoq̃ ingenio: pretulisti. Non enim michi crede: tua te fallet opinio. Est enim hic princeps: vt scis: cum aliis permultis ac maximis virtutibus preditus: tum clemẽtia atq̃ benignitate plane omnium prim⁹. Que quidem ipse tue virtutes mirifica beniuolẽtia quadam mortaliũ animos ad se trahũt. Nã vt crudelitas est ĩmaniũ proprie beluarum: ita nichil esse duco q̃d magis attingat hoĩm bonitatẽ: q̃ humanitatẽ: facilitatẽ: mansuetudinẽ. Liberalitas vero ac beneficentia q̃ vehementer alliciant oĩs in amorẽ sui quis ẽ qui nesciat.

Quantum vero prudētia ⁊ rerū gerendaꝝ peritia calleat idē Frā ciscus Sphortia earūq; non paruaꝝ aut vulgariū cū alia prope infinita periculosissima clarissimaq; facinora: tum nobilissimus hic principatus facile demonstrat: quē nullis fere viribus: auxiliis ue fortune: aduersus omnes italie atq; galliarū: hispaniarumq; potentatus adeptus est cum immortali sui nominis gloria. At huius fide obseruatiōeq; promissorum q̄d inuenire liceat aut certius: aut sanctius? Itaq; tibi plurimū gratulor: cui video ꝓpediē letiorem fore fortunā: teq; nō modo liberatū iri omī belloꝝ mole sed icrementū etiā firmissimū vni⁹ hui⁹ soceri tui cōsilio atq; ad iumēto tuis reb⁹ presentib⁹ allatuꝝ. Reliquū ē: vt ꝓ tua dignitate atq; animi magnitudine vt bn̄ceptis insistas: oībusq; declares eū te Sigismūdū cē ⁊ idies magis magisq; futuꝝ q̄ consilij rōnē oī casus temeritati āteponendā iudices. Uale ex mediola. Nono kal. martias. M.cccc.lix.

Frācīscus philelfus karolo fortibracio sal.

q Uam michi gratū et iucūdū fuerit lautissimū tuū munus: Seneca noster cēsor egregi⁹ idēq; verissim⁹ splēdidissimi tui nois p̄dicator tibi corā exponet. Facis tu aūt nichil alienum a paterna gl'ia tuoq; splēdore. Nichil em̄ decet paruū abs te donari: qui et maxio imꝑatore sis nat⁹: et ipe maxim⁹. Qd aūt ad me attinet: licet ipse tibi: vl' me reticēte nō obscure itelligere q̄lis sit me⁹ erga te anim⁹. Nā si nullis beneficiis ꝓuocat⁹ erā tibi antea vehemēter affectus ob eximias tuas innumerabilisq; virtutes qualē futuꝝ speres quē tā elegāti munere decoraris. Tuū igitur fuerit bonas actiōes tuas bonis assidue actionib⁹ cumulare. Nō em̄ nos minoris in dicēdo de te bene cognosces: q̄ꝫ nos de te in bn̄ agēdo audierim⁹. Reliqua ex Seneca ipso accipies. Uale ex mediolano. vi. idus Aprilles.

Frācīscus philelfus Thome senece sal.

s Atis superq; expectare domi te poteram: cui darem litteras quas predixeram ad illustrem Karolum fortibracium cum interim nunciatur abesse te ab vrbe Mediolano ꝑ multa milia passuū. Fecisti aūt seueri⁹: ne dixeri inhūani⁹ q̄d nō vale saltem pri⁹ dixeris: q̄ꝫ a nobis abieris: presertim cū scires tua michi adhuc opera opus cē. Nā qua in re id certe scire nō poteras: nisi ab me aū audisses Habes tu cū hisce lr̄as q̄s tecū latur⁹ fueras ad iclytū istū karolū. Intelliges etiā q̄d abs te veli. Itaq; facito cures oīa ex sententia mea. Uale ex Mediola. v. idus apriles. M.cccc.lix.

¶ Fräciscus phil. Nicodemo tranchedino sal.

D Edi Petro galere ad te litteras: ex qb⁹ intelligere potuisti: quid fieri abs te velim. Itaq; si me amas: vt certe facis: da operā vt et q̄primū et ex sñia mea michi morē geras Scio em̄ ⁊ quātū possis: et quātū mea causa velis. Quare ne infinite occupatões tue tibi ĩpedimēto sint: quo min⁹ qd̄ cupim⁹ assequamur: tue prudentie fuerit puidere. Vale ex Mediolano. v. idus apriles. M.cccc.lix.

¶ Fräcisc⁹ philelfus Amareto mannello sal.

N On absurde michi videt̃ Plato sensisse eo in libro q̄ de rectitudine nominū inscribit̃: noīa quib⁹ vtimur nō esse indita casu quopiam: vtvulgo existimant: sed ita potius inducēte ac veluti de industria dictāte natura: q̄ multo ante puidens: qd cuiq; sit euēturū: et qualis quisq; futur⁹ sit: ita nomē ĩponat. Id aūt cū in aliis multis et reb⁹: ⁊ hoīb⁹ pbari pōt: tū in Alcides et Priam⁹ pspicuū ē. Alcides em̄ robustū fortēq; significat: qualem illum legim⁹ extitisse: qui hercules postea cognominat⁹ est: q̄ si fama gloriaq; iunonis: q̄ a grecis vocat̃ hera. Priam⁹ v̄o a verbo priame qd̄ emo significat: deduci manifestū ē. At illū ab Alcide captū troianos postea emisse: ⁊ grece ⁊ latine tradūt historie. Nā de v̄tutib⁹ et fortitudine Herculis quid attinet predicare? Et hec quidē duo queādmodū alia pmulta: qbus totus ille liber refertus est: secundū rectā analogiā dicta reperiant̃. Videm⁹ etiā ⁊ apud grecos et apud latinos pleraq; eē noīa: q̄ secus interp̄temur q̄ voces ipse significēt. Nā et lucū dicim⁹ qd̄ ob nimiā arborū dēsitatē luce quodāmō careat: et parce quod certe minime parcant Sic itē apud Platonē Cratylus causlat̃ in hermogenē: eum nō recte dici hermogenē: hoc est mercurio genitum: qd̄ doctrine scilʒ atq; eloquētie nichil sapiat. Vn̄ hec nostra repetit̃ oratio: vt intelligāt ceteri: qui te mi Amarete experti nō sunt: nomē tuū ꝯtrario esse significato accipiēdū: q̄ vox ipsa videat̃ ostēdere. Nā nō modo nihil in te habes amaritudinis: sʒ es certe plane dulcis ac persuauis: id quod nō solū omni tuo sermone declaras: sed etiā vniuersa vita. Sed de his malo apud alios q̄ apud teipsum v̄ba facere. Dedisti ad me binas suauissimas litteras: quarū vnas eodeʒ accepi die: quo erā ad vrbē Romā profecturus. itaq; nichil tunc ocii datū ē respōdendi ad te. Altere autem simul cū duob⁹ fasciculis asparagorū sunt hoc tpe michi reddite: quo me febrecula q̄dam eaq; tertiana corripuit. Quare noli meritis: si minus hilares he me littere ad te ierint. Mx enim iacenti in lectulo atq; febriēti

michi vel ineptiora hec dictare licuit: cum laboris etiam partem tuus ac meus Bonusaccursius pisan⁹ in scribendo sibi vltro assū pserit. Unū autem non omittā me non minore admiratione ꝑse qui ꝙ delectatione orationem: qua in litteris vteris. Et scribis tu certe non modo apte sed etiam pulchre. Itaqꝫ pro nostra singu- lari ac mutua beniuolentia te etiam atqꝫ etiam hortor: vt qua ce- pisti diligentia incumbas studijs litterarum: ex quibus crede mi chi: longe maiorem fructum ac diuturniorem consequere: ꝙ ex oī tua questuosissima mercatura. Meum Catonē saccū iuriscōsul- tum homerum saluere plurimum iube. Preterea velim meo no- mine moneas Mariū filium: vt cum Baldassare raxino se ꝙmo destissime gerat: operāqꝫ det: vt amicitiam cum illo viro ꝙ inimi- citias maluisse intelligatur. Uale ex mediolano. vii. kalen. maias M. cccc. lix.

Franciscus phi. Amareto mannello salutē.

f Acis tu quidem mi Amarete pamice qđ febrienti mi- chi oībus humanitatis officijs opituleris. Et asparagos accepi: et malapunica. Fuerūt sane michi vtraqꝫ ꝑgrata. Fa ciat deus: vt propediem quod spero: optoqꝫ: iucūdiora nobis tua sint munuscula. Nam animo tuo iucundius certe esse nichil pōt Quod aūt ad tuum attinet nomē: non facile sniam mutare consu eui: presertim eam quam diligētius ante cōsiderarim. Preterea an ignoras nimis oē vitij loco duci? Si ita ꝛ morib⁹ es dulcissim⁹ ea simulata noīs amaritudo tm̄ affert temperamēti: vt oīs illa q̄ si nimia dulcedo ad mediocritatē quādā redigat: qđ vel mere vir tutis est: vel laudabilis habitus. Ad hec nonne vides Pigellum tuum nō idcirco ita esse nominatum: quod vlla ex parte sit piger quippe qui in rebus gerendis sit vnus omniū strenuus maxime? Tu, vt añ ad te scripsi: velim oī opera atqꝫ diligentia litteris stu- deas. Hec eñ vna res cum multa tibi adiumēta allatura sit: tum erit aliquando nō mediocre leuamentū senectutis. Uale ex medi olano. v. kalen. maias. M. cccc. lix.

Franciscus philelfus Joanni et Guidoni Antonio arcimboldis salutem.

c Upienti michi acerbissimū luctuosissimumqꝫ merorē quē ex obitu Nicolai patris sapientissimi iureconsulti et grauissimi senatoris cōcepistis: aliqua saltem ex ꝑte leuatū ire: due sane res ita aduersant: vt vnde exorditurus sim: nesciā: et mo lestissima hec febris qua nō mediocriter langueo: ꝛ incredibilis q̄ dam in optimum virum illum beniuolentia: qua fit: vt consolan-

dus ipse non minus sim: quam vos: quos consolaturus accedo. Faciam tamen: vt potero: operamque dabo: vt quibus in hac mea animi molestia remedijs vtor: ijs etiam vos si aptioribus non licuerit: vti mecum vna possitis. Non equidem negabo magnam esse iacturam nostram in obitu tanti atque talis viri ingensque naufragium. Non enim morte nobis sublatus est vir vnus ex pluribus: sed is profecto: quo alium neminem vniuersa hec gallia Cisalpina neque innocentiorem habuit: nec doctiorem: nec omni virtutis genere meliorem. Liceat intueri fortasse nonnullos: qui singulari aliqua vel ingenij vel doctrine: vel virtutis prestantia inter ceteros sint illustres: sed qui vnus omnem simul laudem sit complexus: preter vnum Nicolaum arcimboldum: inueniamus certe neminem. Hic publicis: hic priuatis in rebus: et domi et foris ita ceteris huius tempestatis hominibus prestabat: vt non minus venerandus colendusque esset: quam et diligendus et amandus. Offendebat neminem: proderat omnibus. Nichil sibi ducebat potiusque iusticiam atque pietatem: omnia ad officium boni viri: omnia referebat ad deum: quo proinde ac presente et intuente omnia: recte semper et sapienter: tum loquebatur: tum agebat: quicquid ei aut agendum aut dicendum esset. Illudque Platonis atque stoicorum non re minus quam verbo vsurpabat: non sibi soli se natum esse: sed bonis omnibus: sed vniuerso humano generi. Itaque aliorum etiam causas ac litigia ea animi grauitate integritateque pensitabat: ac si essent propria. Hinc factum est: vt carissimus esset omnibus: prestantissimo autem nostro principi ita gratus et periucundus: vt alius magis nemo. Quare in omnibus rebus maximis illisque difficillimis: que in tam locupletissimo: et potentissimo principatu quamplurime ac varie quotidie occurrunt: vnum hunc Nicolaum arcimboldum non interesse solum: sed ita preesse semper instituerat: vt sine eo nichil innocenter: nichil ex animi sui sententia fieri posse iudicaret. Et ne sim dicendo longior: quam vel res ipsa: vel tempus: vel presens mea corporis imbecillitas postulat: quemadmodum vniuersa quondam grecia in dubijs suis ac maximis causis ad Ariopagum se referebat: ita non modo totum hoc principis nostri latissimum regnum sed omnis etiam hec gallia Cisalpina vnius illius viri edes continuo petebat: et assidue frequentabat: quo aliquid inde aut consilij: aut auxilij iuste pieque assequeretur. Et nemo certe vnquam inuentus est: qui quod consilium ille protulisset: non tamquam a Solone aliquo: aut ex sacratissimo quodam iusticie et totius virtutis oraculo prolatum esse censeret. Quis igitur non iure doleat: atque animo vehementissime crucietur in eius viri obitu: cuius vita saluti (vt ita dixerim) erat omnibus? Quid tamen faciundum nobis sit: qui ea sumus nati necessitate: vt omnibus sit tandem moriendum? Quicquid autem fit lege nature: id certe et si acerbum videri solet ob infirmitatem

humani generis profecto non modo in malis ducendum non est sed in bonis potius. Nec em̄ mors ē interitus q̄ corpus simul animusq̧ dissipatur atq̧ delet̄:sed quedā separatio ipsius animi a corpore:hoc ē immortalis nature a natura mortali. Interit sane hō exterior morte:nō interior:qui quo solutior est vinclis moleq̧ corporea:eo liberior reddit̄ eo sui similior:eoq̧ magis ac magis et viget:et sapit. Quare si recte volumus rē ipsam nobiscum animo volutare:nō ē nobis morte sublatus Nicolaus arcimboldus:qui ex his tenebrisītolerabibusq̧ erūnis hūane vite in celeste regnū ad vitam sempiternā eāq̧ et lucidā: et perspicuā omniq̧ gaudio abundantē euolauit. Recepit iā premia bene acte vite:fruit̄ conspectu oīpotētis dei. Nulla re eget:nullis laborib⁹ est obnoxius. Nūc letat̄:gaudet exultat qđ id bonū tādē est cōsecutus quo aliđ nullū neq̧ dici potest neq̧ cogitari aut felicius aut beatius. Illi⁹ aūt gloria et sempiterno gaudio nos animi torqueri nō amātis ē: sed inuidentis et ad suū cōmodū oīa referentis. Quo certe nichil esse arbitror magis alienū ab aīo ingenuo ac magno. q̄obrē si michi audieritis doctori olim vestro nobilissimi adolescentes:feretis equo aīo ac modice obitū Nicolai patris:quinpotius operam dabitis:vt oī industria atq̧ diligētia illius per oīs p̄stātie genus q̄ simillimi et dicamini et sitis. Quod vna re facile vobis cōtigerit: si virtutē paternā semp̱ per oēm vite cursum seq̄ imitariq̧ studueritis. Id aūt eo facilius factu ē:qđ relictū ab eo vobis eē intelligitis locupletissimū: et honoratissimū patrimoniū per qđ oēm vim impetūq̧ fortune sitis propulsaturi. Et qđ inq̧ patrimoniū Num predia ac fundos? Et hec sane nō mediocriter sed aliud longe maius:longe pulchrius:longe diuturnius eruditionē bonarū artium:que nulli mortui nulli fortune subiecta est. Nā alterū vestrum vrbanis:alterū bellicis laudibus erudiendū studuit. Quibus vtrisq̧ tota hūana vita quā duplicē esse natura cognoscim⁹ contēplatiuā atq̧ actiuā et cōstat ⁊ habet̄ in laude. Nā quid ego dicā de pulcherrima supellectili amicoꝝ: quos tot vobis tātosq̧ reliq̄t:quod eius admirabilis ac summa grauitas p̱ incredibilem magnitudinē meritorū quotidie q̄diu vixit:sibi conciliauit. Nec em̄ minor vobis cura habenda est:vt amicorū hereditatē nō deseratis:q̄ vt reliquā rem oēm pecuniariā tueamini. Valete Mediolani ex edibus meis. v. idus Maias. M. cccc. lix.

¶ Frācis. phile. Iacobo lucēsi ap̄lico secretario sal.

f Rācíscus fossatus vir nobilis ⁊ humanus ideq̧ splēdidissimus eques auratus est mecū summa familiaritate

coniunctus:hunc ego tibi pro nostra singulari beniuolentia maiorem in modum cōmendo. Facies tu michi sane rem admodū gratam:si curaueris Frācīscus meus intelligat meas apud te cōmēdationes sibi fuisse non mediocri adiumento. Quod vt facias tāto studio abs te peto:vt maiore aliud nichil possim. Scio te oīa cupere mea causa:nihilq̧ omissurū:qđ huic viro vel ad rē:vel ad dignitatem ꝓfuturum intelligas. Quare ne tue ꝑmulte ac maxīe occupatōes tibi impedimēto sint:quo tardius qđ facto opus fuerit effectū reddas:te etiā atq̧ etiā rogo. Vale ꝛ me sanctissimo domino nr̄o q̄ȝdiligētissime cōmēda. Cui quod nichil adhuc obstrepuerim post reditum meū ab vrbe Roma tertiana febris fuit in causa:qua qm̄ diuina benignitate iam sum plane liberatus:quod pretermissum est:propediem resarciam Gregoriū senensem iureconsultum collegā tuū bene valere plurimū opto. Vale iterū Ex Mediolano.xi.kalen.iunias.M.cccc.lix.

Franciscus phi. Amareto mānello sal.

b His deinceps posteaq̄ȝ tertiana febre sum liberatus:tui ad me ierunt pulcherrimi asparagi:quibus et si delectatus sū plurimū qm̄ ab hoīe amicissimo missi eēnt:lōge me tn̄ magis magisq̧ delectassent:si lrār̄ū tuaꝝ suauissimo comitatu vti voluissent. Id qđ n̄ ꝑstitisse te:nisi michi memorie occurrerēt occupationes tue cū priuate:tū publice:equo aīo haud ferrē. Erit tn̄ humanitatis tue:si cū quid ocij nactus fueris:aliquid michi scripseris. Vale ex mediolano.viij.kalen.iunias.M.cccc.lix

Franciscus phi. Joanni paleologo montisferrati Marchioni sal.di.plu.

n On secus nos omnes qui eloquētie studiū ꝓfitemur: illiberalitatis accusandi sumꝰ si per litteras amicos cōmendare neglexerimus q̄ȝ vos principes:dū viros familiaris ac beniuolos iuuare pecunia detrectatis. In quā vitij labem ne ipse inciderem apud te:qui soles vnus omniū esse liberalissimꝰ:nō potui tibi non cōmendatū facere Demetriū paleologū istū:qui tue excellentie reddidit meas litteras. Est eni vir nobilis et modestꝰ idemq̧ plane dignus:cui in tanta sua calamitate opem feras per benigne:vt ijs omibus cōsuesti:quos ex reliquijs illius constantinopolitani naufragij fortuna seruauit. Ego đ hoīs dignitate verbū iō nullū facio:qđ secū ipe locupletissimū testimoniū affert. Reliquū ē:vt bōe valitudini opā des q̄ȝdiligētissimā:q̄ tua hūanitate q̄ȝdiutissime vti possimus. Vale ex medio.iiij.nonas iunias. M.cccc.lix.

Franciscus philelfus Xenophonti filio salutem.

q Uod tibi anteaq̃ istuc esses profecturus: consiliũ dedi idq; vt faceres iussi: idẽ repetã per litteras. Instituisti medicine operam dare: qđ eius rei nõ mõ non reprehẽdo: sed vehemenť laudo: quandoqdẽ et medicina post magicam atq; poeticam est omnium laudatissimarum artium vetustissima: eaq; humano generi admodum necessaria: et tu ad istiusmodi scientiã videris natura inclinatus. Unum autem moneo ac volo: ne te ante ad medicine studium conferas: q̃ dialecticen ac physicen omnez iteq; mathematicas disciplinas: q̃ diligentissime didiceris. Quibus quidem ipsis in studijs quibus preceptoribus vti debeas: id quod te etiam coram monui: cõsule hominem michi amicissimũ eruditissimũq; philosophũ ac medicũ Joannẽ Marlianũ: quo etiam aliquando doctore vsurus es. Noui eñ hominũ cõsuetudinem in istiusmodi scholis: quanta circũcursatio sit: quãte amicorum preces ad auditores alliciendos. Itaq; volo te nõ beniuolis hac in re: sed tibi ipsi michiq; inseruire. Paucis tenes sententiaz meam. De re pecuniaria ita curabo: si intellexero te a monitis iussisq; paternis nusq̃ recessisse. Uale ex mediolano. viij. idus iunias. M. cccc. lix.

Franciscus philelfus Othoni carreto iurecõ. salutẽ

c Um tuis istis binas a me litteras versibus accepisti: q̃rum altere dãtur ad pontificem pium: altere ad Bessarionem meũ Cardinalẽ Nicenũ. Utrasq; tñ vt ipi cardinali q̃ primum reddas: velim. Ignosce breuitati epistole mee: tuarũq; lõgitudinẽ litterarũ vt obliuiscaris: rogo. Uale ex mediolano idibus iunijs. M. cccc. lix.

Franciscus philelfus Xenophonti filio sal.

d Edi famulo quẽ misisti pecunias: quas petebas ñ eas fortasse quas expectabas: sed que mihi per id tẽporis se obtulerãt. Nosti eñ mores meos. Nunq̃ diutius apud me nũmi hospitari cõsuerũt. Tu incũbe in id studiorũ genus: qđ es aggressus. Id autem eo debes facere libenti⁹: qđ nõ temere: sed consulto ad eã te laudẽ cõtulisti. Itaq; facito: ne frustra sit diuturna tua cogitatio: et deliberatio diligẽs. Uale ex mediola. idib⁹ iunijs M. cccc. lix.

Frãciscus phi. Bessarioni cardinali Niceno sal.

sus: aut versus illos a plentissimo Pij ore nunq̄ emanauisse aut
deprauatos eē ꝛ corruptos: cū ita dicerēt Discite pro numeris nū
mos sperare poete. Mutare ē animus carmina muneribus. Tu
veli ad hec michi respōdeas quo possim audētius aduersus male
dicos refellere. Uale. Et me sanctitati domini nostri vnice com
mēda. Ex mediolano idibus martiis. M. cccc. lx.

¶ Francis. philel. Lodouico cardinali aq̃legiēsi sal. di. pl.

q Uam michi vehementer tua non solum opera sed ope
etiam atq̧ auxilio opꝰ sit pater humanissime: cū ex alijs

superioribus litteris potuisti dilucide aiaduertere: tum ex iis maxime: quas ad octauũ kalen. martias ad te dedi. Nunc aũt qd̄ scribã: noui aliud nichil habeo: nisi vt intelligas tanto me desiderio expectare litteras tuas: vt maiore alid̄ nichil. Omis ꝑfecto spes mea in te vno posita ac locata est. Et quantũ valeas: scio: ⁊ q̄ꝫ me diligas nõ ignoro. Itaqꝫ te etiã atqꝫ etiam rogo: oro: obsecro: vt qd̄ abs te petii: tã summope: q̄ꝫ celeri⁹ fieri poterit: effectũ reddas Hoc erit michi vehemẽter gratũ. Nec tu officiũ i me tuũ vnq̄ꝫ accusabis. Uale ex medio. xiii. kalen. apriles. M.cccc.lx.

¶ Franciscus phi. Xenophonti filio salutem.

f Ecisti me proximis tuis litteris certiorem de nauigatione tua ad Rhagusinos: id quod etiã posteaq̄ꝫ soluisti e Uenetiis: Marius michi significauit. Ego aũt et si malueram pro paterno affectu in Italia esse te: tamen cum norim ⁊ nobilitatem et splẽdorẽ reip. Rhagusine: equo animo fero absentiam tuã presertim cum idcirco Ulyssen Homerus prudentie laudarit: qd̄ et vrbes: et mentes multorum hominũ cognitas illi meminit. Sic enim in Ulyssee principio ait: Callentem dic musa virum: qui menia sacre. Diruta post troie multũq̄ꝫ diuqꝫ pererrans. Et mentis hominum multorum nouit et vrbes. Atqꝫ ibi sane cuiqꝫ patria ẽ vbi bene est: nulliusqꝫ loci terminis vir sapiens circũscribitur. Itaqꝫ non absurde Socrates cum interrogaretur cuias esset: se non Atheniensem sꝫ mundanum esse respondit. Tuum igitur fuerit id prestare atqꝫ efficere: ne frustra istuc profectus videare. Quod si studio diligentiaqꝫ curaueris: cum michi afferes voluptatẽ non mediocrem: tum laudi tue atqꝫ emolumento plurimũ consules. Reliquum est: vt me facias q̄ꝫprimum certiorem: q̄ꝫ te locus iste celumqꝫ delectat. Est enim tibi bone valitudinis ratio haud negligenda. Nos hic omnes in hanc diem bene valemus. Siquid istic habetur de turcis: cura vt sciam. Maximos in Italia bellorũ motus paratum iri animaduerto. Uale ex mediolano. x. kalen. apriles. M.cccc.lx.

¶ Frãci. phi. Bernardo Iustiniano Leonardi filio salutem.

x Enophõ filius ad Rhagusinos profect⁹ est. Scripsit se propediẽ inde ad me missurum seruas tuas: petiitqꝫ se facerẽ certiorẽ: apud quẽ eas venetiis diuertere curaret. Cui respondi neminem esse istic: qui cum maior michi aut antiquior familiaritas hospitiumqꝫ sit q̄ꝫ tecum vno. Itaqꝫ serue ille diuertẽt apd̄ te. Qd̄ cum fiet: et tu michi rez significabis: mittã q̄ ⁊ seruas

ad me perducat: et quod pecunie opus fuerit: soluat. Uale ex mediolano .x. kalen. apriles. M.cccc.lx.

¶ Franciscus phi. Joanni petro eutychio sal.

m Arius filius id quod audisse te puto: est his dieb9 a florentissimo venetorum senatu honorifice cōductus ad docendum venetijs oratoriam ac philosophiam. Id autez eo pluris faciundum existimo: quod antea nemini vnq̄ contigit. Is in presentia huc est venturus: vt vxorem et filios reliquāq̄ familiaz venetias secū transferat. Faciet autem veniens istac iter. Estq̄ ei necesse istic conducere ad Mediolanū vsq̄ et mulum cū mulione: et equos duos. Quos vt antea diligenter pares: velim: ne cuz istuc nauim appulerit: diutius sit in mora. Maximū mittam tibi ad paucos vsq̄ dies. Uale Ex medi. vi. kalē. apriles. M.cccc.lx.

¶ Franciscus phi. Joanni andree abbati sal.

s I michi qđ petieras cum anno superiore venissem romam: ex tua meaq̄ sententia contigisset: nō distulissez in hanc diem litteras ad te dare. Nec etiam nunc noui quicq̄ accidit: quod me hortetur: vt aliquid tibi scribam preter illam pristinam ⁊ inueteratam dilectionem erga te meam: que facit: vt te moneam ne desperes honesta presertim in causa. Nam princeps hic noster natura est perhumanus et perbenignus etiaz in eos quos aliquando norit a se animo fuisse alieno. Quicq̄ de te quod accusem viro prudenti ac modesto et si minime inuenio: vereor tamē ne tibi obfuerint aliquorum insidie: quo minus sis quod volueris et quod fortasse decuerat: consecutus. Id factum esse aut inuidia aduersus te: aut priuatorum cōmodorum gratia. Quibus quidez rebus te suspicor non potuisse quandoq̄ nō commoueri neq̄ tulisse clam indignationem animi tui. At par fuerat seruare constātiam: nec vlla cuiusq̄ frangi iniuria: id quod nūc etiā facias: rogo Preterea tibi vtendum reor non tam animi magnitudine atq̄ elatione viro presertim christianam profitenti humilitatem: q̄ submissione et patientia. Neq̄ ab re fuerit: si dominici illius precepti memineris: quod est Cesaris Cesari: quod dei est deo reddi oportere. Huiusmodi beneficia summi pontificis est verbo tribuere. Re vero eorum principum: in quorum dominatu beneficia sunt posita. Titulus inquam datur a summo pontifice: a principe vero possessio. Id tu puto: ignorabas. Erasq̄ idcirco animo fortasse te digno. At si sapias Chamelū imitabere: qui submittit se i genua ad tollenda honera. Id tu eo facias prudentius et cōmodi9 qđ nullū sis honos sublatur9: sz positur9 poti9. Qđ ei ē tm̄ bonus

inter vniuersa fortune incōmoda: quod cū egestatis honore cōferri queat? Satis est te esse admonitū. Reliqua tu pro tua prudētia prouidebis. Et hac de re satis. Ego ex quo die cardinalē tuū adiui salutatū: sumq; ab eius amplitudine nō humaniter solū: sed etiam liberaliter honorificeq; exceptus: cognouiq; ex eius familiari sermone illo: quanta doctrina esset: quanta eloquētia: quanta sapientia preditus: incredibili in eum cōtinuo sum amore obseruātiaq; affectus. Nec destiti ex illo ipso die predicare apud omes egregias eius diuinasq; virtutes. Isti ergo tanto et tanta prestātia cardinali me volo q̄ diligentissime cōmēdes: et ita deditū facias vt ea sunt: que maxime habet in sua potestate. Ad hec duo abs te maxime desidero: ac peto vt quod grauissimū eruditissimūq; opus est ab eo ipso perdocte et pereleganter scriptum de docta ignorātia: id excribi noīe meo atq; impensa q̄ primum cures. Quicquid autē pecuniarum eiusce rei causa dederis: litteris significato: et tibi propediem quod impenderis: numerabit. Idem quod secūdū erat: cupio facias de Porphyrione in Horatiū. Preterea rem mihi facies pergratā: si eorū librorū indicē ad me dederis: qui nuper sanctissimi et sapientissimi illius patris Nicolai quinti summi pōtificis mirabili diligentia et impensa ex letheis (vt ita dixerim) tenebris eruti sunt in lucē: et apud vos habentur. Vale ex mediolano. vi. kalen. apriles. M. cccc. lx.

¶ Frācíscus philelfus Joanni antonio mercato salu.

a Dmonuerunt me hi sacri dies: vt te per litteras adirez: hortarerq; vel pro iusticie et honestatis: vel pro inueterate amicitie nostre iure: vt necessariū ac gentilem tuum Pacinuz mercatum cōuenias: eūq; vel appellando: vel monendo vel etiaz si opus ob adolescentie feruorem fuerit: rogando cōstituas: vt aliquando ad se redeat: memineritq; tum equitatis et veritatis: tum iurisiurādi illius: cui publicis et religiosis tabulis seultro fecit obstrictū: et id quidē idcirco vltro: qm̄ neq; imprudēs: neq; vi coactus neq; vlla adductus necessitate: nec etiam ab me requisitus: sz ipse potius boni viri fidem volens recognoscere: me requirens: iuratus est presente matre probatissima illa sanctissimaq; femina: presente Joanne stampa et affini et optimo viro: presente tabulario, totoq; grauissimis testibus. Juratus est inq; Pacinus tuus et iuratus is quidem in sacrata manu reuerendissimi huius et integerrimi archiepiscopi. Hoīes ac mortales Joānes antoni fallere fortasse possimus imprudētis scilicet ac rudis. At deū certe et nosmet ipsos nequaq̄ possumus. Resipiscat igitur aliquando Pacinus

necq maliuoli alicuius inductu pturbationi cōcedat. Cogitet se tandem moriturum. Incertāq; eē mortis et diem et horam. Sunt ne hec nostre in eu m doctrine premia? Caueat inq; caueat:ne dū michi tentat incōmodare:seipsum pmagno detrimento afficiat: quippe qui et pecuniarum non nichil amittet:et ad hominū infamiam sempiterno etiam supplicio se obnoxium faciet:a quo nulla vel tabularum:vel oratorum calliditate:nullo argento liberari poterit:q̄q; miserrimus etiam ille questus est:quez aduersa ↄsciētia quis adipiscitur. Nam quod greco veroq; prouerbio dicitur. In expuentis recidit barbam:quod in celum expuitur. Uale mediolani ex edibus nostris. vi. kalen. aprles. M. cccc. lx.

¶ Franciscus phi. Blasio Gyllino abbati sa.

a Ngelus actiolus nobilis florentinus et idem splēdidissimus eques auratus mecum nudiustertius questus ē quod orationes meas quas apud te ea lege dimiserat:vt eas michi q̄primum redderes:non modo non reddidisti:sed a se q̄ sepissime hortatus: vt officio fungaris:id non modo nō facis:sed ridiculo ducis eius omnem adhortationem. Itaq; sum miratus:qđ et vir religiosus et abbas tot iam annos distuleris ea dño restituere:que bona fide possidere non potes. Uale mediolani ex edib⁹ nostris. vi. kalen. aprles. M. cccc. lx.

¶ Francisci Philelphi Epistolaruz Liber Decimussextus.

¶ Frā. phi. Alexandro cardinali dignissimo salutem dicit plurimam.

q Ui omnia in sola virtute posita esse iudicarunt que ad bene pertinēt beateq; viuendum. Ij michi pater amplissime sensisse temere nichil videri solent. Nam quid est in corpore:quid in fortuna ipsa:quaz vocant:aut bonum:aut expetendum:si honestate vacat? Id certe solum quod honestum est et secundum virtutem:bonum censeri oportere:non solum Stoici verbo vsurparunt:sed longe magis re etiam ipse pontifex maximus atq; pientissim⁹ iste Pius facile declarauit. Quid eniz pius aut cogitat:aut loquitur aut agit:quod non ex media virtute proficiscatur? Atqui si vel in corporis vel in fortune cōmodis preclarum quiddam:aut precipuum positum esse arbitraretur:tum quieti voluptatiq; studeret: tum cumulandis thesauris:a quibus omnibus ita abhorret:vt nichil a se magis alienum existimet q̄ leuē atq; titillantem sensuum motum:q̄ auri ꝛ argenti ineptum studium. Nouit sane pater sanctissimus istiusmōi oīa eē seruilia et animo ingenti excelsoq;

indigna. Intelligit eũ hominẽ qui extrinsec⁹ sit: interiori homini obtẽperare parereq́ꝫ debere. Huius aũt eẽ ita imperare vt rõ intellectusq́ꝫ prescribit. His eñ duobus quasi luminib⁹ mentẽ humanã om̃ia aspicere oĩa videre omnia dilucide cernere siue ea sint tẽporis: seu eternitatis: siue sint in mũdo: seu supra mũdũ. Itaq́ꝫ desinant mirari: si imperiti rerũ aliqui fortasse ceperint: Cur Pius pontifex cũ primũ in apostolici solij maiestate cõstitut⁹ est: ad nichil aliud magis animũ cõuerterit q̃ꝫ ad stabiliendã ꝛ corroborãdã christianã rempublicã: quã videret breui periturã: vbi minus ei mature ac fortiter succurretur Sciebat sane pater sapientissimus se natum esse non sibi soli: sed multo etiam magis immortali humani generis redẽptori Christo iesu cuius erũnosam afflictamq́ꝫ ciuitatem pati diutius nostra desidia flagellari acerbissimis impiorũ amarissimisq́ꝫ verberibus existimabat: nõ minus perniciosum ac funestũ: q̃ꝫ indignũ et dedecorosum imprimis. Quare quẽ quiescere curariq́ꝫ oportebat in tãta corporis imbecillitate in tã varia tanq́ꝫ multiplici et permolesta egrotatione id non modo neglexit sed etiam contempsit duxitq́ꝫ pro nichilo Quinimo in summa seuientis hyemis asperitate per assiduos imbris: p altissimas niues: per vitreas rigidasq́ꝫ glacies superatis horrentibus appennini cautibus Mantuam concessit: vbi tandiu concedit: donec vniuersi principes regesq́ꝫ christiani inuitati atqꝫ accersiti ꝛ lr̃is et nunciis partim voluntate et animi iudicio: partim pudore non solum eo loci alij ipsi per sese alij per legatos conuenerũt: sed moti atqꝫ persuasi inaudita illa diuinaqꝫ eloquentia eruditissimi integerrimiqꝫ põtificis ita vna mente: vno animo: vnoqꝫ consensu conspirarunt omnes aduersus hostes atqꝫ inimicos christiane religioni: vt nichil iam dubitandum sit propediem fore: vt nõ turci modo: sed quicquid superest impietatis barbarice tam longe lateqꝫ diffuse aut ad sanitatem: aut ad internitionem redigatur. Que quanta res factu fuerit: q̃ꝫ admirabilis: q̃ꝫ egregia in tanta p̃sertim et temporum et animorum diuersitate: neminem esse puto: qui nesciat. Ea michi certe sententia est vt indubitato credam omnipotentẽ deum suos mitis atqꝫ benignos oculos conuertisse iã tandẽ allaniatũ discerptũqꝫ gregẽ suũ velleqꝫ hũc aliquãdo ex efferatis ꝛ truculentis rapacissimorũ luporũ rictibus eruere atqꝫ saluũ facere. Quẽ enim ouili suo preficere aliũ potuisset vno h̃ isto pio prudentiorem: sanctiorem grauiorẽ doctiorem et in om̃i absolute virtutis genere prestantiorem? Actum erat profecto de Petri nauicula: nisi repente diuine clementie munere in tantis

turbulentissimaꝝ tempestatū procellis ac fluctibus idem vnus et pastor subito illuxisset et gubernator: cuius felicissimo ductu firmissimoq; presidio exoptatus quietis portus ac perpetua quedā salus cunctis christifidelibus diuinitus pariatur. Nec eñ presentibus presens dumtaxat consulit beatissimus Pius pōtifex verꝫ etiā prospexit iā lōgius quo pacto etiā post se q̄ optime oībus cōsuluisse iudicetur: quippe q̄ in nō qnq; ex vniuersa christiana republica delegerit declararitq; cardinales q̄ sint veluti qnq; lumiaria in orbe terrarū: numeꝝ sane haud absurdū: sed ꝛ pulchrū ꝛ necessariū p qnq; illaꝝ ecclesiarū numero quibus tota constat christiana religio: perinde atq; ecclesie cuiq; suus sit pōtifex cū vsus venerit princepsq; paratus. Nā vt de aliis breuitatis gratia verbū in presentia faciā nullū: qd de te loqr pater humanissime cuius tāta virtus ē: tanta doctrina tanta sapientia: vt vnus plane et dicēdus sis et habendus: qui post vnum Piū nō modo nemini cedas sed mortales reliquos q̄ longissime ātecellas? Laudatur Plato a viris grauissimis: qd eos rerū publicaꝝ gubernaculis preesse voluerit: q̄ aut essent sapientes: aut saltem sapientie studiosi hoc est phi losophi. At quem alium habemus hac tempestate quem tecum in vniuersa philosophia comparare possimus? Nam ad eas partis: que vel in differendi ratione versantur: vel cū singulos moribus atq; vita instituendos: tū ad rem domesticā et ciuilem administrandam pertinent: vel in totius nature scientia et cognitione sunt posite: tu eam peracute et eleganter calles ac sapis philosophiam qua quod verū simplex incōmutabile sempiternū solūq; verum est: et totius veritatis fons et origo quedā quantū humanum prestare pōt ingeniū: sine vlla dubitatione perspicimus. Nā quis ignoret solam esse theologiā: que ceteris omnibus disciplinis tanq; regina quedam nobilitate ac prestantia sua qua diuinā indagat essentiā ꝛ dominatur ꝛ iperat? Atq; sunt plerūq; nōnulli qui cū docti sapientesq; dicantur ac plane philosophi eoꝝ tñ vita atq; mores ab oī philosophie preceptione discrepant: illos ij quidem medicos imitati qui quē in aliis morbū curaturos se profitētur: hoc ipsi q̄ acerbissime torquentur. Quid enim turpius: quid fedius quid deniq; dedecorosi⁹ q̄ philosophos sese ꝛ theologos esse gloriantes: ita viuere vt nichilo pecudibus prestent? Tu vero pater continētissime ab huiusmodi hominū genere oīno alienus ea cogitas: ea loqueris solū: que vera esse intelligis. Tua autem omnis actio orationi respondet. Quibus tuis laudatissimis atq; optimis vite īstitutis factū eē videmus: vt quo magis blādientē

fortunā contēpſeris: eo ſe tibi magis illa tradiderit: obſequentēq̄ꝫ preſtiterit. Fortuna inq̄ꝫ virtutē: non virtus fortunā ſecuta eſt. Et ſunt qui mirent̄ ſtoicos affirmare ſolitos ſapientē ſolum eē liberū: eſſe diuitē: eſſe regem: eſſe felicem. Illoꝝ hanc grauem generoſāqꝫ ſententiam tu pater modeſtiſſime non te minus q̄ꝫ verbo vera eſſe oībus declaraſti: qui dū fretus diuino ſpiritu nichil fragile caducū qꝫ concupiſcis: dū nulli te flagitio obnoxiū facis: dū nulli inſeruis inani glorie: dū oīs cogitatus tuos: conſilia oīa: actiōes oīs refers ad deū: es oīa ſūma cū tua ſūma laude aſſecutus. Sꝫ videm⁹ alios fere oēs tanta interdū ambitiōe ad dignitates ꝛ magiſtratus ferri vt neſcias: miſerendū ne magis ſit an pudendū eoꝝ tā curioſi ſtudij Nam cū tria maxime videant̄ expetenda mortalibus: honos: vtilitas: voluptas: ꝛ ea quidem nō min⁹ in vniuerſa vita q̄ꝫ in amicitia cum honos virtuti debeatur: hūc qui negligit: putat̄ quodāmodo virtuti iniuriā facere. At ego magni ꝓfecto ꝛ elati animi eē duco ita quēqꝫ virtuti operam dare: vt aliud ſibi nichil q̄ꝫ preclaꝝ virtutis opus propoſuiſſe iudicetur. Honos eniꝫ cum haud noſtre: ſed aliene ſit poteſtatis: iudicium ſequitur alienū. Sed vt temere iudicantes contēnendi ſunt: ita qui recte iudicant ſperādi: qui ne cupientibus quidē nobis neqꝫ cogitantibus omni ſint ope atqꝫ opera ꝓfuturi: cum ad honorem: tum ad cetera omnia: quibus vite vſus continetur ꝛ gaudet. Qđ ſi cuiq̄ꝫ eſt obſcurum: id diligentiſſimus atqꝫ optimus rerū oīm eſtimator ꝛ iudex Pius pōtifex in te vno perſpicue oſtēdit. Num petebas cardinalatū moderatiſſime pater Alexander? num aio tecum volutaſti vnq̄ꝫ? Certe inquies minime omnium: non quo deo dignus non eſſes: cuius animus plenus eſt honeſtatis: plenus ſapiētie: plenus dei: ſed quia mundana omnia inferiora duceres pietate. Itaqꝫ ſola virt⁹: ſola religio: ſola veritas ſolus diuin⁹ cultus tibi erat in mēte. At hec ſaluator noſter dignis etiam vite premijs per munificentiſſimum ſuū ꝛ prudentiſſimum prebitorem Pium ſecundū honeſtare voluit: teqꝫ ex generale heremitanorū cardinalem idcirco creare dignatus eſt: vt eſſes in Romana eccleſia vas nouum electionis. Quare neſcio: cui magis ſit gratulandū tibi ne: cuius optimis pulcherrimiſqꝫ meritis fortuna deuſqꝫ reſponderit: An Romane eccleſie: cui tantū boni contingit quo ne maius quideꝫ poſt Pium auſa eſſet optare: an potius ſanctiſſio patri Pio: q̄ pro acerrio animi tui diuinoqꝫ iudicio quicq̄d agit: continuo ex omni parte perfecte agit? Nam quid de meipſo loquar: qui ex huiuſmodi nuncio tantā concepi animo voluptatē vt michi eque gratulandum atqꝫ exultandum eſſe rear? Cōmunis

bonis oibus et studiosis viris tãta hec lectiora ẽ oblata: quã vt im
mortalis deus perpetuã nobis faciat: et ad cumulũ vsq perducat
vehemẽter opto. Uale pater Reuerendissime. Et me beatissimo
dño meo Pio tibiq cõmẽda. ex Mediola. v. kal. apriles Anno a
natali christiano. M. cccc. lx.

Frãci. phylel. Othoni carreto iurecõsulto sal.

n Ullum sane michi tediũ afferre possunt littere tue. Non
enim solũ tardissime sunt: sed etiam breuissime. Qđ ait
poeta ille.
et si in alijs multis rebus pbari apđ te poterit fortasse: tñ in hac
vna nõ poterit: qđ cum quotidie ad te litteras do easq nõnunq
longiusculas: tu vix tandẽ post denas acceptas semel respondes
et nunq attice sed laconice semper. Itaq nõ possum nõ gratu-
lari tue isti tante breuitati: quã in tãta verbor copia: qua Roma-
na curia mirifice abundat: p nouo quodã vite instituto nõ teme
re vsurpas. Et hec iocati sumus. Pergrata michi tua fuit episto
la vel admodũ breuis. Quod amicus iste vitreis vtatur oculis nõ
possum nõ laudare. Quis eni dubitat geminatis oculis acuti9 eũ
visurũ q vnis? Tu vtere cõsilio tuo. Unũ abs te peto atq cõten
do: vt cures Jacobũ lucẽsem ad ea respõdere: que ad eũ primis
litteris scripsi. Uale ex mediolano. xvij. kal. maias. Anno a natali
christiano. M. cccc. lx.

Frãciscus phylelfus Xenophonti filio sal.

c Um essem aio de nauigatione tua ad Rhagusinos ad-
modũ sollicito: peropportune michi reddite sunt littere
tue: quas. iij. kal. apriles scripseras. ex his sum ea oi formidie libe
ratus: qua me affecerãt turbulẽtissimi illi vẽtor flatus quibus nõ
nulle vel munitissime naues quo tẽpore tu mare ingressus es nau
frage perierũt Itaq immortali deo grates ago quas debeo maxi
mas q me tãta acerbitate liberauit. Reliquũ est: vt bone valitudi
ni studeas: operãq des: ne quid tibi noua celi tẽperies iportet in-
commodi: qđ vna facile vitabis. Es eñ in
vrbe nõ minus amena: q et opulenta: et nobili: que quidẽ omnia
adhortãtur istiusmodi etatẽ ad voluptatũ illecebras quib9 Ulys
sis Homerici illius socij cũ se penit9 dedidissent: hũanitatẽ exue-
runt. At tu Ulyssen si sapias: imitabere vitabisq omne circeũ po
culum. Id aũt eo facilius es facturus: qđ audio patricios Rha-
gusinos viros esse continentissimos: et grauissimos: quorum vite
instituta si tibi proposueris: meliuscule pfecto et exteriori consu-
les: et interiori homini. Nã qđ scribis te ex altero pede laborare:

iſtiuſmodi tibi nobilitas patrita non eſt:at ne auita quidē. Quare ne aliūde tibi venatu ſis caue. Et eam a te q̄primum amouere atqȝ extrudere eminus ne diſſimulas. Nam ſi facile ſe norit nactam hoſpitium:cum voles excludere:haud poteris. Ego vt ad reliqua reſpondeam:abs te aliud nichil deſidero:niſi vt te florētiſſimo iſti ſenatui obſequentiſſimum preſtes: omniqȝ in re quicquid agis:ex officio agas. Jd vero ea revna faciliime aſſequeris:ſi tibi ante oculos ſemper probitatis laudem:deumqȝ propoſueris quod quoniā ſcio te facturū:non ero longior admonendo. Velim q̄ diligentiſſie inquiras:ſi quod eſt vetuſpiā iſtic monumento:ex quo liq̄do poſſit intelligi vrbis nomen. Nam ex patrio verbo non Rhaguſium videtur dici debere:ſed Rhaguſa. Appellātur enī ciues iſti ſermone patrio Rhaguſei. At ea nomina apud grecos ita terminant:que ꝛ in genitiuo nō creſcunt:ꝛ in a.terminant:aut in e. ſuntqȝ feminini generis. Vt Smyrna Smyrneꝰ Lariſſa Lariſſeus daphne daphneus Thebe Thebeus. Eodē igitur pacto Rhaguſa Rhaguſeus. Nam apud geographos ꝛ coſmographos qui apud nos ſunt:de iſta vrbe nullam inuenio mentionem. Odorare igitur omnia diligenter: ſi quis priſcus lapis inueniatur: qui nomen vrbis habeat litteris inciſum. Naȝ regio iſta omnis grecis olim vtebatur:ꝛ inſtitutis ꝛ litteris. Preterea ſi quid grecorum voluminū:quod vulgare non ſit iſtic ſeruetur:quere diligenter. Et id aut tibi aut nobis cōpara. Quod ſi in tanta argenti ꝛ auri officina nūmi tibi defuerint:fac me certiorē. Nā eos tibi ad rem huiuſmōi q̄primū ſuppeditabo:modo ex te intelligam librorū titulos qualitatēqȝ. Vale:et me illuſtri Rhaguſinorum ſenatui cōmenda. Ex Mediolano. kalen. Maijs. M.cccc.lx.

¶ Franciſcus Philelfus Bernardo iuſtiniano Leonardi filio ſalutem.

e T ſi michi dubium nūq̄ fuit meos omnis tibi eſſe cariſſimos:tamen cū ꝓximis diebus ex mario filio corā didiciſſem:quanto cū ſtudio ꝛ caritate eius omnibus cōmodis honoribuſqȝ ſemper affueris vix dici queat: q̄ me tua opera delectarit. Nam cum video eam amicitiam que michi primum cum patre tuo ſapientiſſimo atqȝ ſūmo viro maxima fuit: deīde tecum tanta eſt vt nichil ad cumulum queat accedere:transfudi etiam tanq̄ hereditario quodā iure in poſteros noſtros:nō mediocre michi atqȝ meis omnibus patrimonium adeptus videor. Jtaqȝ non poſſum

michi nō letari plurimū: qđ optatis meis ita respōdeas vt tibi gratulanduz existimē: quod ita humanus es: ita benignus: ita patris tui simillimus. Ego autē quod ad me attinet: si ceteris in rebus a te superabor: amādi tamē officio nunq̄ pfecto sim superandus. Reliquū ē: vt que p filio Mario fundamēta optima vel tua diligētia iacta sunt: ea omī robore stabiliēda cures. Hac vna re mi gratius facere nichil possis. Uale ex Medio. kal' maiis. M. cccc. lx.

¶ Frācisus philelfus Pascali malipperio duci Venetiaꝝ sal. plu. di.

Sapientis summiq̄ philosophi Platonis sententiā fuisse cōstat: maxime dux Pascalis malipperi noīa eē indita et hoībus et rebus nō temere aut casu quopiā: sed vi quadā et prouidētia suasuq̄ nature. Quod cū in aliis multis pbari licet tū ex te vno dilucide intelligitur. Ipse enim vnus esse videris ex oībus: q̄ omne bellandi exosus studiū vrbanas virtutes adames ad easq̄ colendas āplificandasq̄ totius nobilitatis Venete iuuētutem inuites atq̄ incendas mirabili quodā laudis ardore. Nichil est i te preceps: nichil fluctuosum: nichil turbulētū. Totus es moderatus: totus quietus totus pacificus: id quod ex vniuerse quoq̄ tue clarissime familie cognomēto ipso Malipperio nō obscure coniectari potest. Quid enim aliud Malipperius grece significat: si recte velimus verbū ipsum stoicoꝝ more interpretari: q̄ vehementē equorū sublationē? At is qui vehemēter equitatū tollit nonne bellorū etiam: strumenta ac segetem tollit? Nam pascalis deduci a pasca quo noīe apđ hebreos trāsitus significatur manifestum ē. Factus est inquā a te transitus a diuturnis tēpestatibꝰ procellisq̄ bellorū ad humanioris vite quietē atq̄ trāquillitatē. Eos diligis: eos amplecteris: eos honore ac premiis foues quos virtute excellere: quos doctrina cognoris eloquentiaq̄ prestare. Nam hec tria his maxime sunt necessaria: qui in florentissima republica versantur. At que nam respu. aut est altera: aut fuit vnq̄ que cū Venetorū senatu queat de oī genere laudis contendere? Fuit olim Romanus populus in toto prope terrarū orbe rerū gestarum gloria magnus atq̄ perillustris: quippe qui omne suū studium et tanq̄ vite felicitatem in re militari constituisset. Quod si velimus Romanorum vitia cum virtute conferre: inueniemus profecto virtuti vitia non mediocriter anteire. Quo factum est: vt omne illud imperiū radicitus corruerit. Nam de Carthaginēsium Atheniensiūq̄ rep. qđ opus est: eximium aliquid referatur in medium quos omnis intestine actiones seditionesq̄ continue

breui perdiderūt. Una lacedemonioꝝ reſp. fuit diuturnior: q̄ dū Lycurgi legib⁹ parēt: dū laudi ſtudent: dū externis oībus cōmodis qđ decorū eſt āponūt: in q̄ngenteſimū vſq; ānū vniuerſa grecia illuſtres triūphanteſq; claruerūt. At vbi Lyſander contēptis patriis et inſtitutis et moribus referſit vrbē opibus et preda athenienſiū: lacedemonij ſimul cū leta et bene cōueniēti pauptate nō grecie principatum modo ſed libertatē etiā ipſam miſerabiliter amiſerūt. Soli autē optimates Veneti ex om̄i hoim̄ genere ſunt inuenti qui q̄m virtutē ac deum q̄ ſumma eſt virtus: ſp ān oculos et habuerunt et habent: in rep. tam diuturna: tā florenti: tā nobili nullam oīno vnq̄; mutabilitatē expti ſunt nullis ſeditiōib⁹ afflicti nullis factionib⁹ agitati. Qui ei aduerſi illis accidere q̄cq; poſſit: apud quos iuſticia ꝛ pietate antiquius nichil eſt. Hinc ſane fieri videmus: vt venetoꝝ imperiū magis magiſq; indies terra mariq; augeſcat et viribus et opibus: cū incredibili bonoꝝ omniū et veneratione ꝛ charitate. Fauet em̄ deus omnipotens viris iuſtis eoſq; neq; querentis nec cogitātis felici proſequitur incremēto. Nā q̄s ambigat quecunq; mortalibus bona ſunt ea eſſe ab immortali deo: q̄ ſi quādo iniuſtis etiam atq; impiis cōtingere videantur ſecreto quodam ꝛ abdito dei concilio: tn̄ repente vt floſculi hyemales langueſcunt ac peunt. Soli inquā optimates veneti perſeuerant in eadem bene morate reipu. moderatione et ſanctitate: cui ſe primum ab vrbis initio dedicarunt. Nā qđ ſerius ſeſe doctrine artium liberaliū atq; eloquētie accōmodarint: id cauſa nulla alia q̄ vitio tēporum factū puto. Videmus em̄ vel etate noſtra: patricios quoſdā venetos tm̄ in vtroq; genere claruiſſe: vt cū om̄i poſſent antiquitate et dicendo et iudicando cōparari. Itaq; inter cetera bona tua preſtantiſſime princeps paſchalis malipperi que ꝛ plurima ſunt ꝛ maxima non mediocris hec cenſenda eſt felicitas qđ veluti diuino quodam preſagio cū belli materiam oēm e medio ſuſtuleris tum ad doctrine et eloquentie ſtudiū nobiliſſimis tuis ciuibus tranſitum paraueris. Vera profecto in te eſt Platonis illa quam modo dicebam: de rectitudine nominum ſnīa. Nec em̄ caſu et pro voluntate hominū iſtiuſmodi nominibus appellaris ſed vi quadā potius et cōſilio potētioris cuiuſdā preſtātioriſq; nature quā ipſam rationē licet etiam intueri in ꝓpriis noībus prophetarū omnium veteris teſtamenti Quare non poſſum equidem nō gratulari tanto iſti tuo et tā excellenti bono qui tecū aīo volutas qđ Cyrus ille ſenior ſapientiſſime monebat: neminem decere imperare: qui minus ſubditis ſit melior: omni ſtudio dili-

gentiaq; vteris ad pulcherrime instituendā atq; exornandā vene
tam iuuentutē. Intelligis eñ fore vt bene ac decore morib⁹ disci
plinaq; instituti: ijdēq; diserti nō mediocri vsui atq; honori et sibi
et patrie eē possint. Habeo aūt ingētis et sempiternas gratias: tū ex
cellentie tue tū vniuerso senatui: qd dilectissimum filium meum
Marium huic tāto et āplissimo docēdi muneri prefecistis. Qd et
si per sese magnū est et preclarū: eo tñ pluris faciūdum qd ante
id temporis alteri nemini Venetijs contigit: vt publica pecunia
ad huiusmodi institutū conduceretur. De filio autē vt verecūdius
loquar: necesse est ne in eo laudādo videar mee glorie fauere Vnū
tamē ausim affirmare: me neminem in hāc diē cognouisse: q eque
ad summū atq; Marius fili⁹ et īgenio simul vigeret et memoria
Nam quantū doctrina valeat et facundia: ipse de se locupletissi-
mum afferet testimonium. Et illud certe michi iucundissimū est:
quod quas ego splendidissimo venetoꝝ senatui maximas debeo
gratias ob pristina ac plurima in me beneficia: eas Mari⁹ me⁹ si
re fortasse min⁹: industria tñ et voluntate cumulatissime referet.
Accedet aūt ad summū bñficentie cumulū si hūc etiā mea cā tibi
carissimū eē aīaduertero. Vale princeps optime. Et mecōmēda-
tum habe. Ex Mediolano. vi. idus Maias. M. cccc. lx.

¶ Frāciscus philel. Jacobo lucēsi aplico secretario sal.

D eas lrās quas idibus martiis tibi reddēdas ad Otho
a nem carretū dederā: qd nichil in hāc diē respōderis: mi-
ror. Nā cū ignoro vtrū tue volūtati morē gesseri ea in re
quā ex me scire cupiebas: tū vehemēter expecto ex te intelligere:
que sit pontificis Pij sentētia de officio nostro. Itaq; rogo te: vt
me q̄primū his de rebus facias certiorē. Vale Ex Mediolano
iij. idus Maias. M. cccc. lx.

¶ Frāciscus philelfus Gregorio Lollio apostolico
secretario salutem.

e Xistimo te nequaq̄ oblitū que mecū locutus es quid in
ter nos cōstituimus: cū anno supiore Mātuā veni Scri
psi ad te postea ea de re sepe litteras quib⁹ te nichil respōdisse nō
possum nō mirari. Nō eñ Oedip⁹ sum: at ne Dauus quidē. Qua
re quid sim facturus: nisi me tuis litteris docueris īcertior ero q̄
dudū. Vale ex Mediolano. iij. idus Maias. M. cccc. lx.

¶ Franciscus phil. Jacobo antonio Marcello sal.

Nsitam eē natura animis hoīm vim quādā silitudinis
i dissimilitudinisq;: cū ad ceteros motus tum ad amorem
et ad odiū q philosophi voluerūt: nichil a veritate sensisse

alienum michi videri solent: et id quidem nō in hominibus solum sed in reliquis quoq3 animātibus late patere. Qđ vt de aliis aīali bus breuitatis causa pretercam: quotidie vsu venit: vt ii q̄ se nunq̄ viderint: neq3 aliud quicq̄ cōmercii consuetudinisq3 inuicem habuerint: se tamen quodam nature suasu diligant et alteri de alteris bene audire perlibenter velint. Accepi ex multorum sermone me tibi esse carissimum: qđq3 honorifice de me loqueris: sētisq3 pamice. Quod certe fuit eo michi iucundius: quoniā mea de te opinio haud q̄q̄ me fefellerit. Cum enim vna omnium voce didicissem magnum te esse virum eundēq3 perhumanum: et illorum apprime studiosū: qui bonis artibus dediti immortalitatem maxime et ipsi sequerent et aliis pararent: ilico sum accensus in amorem tui: teq3 dignū existimaui quem ꝓpter innumerabilis tuas egregiasq3 virtutes: q̄tum ipse cura potero diligētiaq3 prestare: faciam īmortalē apud oēm posteritatem. Tuū igitur fuerit non aspernari officium meum: quādoq̄dē ipse oīa cupio gratificari tibi. Vale. Ex Mediolano pridie idus Maias. M.cccc.lx.

Franciscus Philelfus Andree alamāno sal.

a Udio libros esse grecos pmultos nuper ad vos platos: q̄ ex illo sunt constātinopolitano naufragio intercepti. Te igitur rogo atq3 oro: vt ad me scribas diligenter oīa et qui libri sint et cuiusmodi. Imprimis aūt scire cupio: si q̄ reperti sint: quos tpis negligentia ignorarit. Nullū autē discipline genus pretereas: volo Ceterū philosophos ex oibus malim: et Pythagoreos p̄cipue. Hi enī sunt rariores: qui michi ex oibus philosophis visi sunt: nescio quid acutius altiusq3 sensisse. Si me amas: noli laborem hunc subterfugere. Quid enī ipse tua causa facturꝰ non sim? Vale. Ex Mediolano pridie idus Maias. M.cccc.lx.

Franciscus Philelfus salutem dicit plurimam Angelo simonete ducali senatori.

q Uod me inuitaris ad cenam: habeo tibi gratias. Video enī te non esse mei oblitū. Qđ ipsum longe exploratius crederem si opā dares: id qđ tibi esset psuasu facillimū: vt quas michi princeps noster debet pecunias: debes aūt florinos circiter duo milia: iā tandē iuberet dinumerari. Sed ipse malis eū inducere: vt aliūde quicq̄ nūmorū quacunq3 conditione abradat q̄ iure vllo es alienum dissoluat. Hac enī via vos magni satrape dignitatem vobis apud p̄cipes ac reges auctoritatēq3 venamini Quotūquēq3 reperias in regū aulis prepotentē et magnūvllo aut bono aut equo? Laudat apud oēs virtus. Sola vtilitatis rō habet

in precio: cum vtile nichil censendum sit: vbi careat honestate. At dixeris: puto id honestum duci oportere: quod apud populos habeat in gloria: nec esse hoc tempore quicquam gloriosius diuitijs. Malum igitur actum esset cum apostolis: qui et secuti et imitati sunt Christum si reuiuisceret in paupertate quam viui semper adamarunt. Nulle ingentes parantur opes sine magna iniquitate. Sed hec fortasse pluribus quam oportuit. Ad rem vt redeam: ego tecum hodie humanissime Angele cenaturus non sum. Id enim facere michi non est integrum. Habiturus sum enim in familiari epulo hospites quosdam Bononiensis. Itaque michi ignosces. Non autem moleste laturus sim: si quid tibi ex tuo isto celebri conuiuio superuacaneum relinquatur: vt ad me mittas. Quod vt comodius sis facturus: differam ipse cenam: sed vereor: si id factur⁹ fueris tibi rixas fore cum vxore nobilissima: cuius imperio te aiunt assidue parere. Vtar igitur cena: quam paraui: et stoica et domestica: Vale. Mediolani Ex edibus nostris xv. kalen. Junias. M.cccc.lx.

Franciscus Philelfus Petro medici sal.

d Edi ad te librum quintum de iocis et serijs: vt experiaris vtris malit tecum podagra vti. Cōsilio tamen indocili et inhumane illi persuadeas: vt ioca serijs anteponat. Id enim tibi plurimum prestabit. Quod petis de Sphortiade: vndecimum nunc librum scribimus: quem iam prope absoluimus. Sed opus quam ab initio existimaram: plixius serpit. Vereorque futurum ne Homeri alterum carmen librorum numero non modo equet sed etiam superet: tametsi certi nunc decreui nichil. Humanam enim felicitatem cum in eo complecti atque diligēter exprimere instituerim: permulta quotidie occurrūt que rem vehementer augent. Edere autem librorum aliud nichil volo antea: quam extremam manum imposuero. Fieri enim posset: vt aliquid vel mutandum esset vel addendum. Cura valitudinem tuam. Et vale omnino. Ex Mediolano. xiij. kalen. Junias. M.cccc.lx.

Franciscus Philelfus Xenophonti filio sal.

p Reter eas litteras quas ad me dederas ex Rhagusio ad .iij. kalen. Apriles: ego abs te alias accepi nullas. Itaque non possum non mirari: quod michi postea nichil scripseris: presertim cum ad kalen. maias et tibi quod volebas respōderim: et vna cum meis ad te litteris vnas quoque huius principis litteras ad Rhagusinum senatum miserim. Nec item de te postea ab alio quicquam acceperim: nisi quod Marius semel significauit per epistolam bene valere te et Rhagusinis esse carissimum. Nescio vtrum te negligentie an sim alium quempiam cui litteras commiseris: perfidie accusandus.

Venit eni in mentem res illa taurinensis de meis ad regē francoꝝ versibus. Tu posthac esto cautior. Curaq; vt tue ad nos littere & ee quidez sole reddātur ducali oratori Antonio guidoni bono: qui nūc Venetijs agit. Nam marchesius reuocatus Mediolanum redijt. Quo si quid fortasse respōderas superioribus litteris meis: aut aliud preterea scripseras: id omne repetas necesse est. Nā vt audis ad me tuarū litteraꝝ peruenit oīno nichil. Nec enim adduci possū vt credam te simul cū celo tam subito ingenium quoq; mutauisse Nos hic oēs valemus recte. Tu quoq; cura vt valeas. Ex Mediolano. iij. nonas Julias. M.cccc.lx.

¶ Franciscus Philelfus Joānino barbato sal.

q Vantū videre videor ridiculo tibi sū. Nā meos carminū libros totiēs repetitos restituere michi negligis. At ego michi verba dari longius certe non patiar. Turpissimum enim est Franciscū Philelfum imberbem duci a Joānino barbato. Jtaq; aut rem michi meam restituere q̃primū: aut vbi ita malis: tibi litē apud principē paratam esse intellige. Nam qui alios ridere nunq̃ cōsueui rideri abs te nolo. Vale. Mediolani Ex edibus meis. viij kalen. Augustas. M.cccc.lx.

¶ Frācis cus Philelfus Nicodemo tranchedino sal.

o Stēdis te vehemēter desiderare litteras meas. Et facis tu quidem recte. Nam tuis michi litteris suauius nichil est: quas noui ab amātissimo erga me animo proficisci. Nec enim verus amor falli nunq̃ potest. Necessarioq; fit: vt qui plurimum amat: ametur item plurimū. Et littere ergo tue fuerūt michi ꝑgrate: & oīa que vel ioco vel serio per litteras es locutus: q̃ iucūdissia accidere. Quā vellem omnia tuo meoq; iudicio gererent. Jdq; nō priuate solum ac nostre: sed & cōmunis & publice vtilitatis causa. Verissimū illud esse existimo nichil recte administratum iri ꝑturbatōe duce: Nam omnis animi morbus si minus oīno tollit: impedit tamen non mediocriter rationis vsum: qui vbi vacat: quid aut bene geri: aut cōsuli recte potest? Equidē mi Nicodeme non possū mea sorte nō gaudere: qui meipso contentus sum: cui nichil aliud deesse video q̃ nummos aliquādo. Qui tamen ipsi sepe nō modo non speranti: sed ne cogitanti quidem tanta vltro benignitate occurrunt: vt pudorem etiā afferant negligenti. Habeant multi auꝝ & argentū: habeant magistratus: habeant imperia: habeant ea oīa que collibuerint stulticie: dummodo ea sint nobis: que nolentibus eripi nullo pacto queunt. Quid eni earum simus rerū curiosi: que animi curas non adimunt sed augent? Jtaq; mirandum nō est: si

amicus ille dum huiusmodi rationes minus animo volutat: quo altius ascēdit: eo humilius miserabiliusq; descendit. Ego quo die has litteras ad te dedi: implerā secundū & sexagesimū etatis annū integris sensibus & valitudine prospera: & id quidem sine vllis medicorū adiumētis. Tu si quid habeas: qd cū his diuitijs conferas memora. Nam si qua michi sunt alia aut bona aut expetenda: & tu nosti: & laura non ignorat. Ac de ioco hactenus. Velim ꝙ diligētissime odoreris apud quem hospitetur ille codex Syllij italici poete quem antonij barbadori pater quo tempore in monte pulitiano ꝑturā gessit: ex bonis illius bartholomei venatꝰ est: quē Martinus pontifex maximus primū secretarium habuit. Nam codices oēs quotquot illo exemplari exscripti sunt: deprauatos corruptosq; inuenio. Cupio preterea michi exscribi latinam traductionem greci illius doctissimi acutissimiq; Esopi. Nam auctor ipse perijt apud grecos. Et eā interptationem inueni apud alium neminem. Hac de re scripsi ad Petrum medicē. Id qd vt ipse apud eū ꝙ diligentissime cures: te plurimū rogo. Vale. Ex Mediolano. xviij. kalen. Augustas. M. cccc. lx.

¶ Franciscus Philelfus Xenophonti filio sal.

f Eci te ad tertiū nonas Julias ꝑ litteras certiorē me nihil litterarū tuarū accepisse posteaꝙ ex venetijs solueras: ꝑter eas quas ad. iij. kalen. apriles Trossi scribe ad me dederas: cum interea temporis secundum & nunc tertiū tibi scripserim. Qd eo etiā magis miror: qd Marius michi significauit sibi redditas esse abs te litteras: quibus cum nulle prorsus essent ad me. Ego autem & si auguror vt res habet: operepretium tamen duxi te cōmonefacere: si quando ad me scribis: vt cures tua omnia scripta redditū iri Venetijs aut viro patricio Bernardo iustiniano Leonardi filio: aut ducali oratori Antonio guidoni bono. Nā Marchesiꝰ redijt Mediolanū. Tu si quid velis significato. Nos hic oēs valemus recte. Vale. Ex Mediolano nonis Augustis. M. cccc. lx.

¶ Franciscus Philelfus Mario filio sal.

q Vod expostulas meas litteras minus sepe ire ad te: ptim ipse tu: partim occupationes mee sūt in causa. Qd si tuā ipse causam sustuleris: ego quoq; meas omnis occupatiōes amouebo. Noli iuuenis cum sene de prudētia cōtendere: neq; cū patre filius. Noli versutiā calliditati anteponere. Ratione vtere & cōsilio Id si feceris: nūꝙ me incusabis: nec vlla in re desiderabis paternū officium. Qd Marieta meliuscule valet: gaudeo. Cesarem meum bene in litteris proficiscere plurimū letor. Velim cetera que vel ad

teipſum: vel ad reliquã familiam attinent diligenter cures. Ad Xe nophonta reſpondi. Tu qđ ad Hugolotum reſpicit: ne diutius ne glige. Bernardum pontanum noſtrũ bene valere opto. Uale. Ex Mediolano. x. kalen. Septembres. M. cccc. lx.

¶ Franciſcus Philelfus Xenophonti filio ſal.

m Alo te negocioſũ eſſe ꝙ ocioſum: modo negocia tibi tua aut dignitati ſint aut cõmodo: qđ ſine dignitate incõmo dũ eſſe puto. Nam per litteras quas modo ad ſextũ kalen. Augu. dediſti ad me adeo te oſtendis occupatum: vt nullum tibi tempus relictum videatur ſcribendi ad patrem. Qđ das: accipio. Et facis tu fortaſſis ex officio. Ego autẽ auguror neſcio quid. In hanc diẽ accepi ſecũdũ abs te litteras poſteaꝙ Rhaguſiũ es profectus. Si te negligẽtiorem aut minus cautum animaduertero: tu quoqꝫ tar dioris videbis epiſtolas meas: ſcripſiſti omnia iſtic ardere. Id dici puto ob iminens a turcis periculum. Uellem ſcripſiſſes ꝛ latius ꝛ apertius: ne michi Sibylla interprete opus eſſet. Qđ amicus iſte tuus cupit videre aliquid ex noſtris ſcriptis: dabo operam vt tibi mos geratur. Nos hic valemus omnes. Cura etiã tu vt valeas: ꝛ hominibus ſis deoqꝫ cariſſimus. Ex Mediolano. x. kalen. Septẽ bres. M. cccc. lx.

¶ Franciſcus Philelfus Laurentio piſaurenſi parmenſium prefecto ſalutem.

e T ſi ignarus certe non eram vel ſine vlla ꝯmẽdatõe mea nichil eſſe apđ te antiquus iuſticie pietatiſqꝫ officio: tñ vt intelligeres ꝙ michi rem gratã factur⁹ eſſes: ſi negociũ religioſoꝝ fratrũ ſancte Marie ſeruoꝝ: q̃ appellanť: ita curaueris: vt iſti oẽs intelligãt meã de ſe cõmendatõeꝫ fuiſſe ſingularẽ: libuit abs te pe= tere: ac etiã ſi opus fuerit ꝯtẽdere: ne patiaris eẽ fruſtra itũ ad me. Nemo eſt eni q̃ amicitiã noſtrã ignoret. Quã vt hmõi q̃qꝫ munere clariorẽ oib⁹ facias: rogo. Noſti pudorẽ meũ. Nunꝙ auſiꝫ tãtope a te aliq̃d petere: qđ ab honeſtate abhorrere videať. Uale cum tuis oĩbus. Ex Mediolano. vij. kalen. Septẽbres. M. cccc. lx.

¶ Franciſ. Philſ. Iacobo puteo iureconſulto ſal.

t Imotheũ cytharedum virũ muſice diſcipline doctiſſimũ ſane: eruditiſſimũqꝫ fuiſſe reperio. Ad queꝫ vbi quotidie athenienſiũ more permagna auditoꝝum turba diſcendi gratia con flueret: euꝫ quicunqꝫ ſe audituri eſſent: rogare ſolitum accipio: ha buiſſẽt ne vllos ante id temporis eius peritie preceptores. Qđ qui negaſſent: cum his certam doctrine ſue paciſci mercedem. Si qui autẽ reſpondiſſent quibuſpiã antea vſos ſe magiſtris: cum ijs niſi

duplicata mercede cõuenire nullo pacto consueuisse. Aiebat enim vir callidissimus ad duplum laborem dupla etiam mercede opus esse. Qui enim istiusmodi discipulis recta vlla pceptio tradi queat nisi omnium primũ eorum mentes inherenti fuerint deprauataqȝ disciplina omnino liberate. Lõge profecto difficilius est ac multo laboriosius dedocere ꝙ docere. Nam quis ignoret natura fieri: vt qui habitum iam firmatum ac penitus insidentem eruere dissolue reqȝ studeat: id sine multo ⁊ tempore ⁊ labore consequi non posse. Que quidem nostra tam longe repetita oratio quorsũ tandẽ euadat: ⁊ si minime vereor Jacobe putee te pro tuo singulari ingenio summaqȝ prudentia non obscure intelligere: tamen vt vel tui auditores pleriqȝ oms ⁊ studiosi ⁊ clari adolescentes: vel si qui alij tecũ sentiunt: quibus de rebus inter nos controuersia sit: dilucidius teneant: apertius eam eloquar: ꝙꝙ non vna cõtrouersia est: sed due Verũ de qua magis veluti triumphare visus es: primus nobis sit sermo: deĩde breuiter de altera differemus. Prima nobis disceptatio est de licitatore: quem tu eum esse omnino vis: qui in auctione suppositus rei vendende in deceptionem alterius precium auget: idqȝ declaras exemplo. Titius aut fisci aut suo alteriusue cuiuspiã nomine pscribit vectigalia aut predia. Calphurni⁹ emptor offert mille sestertiũ. Crassus a Titio emptor suppositus ad mille sestertium centum addit. Calphurnius: qui habende rei desiderio tenetur: addit ad centum alia sestertia decem: at Crassus ad ea rursus viginti. Tum Calphurnius refrigescit ab emendo. Manetqȝ sub dubius. Et vix tandem addit sestertia quinqȝ. Quod aĩaduertens Titius: veritusqȝ ne si rursus per suppositum Crassũ rei pscripte preciũ auxerit: seipsum poti⁹ fallat ꝙ Calphurniũ: qꝺ pscripserat dat Calphurnio. Et ita Crassus est tua sententia licitator. ꝙꝙ tu cuȝ diceres licitari aliud nichil significare ꝙ precium augere: ⁊ ita quod proscriptum esset dare plus offerenti: non magis Crassum: ꝙ Calphurnium in eo quod plus offerret: licitari velle videbaris Eoqȝ interdum tua tendebat oratio: vt inter licitationẽ ⁊ auctionẽ nichil prorsus interesset. Adduxistiqȝ pro tua causa: vt tibi videbaris ex ipsis iureconsultis exempla firmissima. Gaium enim super legem que incipit licitatio: digestis de publicanis: ita scriptum reliquisse. Licitatio vectigalium: que callore licitantis vltra modũ solite cõductionis inflauit: ita demum admittenda est si fideiussores idoneos ⁊ cautionem is qui licitatione vicerit: offerre paratus sit: ⁊ eundem Gaium non multo post super eandẽ legem: Licitatores vectigaliũ ad iterandã conductionẽ anteꝙ superiori conductioni

satisfaciant admittēdi non sunt. Adducisqꝫ in eandam sententiam Paulū: qui super legem Ualerij digestis de iure fisci ita locut⁹ est Ualeri⁹ patronus ꝓcurator impatoris: Flauio statilio pdia certo ꝑcio addixerat. Deiñ facta licitatōe: idē statili⁹ recepta ea licitatōe predia obtinuerat: ⁊ in vacuā possessionē ita inductus erat. De fructibus medio tempore perceptis querebat. Patronus fisci esse volebat. Plane si medio tempore inter primā licitationē: ⁊ sequētem adiectionem percepti fuissent ad venditorem pertinere: sicut solet videri: cum in diem adiectio facta est. Deinde melior conditio allata est: nec moueri debemus: qđ idem fuisset: cui primo adiecta fuerant predia: sed cū vtraqꝫ adiectio intra tempus vindemiaꝝ facta fuisset: recessū est ab hoc tractatu. Itaqꝫ placebat fructus ēptoris esse. Hec tu duo exempla ex Gaio ⁊ paulo pro tua causa intulisti. Nam tuum illud tertium est abs te excogitatum argutius vbi ageretur de dolo malo: ⁊ si q̄ztum ad licitatorem attinet: non est a mea sententia admodum alienū. Sed anteq̄ꝫ ad Gaij dicta pauliqꝫ responderero: afferam etiam ipse quo firmior tua videatur tibi opinio: exemplum ex Ulpiano: modo intelligas qđ tu nudiustertius cuꝫ apud nos esses interpretabaris in Gaij sententiā vbi ait: Licitatio vectigalium que callore licitantis vltra modum solite cōductiōis inflauit: tu inq̄ꝫ calore per vnum .l. efferebas: dicebasqꝫ calore scilꝫ iracundie. Quis hoc tibi concedat? quem ibi locum iracūdie dederis? Callore .n. per geminum .ll. ⁊ scribendum ⁊ intelligendum est pro calliditate ⁊ astutia: est enim calliditas secundum Aristotelem quedā prudentie pars: que ita versatur in paruis vt prudentia magnis in rebus. Recte igitur Cicero cum vellet ostēdere in libris de natura deorum: quid inter versutū ⁊ callidum interesset: versutum esse describit eum cuius mēs celeriter versetur. At callidum: cuius animus vsu: vt manus opera concalluit. Sed redeat ad Ulpianū Sic .n. ait. Si res ei⁹ venierit ⁊ existat: qui plus liceatur: an in integrū propter lucrum restituendum sit: ⁊ quotidie pretores restituūt vt rursus admittatur licitatio. Audi item. M. Tullium Ciceronē in epistola ad. M. Marium. Cice. M. Mario sal. Mandatum tuum curabo diligenter. Sed homo acutus ei mādasti potissimū: cui expediret illud venire q̄ꝫplurimi: sed eo vidisti multum: qđ prefinisti: quo ne pluris emerem. Quod si michi ꝑmisisses: qui meus amor in te est: confecissem cum heredibus. Nunc quoniam tuum precium noui: licitatorem apponam potius: q̄ꝫ illud minoris veneat. Sed de ioco satis. Habes mi Iacobe vir iurisconsultissime oīa que afferri adiumēta possunt in causam tuam. Ceterū que paucis

dicturus sum:equo animo accipe. Dim primum videamus licitari licerive secu͂dum antiquos eosdem probatissimos auctores artis gra͂matice quid significet. Licitari(vt ait Nonius Marcellus)est congredi & pugnare. Id aute͂ ita esse patet apd Cecilium poetam in hymnide: Quin machera licitari aduersum eum cepisti sciens. Festus Pompeius docet eum licitari:qui decipiendo inducit:et rursus ait eos esse licitatores:qui in mercando pugnandoue co͂tendunt. Audi nunc Ciceronem libro tertio de officijs. Tollendu͂ est igitur inquit:in rebus contrahendis omne mendacium:non licitatorem venditor nec qui contra liceat emptor apponet: vterqꝫ si ad loquenduꝫ venerit:no͂ plus q̄ semel eloquatur. Ex significatis huiusmodi verbi:vel liceri:vel licitari:que a duobus eximijs & latinitatis & litterature ꝓfessoribus: Festo Pompeio ac Nonio Marcello cognoscimus:possumus ne alium esse licitatorem opinari q̄ eum:qui grece proxenetes dicitur:quo etia͂ no͂ie no͂nullos iureco͂sultos vsos videmus. Quid au͂t alid est ꝓxenetarꝫ hoc est licitatorum officium(vt ita loquar)q̄ tum emptorem:tum venditorem & conte͂dendo & decipiendo inducere: vt & vendat ille & hic emat? Idqꝫ non minus minuendi ratione: q̄ augendi precij Et q̄uis alia vel arte:vel fallacia mo͂ obiecit:qd iierit? An sumus vsqꝫadeo rerꝫ imperiti:vt ignoremus q̄tu͂ emolumenti huiusmo͂i nebulones percipiant ex huiusmodi dolis ac fraudibus? Siue igit͂ in rebus priuatis: seu in publicis:vende͂do/eme͂do/locando/co͂ducendo/contrahendoqꝫ licitator intersit aut suo dolose aut alterius nomine. Hunc esse eunde͂:qui nomi͂e a grecis accepto ꝓxeneta dicitur:manifestum est. Recte igitur precepit Cicero nec a ve͂ditore licitatorem:nec item ab emptore apponi debere: sed ipsos potius si ad loquendum venerint:non plus q̄ semel eloqui oportere. Hoc enim obseruа͂dum inter viros grauis & bonos:idcirco precipit Cicero vt nulli licitatoris me͂dacio:nulli dolo relinquatur locus Hec tu:si in Gaij/si in Pauli/si in Vlpiani responsis diligentius co͂siderare institueris:longe aliter senties:q̄ in ha͂c diem co͂sueueris: Qd autem conte͂deris idem esse & auctionari & licitari:eode͂qꝫ mo͂ licitatorem & auctionatorem:nichil est qd tibi minus assentiar. Video apud Ciceronem in oratione pro rege Deiotaro hec verba:Ille iteru͂:ille tertio auctionibus factis:pecunia͂ dedit:q̄ ad bellu͂ vteremini. Et rursus. Quo tum rex erga te animo fuit:qui auctionatus sit:seseqꝫ expoliare maluerit:q̄ tibi pecuniam non subministraret? Num licitationibus factis:num si licitatus sit:dixisset Cicero:ide͂ essꝫ significatum? Sed hec hactenus multa. Non eni͂ dubito te ꝓ

magnitudine ingenij tui egregiaq; doctrina itur in ſententiā meā ⁊ eūdem eſſe licitatorē conceſſurum: quē etiā pxenetā nunc vulgo veſtri iureconſulti nominant. Dicebas ſecundo loco mirari te Ciceronē atq; arbitrari illum in dialecticis parum fuiſſe exercitatum. Nā ſi ſecus eſſet: eū nunq̄ fuiſſe dicturū in prima queſtione tuſculana: ſi malum: ergo miſerum: cum eſſet propoſitum: vel aſſūptum potius: malum michi videtur eſſe mors. Non enim qd malum eſt: id continuo miſeriam afferre: cum multiplicia mala ſint ⁊ animi ⁊ corporis ⁊ fortune. Nec eſſe tamen conſentaneum qui in pluribus maximiſq; totius hoīs atq; fortune bonis: cum eculeum amiſerit quēpiā: aut catulum: idcirco eum affirmare miſerum: quoniam ea equi caniſue amiſſio in malis habenda ſit ſecundū peripateticos. Indocte igit Ciceronem eam cōplexionem ad id adieciſſe: qd erat aſſūptum. Concederem tibi profecto qd Ciceroni obijcis: ſi pipateticū ſe in eo loco is: q̄ ſtoicum maluiſſet. At ſtoici nichil ī malis ducunt: niſi qd turpe ſit: nec item in bonis quicq̄ qd honeſtum nō ſit. Hōeſtate bonum ſtoici: ⁊ turpitudine malum definiunt. Preterea neq; in bonis: nec itē in malis aut plus eſſe iudicāt aut min⁹ qui qd honeſtum ſit: id eſſe putant omni ex parte bonū: quēadmodū id eſſe volunt oīno malum: qd a turpitudine proficiſcit. Quare ſi mors habēda foret in malis: qd certe non eſt recte a Cicerone reſponſū eēt: id eē miſer. Nec enī preterire te exiſtimo: q̄ aut corpis ſunt aut fortune tributa: ea a ſtoicis neq; bona neq; mala cenſeri: ſed indifferentia: ⁊ a pleriſq; commoda ⁊ incōmoda: que etiā alij prelata reiectaq; nominant: perinde atq; talia ſint: in quib⁹ electio locū habeat. Utrū tibi grauiſſimo ⁊ erudītiſſimo viro ſatiſfecerim neſcio. Michi certe feci ſatis. Ex Mediolano. kalen. Septembribus. M. cccc. lx.

Frācīſcus Philelfus Joāni aloyſio guidobono ſal.

f Uere nonnulli veneti: qui a me per litteras meos carminū libros exſcribendos petierūt. Quibus ego ſigillatim geſſiſſem q̄ primū morem: ſi tot michi eius operis fuiſſent exēpla. Sz cum nullū michi oīno relictum ſit preter id vnū qd initio ſcripſerā exiſtimaui hoc pacto ſatis ab me iri oībus factū: ſi tibi hmōi prouinciam pro noſtra beniuolentia delegarem. Itaq; dedi ad te eū ipm carminū codicem manus mee vt vides feſtina exaratū arundine. Cuius tu ita p tuā prudētia feceris omnibus copiā: vt intra ſextū menſem codex ad dn̄m redeat. Uale: Et patrem tuū grauiſſimum virū verbis meis ſaluere plurimum iube. Ex Mediolano idibus Septembribus. M. cccc. lx.

¶ Fran. Phil. Angelo veterbino iurecõsulto sal.

a Ccusarem te mendacij: si scirem te huiusmodi accusatõe3 magnifacere. Sed noui ingenium tuum: qui non minus surdus es: cũ id tibi expedire putas: q̃ mut⁹. Verũ hac in re te tua fefellit opinio. Nã me primo apud quem eras cenaturus: liberasti homine edacissimo. Deinde tibi fortasse nõ parꝝ incõmodasti: qui filiã potuisses: vbi ea tibi voluntas esset: indotatã etiã viro tradere Amicus enĩ quidẽ vir sane bonus ac minime contẽnendus michi oblatus est: qui cupit vxorem ducere: que ꝛ honestis sit nata parẽtibus ꝛ pulchra ꝛ ex ethruria. Itaq3 id ego audiens: ilico in te animum adieci. Rem tenes. Cu3 primũ veneris Mediolanũ fac me q̃primũ adeas. Vale. Ex Mediolano. xvi. kalen. Octobres. M. cccc. lx.

¶ Franciscus Philelfus Xenophonti filio sal.

e T anulũ quem misisti michi ꝛ gẽmam plibenter accepi. Et fecisti sane vt te decet: mõ illi⁹ memoria assidue tecũ sit. Senior noster hispanus michi exposuit te Mediolanũ vehementer cupere. Id equidẽ nõ improbo: modo cõstitutũ istic tẽpus ꝛ constãter ꝛ innocẽter absoluas: qđ vt facias te non solũ hortor: sed etiã volo ac iubeo. Preterea sũ miratus q in tanta oportunitate minus ire ad me cura ueris: nichilq3 ad ea tã multa respõderis: que non vnis litteris tibi scripserã. Ad hec tuũ quoq3 officiũ erit: vt aliquid litteraꝝ ad principẽ sepe des: hoc facere prudentius nichil potes. Nos hic valem⁹ oẽs. Vale. Ex Mediolano. vi. idus Octobres. M. cccc. lx.

¶ Frãciscus Philelfus Lazaro arretino sal.

e T si certo scio mea oĩa tibi negocia ꝓ vetere nostra ac sũma beniuolentia cordi esse: nõ est tñ ab officio meo visum alienũ: si ex meis quoq3 litteris intelligeres me mei non eẽ oblitũ: qui duo istinc abiens tibi curanda cõmendarim: que q̃q̃ dissimili sunt ratione: talia tñ sũt vt eorũ neutrũ negligi abs te velim. Nam officiosi amici est eque parua amici gratia nõ contẽnere vt magna preclaraq3 facinora: nõ minus adire alacriter: q̃ appetere vehemẽter. Que reliqua sunt: tecũ ipse considerabis. Vale. Ex Mediola. x. kalen. Decembres. M. cccc. lx.

¶ Franciscus Philelfus Hermolao barbaro episcopo Veronensi salutem.

q Vam pro Lazaro scarãpo comensi episcopo orationem habui: idcirco in presentia ad te dedi: qđ vererer ne quam librarius tuus tumultuarie scripserat: non esset admodũ emẽdate

scripta. Preterea cū vellem aliquid ad te scribere: nichil noui acciderat post discessum tuum: quo vterer argumento. Nec eñ dubito ea tibi omnia cordi esse: que a nobis in cōmentariolo acceperas: presertim id vnum: quod michi cum tuo Antonio becharia viro diserto et perhumano transigendum est. Neqꝫ sane aliud qc ꝙ est: cuius moram molestiorem feram. Nam eiusmodi codice diutius carere nullo pacto possum. Itaqꝫ rogo te: vt currenti sis calcar. Fieri enim possit: vt serius Veronaꝫ repetas. At michi in huiusmodi codice celeritate plurima opus est. Hac vna michi gratius hoc tempore facere nichil potes: nec quod magis Antonij inſ sit officij: quem ipsuꝫ scio tibi esse carissimum. Reliqua tu opportune ꝓuidebis. Vale ex medi. vij. kalen. decēbres. M. cccc. lx.

¶ Franciscus philelfus Lazaro scarampo comensi episcopo salutem.

e Am quam pro te apud comenses ad. xvi. kalen. decembres orationem habueram: idcirco ad te misi: vt quod tecum antea sum locutus: eam cures per fratreꝫ reddi Hermolao barbaro episcopo veronensi. Reliqua tu puto memineris. Preterea que istinc discessurus tecum sum commentatus ne obliuiscaris: te etiam atqꝫ etiam rogo. Hoc vno michi aliud hac tempestate gratius prestare officium nullū potes. Vale et bone valitudinis rationem habe. Ex Mediolano. vij. kalen. decembres. M. cccc. lx.

¶ Franciscus phi. Donato actiolo salutem.

n On possum non probare tuā tā longam taciturnitateꝫ cum existimeꝫ te vti voluisse me magistro: qui duꝫ studeo eam ad te dare orationem: quam et ipse habueram apud summum pontificem Pium Mantue. et ipse desiderare videbaris diutius sim cunctatus: ꝙ tu fortasse velles. At superas profecto omnem meam huiusmodi in scribendo tarditatem adeo vt iam verear te esse omnino vna cum nostro Argyropolo oblitum mei. Et facis tu quidem nequaꝙ vel amice vel recte: qui nichil ad ea respondeas: que tibi pro nostra summa beniuolētia cōmēdaram. Sed eo fero moderatius negligentiam tuā: hui: diligentiā volui dicere: quod vtriqꝫ arundini et nymphe: et muse simul studere nō potes. Verum si me amas: surripe aliquid temporis quod amicitie condones. Ego ad te nouam dedi orōeꝫ Vale ex medio. iij. kalen. decembres. M. cccc. lx.

¶ Franciscus philelfus Pallanti stroze equiti aurato salutem.

i Nstituenti michi pro vetere nostra summaqꝫ amicitia scribere ad te aliqd:hic tempestiue nūcius est oblat⁹:q̄ istac iter factur⁹ redit in peloponesum. Oīꝫ primū certior fieri cupio q̄ bene valeas corpore. Quid eī̄ interrogem aīo:cū vir sapiētissim⁹ nō ignoras vel nullis hominū consilijs

Itaqꝫ si me amas(sicuti certe facis)cura:vt tuis optatissimis litteris intelligam:quāta tibi cū senectute sit quies. Naꝫ de animi tranquillitate nichil est qd dubitē:qd si de me doceri ex me vis:valeo equidē pbelle. Nec me climatericus ann⁹:quē chaldei nomināt:vlla ex parte fecit sua inclinatione deteriorem. Naꝫ qui natus sum. viij. kalen. Augu. anno a natali christiano millesimo trecentesimo nonagesimooctauo ago iaꝫ tertiū ⁊ sexagesimū etatis annū. Qd ipm tpis cū ob septenarium nūerū:tū ob penultimū cōmunis etatis hominū flexū pythagorici putant eē periculosum. At ego septenariū numerū in vtranqꝫ fortunā vehemēteꝫ existimo. Quare in secūdā nobis et malo et opto. Qd me scdo loco ad scribendū hortat̄:est quorūdā librorꝫ desideriū. Agit enim istic apd vos Andronicus callistus noster:vir disertus et doctus. Isti autem esse audio

Peto igitur abs te maiorem in modū:vt eos libros aut nobis excribi cures mea impēsa:aut ad nos ire:qui hic excribantur redituri ad dominū q̄primū. Uale cū honofrio meo atqꝫ nr̄is oib⁹. Ex medio. kal̄. ianuarijs āno a natali christiano. M. cccc. lxi.

¶ Frāciscus philelfus Xenophonti filio sal.

p Ost eas litteras quibus michi ⁊ de anulo quē hispano seniori dederas:⁊ de pecunia quā socr⁹ a theologo Timotheo petierat:significabas alias nullas iā mēsis duos abs te accepi. Utrū id vel tua vel aliorꝫ negligētia factū sit:nescio. Qd h̄ cupis a me curari:fiet in tpe diligent̄. Ueli tn̄ iterea ne qd istic patiaris de te desiderari. nullā ipensam volo suscipias. Susceperis eī̄ frustra. Nā nōnulli michi greci renūciarūt illā verba dare:et quod vite institutum cepit:id nūq̄ dimissura. Cura:vt bene valeas. Nos hic valem⁹ oēs. Ex Mediolano kalen. ianuarias. M. cccc. lxi.

¶ Frāciscus phi. Leonardo sabbatino sal.

c Olella auersanus dixit michi verbis tuis esse tibi nōnullos codices ⁊ latios ⁊ grecos:q̄s vēder̄ istituer̄s. Quare si velleꝫ aliq̄s ex ijs emere licere michi p te:habeo tibi Leonarde

mi grãs nõ vulgaris:qꝺ earũ michi rerũ optionẽ dederis:quarũ me amãtissimũ nosti. At vellẽ pfecto tibi cũ tuo maxio et honore et emolumẽto sublata facultas eẽt alienãde supellectilis tam pre clar tã pciose. Id qꝺ p vitã illi⁹ mei amicissimi Aurispe:viri opti mi et grauissimi facile factũ esset:si eũ apꝺ nos deus q̃ apud se a gere maluisset. Sed qm̃ ea lege nati oẽs sum⁹:vt nature tandem sit cõcedẽdũ:equo aĩo necessitatẽ feram⁹:oportet. Te aũt hortari nõ desinã:vt cui⁹ viri gener simul et heres relictus es:eius quoq virtutẽ singularẽq doctrinã hereditario quodã et assiduo studio imiteris. Qꝺ eius rei quoniã non ambigo strenue te diligenterq cu raturũ:ñ ero in pñtia tecũ lõgior. De libris aũt qꝺ significas:pau cis respõdeo. Op⁹ ẽ:vt librorũ titulos mittas ⁊ q̃litatẽ et pciũ. Id cũ didicero:si libri placuerit:aut ipse veniã:aut preciũ mittã. Va le cũ spõsa et pr̃e. ex mediola. iiij. nonas ianuarias. M. cccc. lxi.

❡ Fran. phi. Nicodemo tranchedino sal.

g Audeo equidẽ vehementer ita res tibi secundas esse:vt ne amicissimi quidem hominis recorderis:q̃q̃ nõ par ua ẽ felicitatis pars vir amicus. Amicitia, em̃ siue in animi:quod philosophis placet:siue in extrariis bonis ponenda sit:non mini mum tenet in humana felicitate locũ. Quare vt te aliquãdo colli gas:volo. Memineris q in omni fortune statu vel cõmodo vel iu cũditati aĩcũ eẽ posse. Id si feceris:dabis ad me qñq lr̃as quo me saltẽ tue leticie pticipẽ facias. Tu vero ne me ꝯ existimes tui oblitũ accipies vnã a me orõem:quã nup habui ad comẽses de dignita te episcopali:⁊ de illorũ episcopo Lazaro scarãpo. Et p rei argu mẽto:et p hoĩb⁹ habẽda fuit oratio. Tu michi feceris rẽ gratissi mam:siqd noui significaris:qꝺ vel gratũ sit:vel nostra intersit au dire. Vale ex mediolano pridie idus ianuarias.

❡ Franci. phil. Pallanti stroze equiti aurato sal.

n Ichil michi potuisset hoc tempore iucundius, contin gere tuis lr̃is:quib⁹ pristinã illã tuã sermonis ac morũ suauitatẽ:qua mecũ sepe dũ florẽtie agerem⁹:familiarissime vte baris:nõ secus inspicere visus sum atq ea:que coram videri ocu lis solent. Qui enim me tua omnia non delectent:quem certo sci am nõ modo absolute cuiusdam ac totius virtutis speculũ:sꝫ eti am de me semper q̃ optime meritum? Itaq rogo te:vt si quid po test accedere ad conseruande bone valitudinis diligentiam:vel meiipsius gratia:quem noui tibi esse carissimum:aliquid addas. Nam quis adeo alienus sit ab omni humanitate qui optare non debeat te omnino talem fore: cuius vita est omni humanitate

humanior & cũ totius honestatis plena tũ nullius elegãtie:nulli⁹ doctrine inops? Qđ aũt ita ꝑ tua mirabili sapiẽtia te cõposueris vt nullis medicorũ remediis vtare nõ possum eq̃dẽ non probare. Quid enim continentissimo viro eidemq; prudẽtissimo prodesse medicus queat vllis curatiõibus suis qui sibiipsi nõ didicit? Nã quotus quisq; ẽ medicus qui abditã penitusq; recõditã egrotatiõnẽ recte iudicet? Duo ĩprimis sunt ex quib⁹ huius tẽpestatis medici aduerse valitudinis vim causamq; cõiectant:vrina et venaꝝ motus:sed vrina quorũ nobis aliorũ locorũ argumentum prestet in corpore:q̃ iecoris:renũ:at vesice? Omitto enim quot possint quantaq; accidere:quibus vrina deprauata iudiciũ fallat. De venaruz autem motu quid certi afferre quis audeat ea conueniẽtia ignorata:quã musici harmoniam vocant? At quot medicos inuenire qui aut musicam aut vllam disciplinam mathematicam teneant? cum non physica modo:sed quicq̃d vel ad numerum:vel ad mensurã vel ad musicã rationẽ vel ad astronomiam pertinet si medicus ignorarit neq; iudicare q̃cq̃ veri nec mederi salubriter queat. Itaq; facis tu quidem)vt soles)oĩa sapienter qui tibi tum per temperamenti corporis tui et etatis conditionẽ:tum per vite ac victus cõtinẽtiã medearis. Id qđ itidẽ in meipso quantũ licet obseruo. Qua ex re factũ puto:vt nulla sit michi cũ medicis cõsuetudo aut conseruande scilicet aut recuperãde valitudinis gratia. Et qm̃ de te pauca sum locutus:eadẽ breuitate de me vtar necesse ẽ. Sum equidẽ mi Pallas tua laudatione plurimũ delectatus non qđ ita de meipso sentiam:vt tu predicas:sed quoniaz istiusmodi de me testimonium sit in mentibus hominum permagnũ põdus habiturũ. nec eñ vereor apud te fateri ingeniũ meũ fortasse leuiusculũ. Malo sane de me optime sentiẽdo viri oẽs optimi iidẽq; doctissimi fallãtur:q̃ si secus senserit:soluti mẽdacio iudicentur. Siquid boni in me ẽ illud certe eẽ intelligo nichil seruari apđ animum meũ diligẽtius gratitudine et officio:quo fit vt tibi semper optẽ secũda oĩa:nec tui splendidissimi noĩs memoria apud me sit quicq̃ antiquius. Nam quod ad doctrinam et eruditionẽ attinet si scire me dicerẽ nichil scire impudẽtie possem argui quod m̃ scientie laudẽ vendicarem. Itaq; solum illud ausim affirmare:me sciendi cupiditate preter ipsum te vnum alij cuiq; cedere nemini. Et hac de re satis. Nicolao monacho religiosissimo grauissimi equitis aurati Rainaldi albicij illius nepoti ex Hormano filio dicito verbis meis:quod ei de fratre suo Bartholomeo respõderã: verissimum fuisse. Nam neq; ab angelo actiolo ornatissimo eq̃te

aurato:necꝫ ab alio prorsus vllo aduersus Bartholomeũ apd̄ hu
manissimum principem hunc meum sermo quispiam habitus est
Quin potius princeps meus eã rẽ molestissime tulit: subdiditqꝫ
licere eque omnibus florentinis agere non minus audacter in su
is quibuscunqꝫ vrbibus: ꝙ̄ possunt proprij legitimiqꝫ ciues. Cre
de michi mi Pallas hunc esse principem plane optimũ ac vni ti
bi ita esse affectum: ꝙ̄ cui maxime. De libris quid respõderit An=
dronicus callistus: ex tuis litteris didici. Velim ex eo certior fias
apud quẽ eiusmodi libri hospitentur. apud
laurũne quirinũ: an apud alium quẽdam. Ad hec audio Andro-
nico isti esse Apolloniũ grãmaticum
Quoad eius fieri licet: rem michi gratissimã nauabis: si dederis
operãvt codex ille excribẽdus eat Mediolanũ euestigio reditur⁹
ad vos. Qd̄ si id min⁹: saltẽ veli eã curã suscipias vt istic apd̄ vos
excribatur. Nã qd̄ impẽderis: dabo ad te ꝙ̄ primũ Vale ex medio
lano. v. kal. Februarias. M.cccc.lxi.

¶ Frãci. phil. Pio secundo summo põtifici sal.

Q Vanꝙ̄ oẽ beneficium ꝑgratum esse debet pater beatissi
me: illud tñ multo gratius longeqꝫ iucũdius videri solet
qd̄ quis nullis suasionibus: nullis precibus: nullis deni
qꝫ officiis ꝓuocatus in aliũ contulerit. Nã si qua precesserint me=
rita: non relata minus ꝙ̄ inita gratia ducitur. Que mea semꝑ ab
ineunte vsqꝫ iuuẽta beniuolentia erga te: que obseruantia fuerit:
vnde magis: ꝙ̄ a tua sanctitate testimoniũ est petendũ? Sed vbi
te pro incredibili tua et eruditione et eloquentia summaqꝫ virtu=
te ad pulcherrimos deinceps dignitatis gradus cũ episcopatus
et tergestini et senensis: tũ etiam cardinalatus oĩpotens deus ex
tulit nunꝙ̄ destitisti vel coram sermone honoratissimo vel per hu
manissimas litteras absens ostendere quanti me faceres: et ꝙ̄ ea
tibi fides accepta esset et cara imprimis. Voluit tandem sanctissi
morum operũ retributor deus vt in supremo christiane religiõis
solio sacerdos maximus cõstitutus vicẽ christi in terris gereres.
Qua certe vna re diu a me antea non minus: vt scis predicta sepe
ꝙ̄ expectata nichil vnꝙ̄ audiui in vniuersa vita neqꝫ optati⁹ nec
iucundius. Idqꝫ non minus eruditorum omniũ et disertorũ ho=
minũ causa ꝙ̄ vlla precipua spe meoꝝ cõmodorũ Quos sane co=
gitatus meos nõ obscuro quodam infirmoqꝫ documẽto ꝙ̄primũ
confirmasti. Nã non mõ me nõ petente sed ne cogitante qdẽ sin=
gulos ducenos aureos in singulos annos michi ꝑ oẽm vitam do
no datum iri ex propriis pecuniis simul atqꝫ creatus es summus

pontifex: cõtinuo decreuisti. Quid hac tua animi benignitate: qd hac munificẽtia: quid hoc locupletissimo paterne erga me charitatis testimonio aut honorabili⁹ michi aut preciosius duci debet Qđ autẽ verbo decreuisti: id etiã re ꝓpediẽ effectũ reddidisti. Ita ꝙ sim plane obnoxius ingratitudini: si te tãta mãsuetudine: tãta humanitate: tãta beneficẽtia patrẽ minus indies magis magisꝗ instar numinis obseruabo: colã: venerabor: id quod neqȝ destiti antehac facere neqȝ desistã vnꝗ̃: modo intellexero: qua tibi re magis sim gratificaturus. Nã quod meopte ingenio ipse assequor id neꝗ occulte: neꝗ dissimulanť ꝓ me fero. Quare tue beatitudinis mun⁹ erit: vt qđ gratius tibi gratitudinis genus fuerit michi ipe res. tuũ eñ omne imperiũ immortalis beneficij loco ducaȝ. Ego aũt quod ad rem meã attinet nichil est aliud: qđ a tua sanctitate petam ꝙ̃ quod ipse tu sponte iussisti quo tempore Mantue nuꝑ publico christiane cõsultationis aduersus turcos officio te cõtinebas: dedit michi tuo nomie ex cõstituta pecunia grauissimus iureconsultus Gregorius lollius aureos ducẽtos. Subdiditꝗ futurum vt reliqui centum aurei michi soluerentur ad anni illius exitum. Id autem actum est anno a natali christiano millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono circiter nonas octobres Preterijt annus ille: et item alter: agimusꝗ iã tercium. Interea vero temporis iccirco nichil petij: qđ importunior iudicare nollẽ et si michi semper pecunia opus est. Nullũ eñ apud me locũ habet auaricia. Aut liberalitateȝ amplector studiosius: aut siquãdo fortasse fuerit a medio declinandũ (difficillimũ eni est circuli punctum assequi) in prodigalitatẽ labor: que eo est ꝙ̃ auricia dignior venia quo min⁹ distat a laude. Itaꝗ altitudinis animi tui fuerit iubere: vt ea michi pecunia ħ ẽ ducati trecẽti in presentia numerẽtur: qđ vt facias te etiã atꝗ etiã rogo oro obsecro. Nã his ẽ michi vehemẽter opus. Uale pater beatissime. Ex Mediolano. kalen. Februarias. M. cccc. lxi.

¶ Fran. phil. Isidoro cardinali Rhuteno sal.

(r)Eddite michi sunt pater clemẽtissime tue ãplitudinis littere quas mea summa cũ voluptate lectitaui. Erãt eñ perhumane ac plane ĩdies tue erga me charitatis. Ac facis tu quidẽ perbenigne vt eũ plurimũ obligas: qui dignationẽ tuam mirifice veneratur. Quod autem ad rẽ tuã attinet: quas summi põtificis breues litteras ad me dederas: vna cum tuis reddidi accurate pro iussu tuo Iacobo turrino mutinensi episcopo: quas ille at primũ legit miti vultu ⁊ hilari facie respõdit se tibi pẽsionẽ

quam petis:nūq̄ deſtitiſſe ſoluere:cum debebat. Nunc aūt preter amorem ⁊ obſeruantiam aliud tibi debere nichil. Nam ex quo tēpore corcyrienſi archiepiſcopatu donatus es a pontifice Pio ſe omnino liberatum eſſe omni pēſionis honere:quam tibi antea debuiſſet. Collatum enim eſſe per cōtributionem archiepiſcopatus illius plus duplo:q̄ ex ea penſione acciperes:⁊ ita ſe Mātue nup pontifici maximo reſpondiſſe. Addiditq; ſe quoniam ita vis paratum eſſe de iure tibi reſpondere:ob eāq; rem daturum q̄primum litteras ad ſanctiſſimum dominum noſtrum: curaturumq; vt Antonius beltrandus iureconſultus qui pro duce Borſio oratorem gerit in Romana curia:hanc omnem cauſam ꝓcuratorio nomine pro ſe agat. Et hac de re ſatis. Eſt michi pater humaniſſime tua opera vehementer opus. Nam cum eſſem ex vrbe Mantua anno iam ſecūdo rediturus Mediolanum:vir grauiſſimus Gregorius lollius ſecretarius ⁊ affinis ſummi pontificis dedit michi eius beatitudinis nomine aureos ducētos:ſubdiditq; futurum vt reliqui centum qui deerant ad plenam ſolutionem anni vnius ac dimidij: michi numerarētur ad anni illius exitum (Summus enī pontifex cum primum in eo ſolio conſtitutus eſt: continuo michi nō modo non petenti:ſed ne cogitanti quidem conſtituit annuatim aureos ducentos) Itaq; ⁊ abijt ille annus ⁊ item alter vniuerſus:iamq; agitur tertius:cum interea temporis nichil eſt a me petitum. Sunt igitur vna cum hac ad te epiſtola altere item mee hac de re littere ad. S. D. N. quibus peto eos trecentos aureos ꝓ ſolutione vnius ac dimidij anni. Quare tue humanitatis fuerit ita operam dare: ne vlla ex parte deſideraturus videar ſtudium tuum. Eſt enī michi puella nubilis. Cuius rei gratia factum eſt:vt ante hanc diē nichil pecuniarum petierim:perinde atq; tutius res oīs mea pecuniaria ſeruaret in erario pontificis pientiſſimi Pij q̄ apud ipſū me: qui nūmis parcere nunq̄ didici. Nunc vero ijs vtendū eſt non abutendū. Valc. Ex Mediolano pridie idus Februarias. M. cccc. lxi.

❡ Frāciſcus Philelfus Ciccho calabro ducali ſecretario ſalutem.

[S] Tultorum infinitū eſſe numerum in ſacris litteris ſcriptū legimus. Que quidē ſentētia ⁊ ſi michi nunq̄ dubitanda eſt viſa:quippe q̄ ex ore ſapientiſſimi viri:ſiue ieſus Syrachi filius ſiue is alius fuerit:emanaſſe perhibetur:eam tamen vnius petri cādidi huius noſtri decembris littere plurimū confirmarunt:qui modeſtiſſime a me perbenigneq; admonitus: vt ea corrigeret que in

eulogio quod pro inclita sanctissimaqȝ femina Lucia magnanimi principis nostri matre tāto labore elucubrarat: incautius fortassis errasset se talē esse intrinsecus ostendit: qualis apparet extrinsecus. Jtaqȝ non absurde ij sensisse iudicādi sunt: qui dixerunt monstrū in corpore: monstrum in animo. Quis humani ingenij paulo perītior: cum oculos Petri candidi faciēqȝ inspexerit: non istiusmodi hominem expressum qđdā ac perspicuum inuidentie simulacrum existimabit? Et apte ꝑfecto ⁊ erudite poeta ille descripsit inuidiā cum ita cecinit. Pallor in ore sedet: macies in corpore toto. Nusq̄ȝ recta acies: liuent rubigine dentes. Pectora felle virent: lingua est suffusa veneno. Risus abest: nisi quem visi fecere dolores. Nec fruitur sūmo vigilantibus excita curis. Sed videt ingratos: intabescitqȝ vidēdo. Successus hominum carpitqȝ ⁊ carpitur vna. Uidesne mi Cicche: q̄ȝ pulchre Ouidius naso cādidum decembrem effinxerit? Jdqȝ tandiu antea q̄ȝ scire posset futurum aliquādo Petrum candidum: nescio quem. Et nos increduli non satis mirari possumus solere poetas bonos diuinitus afflari venturaqȝ predicere. Conuerte obsecro in leucum ipsum corporis oculos: atqȝ mentis lumina. Jntuere colorem mustellinum: intuere macilētiam. Que quidem duo non ab optimarum artium studio: a quo vehementer eum abhorrere ipsarū rerum docet inscitia: sed ab immani quadaȝ animi egritudine manare necesse est. Nā dirus ⁊ efferatus oculoꝝ intuitus prodigiosissimi monstri cuiuspiam est simillimus. Et ne omnia singillatiȝ persequar: quid eius lingua venenosius? quid fetulentius? quid abhomiābilius? Jtaqȝ recte dum viros honestos atqȝ doctos carpit maledicendo: ipse interius carpitur liuoris aculeis: fitqȝ plane tabidus. Nam vt eleganter monet Aristoteles

Jnuidentia inquit est quid pessimū: sed habet quiddā in se bonū. Nā oculos corqȝ inuidorū facit intabescere. Uerū quid miremur eum hoīem inuidentie verberibus cruciari: qui sit vnus omnium sup̄bissimus? Qđ flagitij genus si quis fortassis ignorat: suspitiat hominis ceruicem erectam semper ac rigidam ⁊ obstipam cameli instar. Nā ipsa vis lexqȝ nature ex huiusmodi etiā habitu ceruicis superbū nobis ostētat. Quare cū augustus Cesar Clau. Tiberiū qui innatam dirāqȝ superbiam ceruice huiusmodi significaret: excusandū vellet: dicere solitus tradit: id illi natura esse non more: q̄si que natura insunt vitia equius censeri oporteat: q̄ȝ que fuerint moribus comparata. Et Eusebius Hieronymus vir doctissimus idē

q3 sanctissimus de se loquens in epistola ad hispanum Abigaum ita scribit. Nichil ita a pueritia vitare conatus sum q̄ tumentem animum ⁊ erectam ceruicem dei contra se odia ꝓuocantē. Norat enim vir sapientissimus dixisse humani generis redemptorem cū adhuc esset in viuis: Discite a me: quia mitis sum ⁊ humilis corde. At elatio cādidana arrogantissimaq3 superbia cū ad nature viciū morum quoq3 flagitium addidiss3: nulla ne minima quidē iniuria lacessitus: ita in me inuehitur: vt in eos omnis consueuit semper: quos sui dissimillimos norit. Existimat enim homo stultissimus se hac via apđ indoctam multitudinem nominis quippiā venaturum: qđ cum viris prestantibus quasi cum paribus de laude certamen ineat: tā q̄ nominis claritudo vel in eorum sita sit testimonio quibus omnia fere cum pecudibus sunt cōmunia: vel maledicēdo potius q̄ per bonas actiōes comparetur. Quāobrem ne cui sit obscurū: qđ tibi est luce clarius: rem ipsam vt habet: paucis exponā. Cum multi adolescentes ⁊ alij nonnulli e iuuentutis numero epigrāmata scripsissent in laudes clarissime virginis Lucie Sphortiane: libuit etiā candido seni huic nostro: cui candidi nichil est ꝑter caniciem: descendere cum eiusmodi etate in aciem: scripsitq3 eulogium versibus quattuordecim ⁊ cum eo vnā ad te epistolam: qua grauissimus quidā Cato reliquos qui ante se scripserāt: reprehendēs: solum se dignum insinuabat: cuius versus haberent in precio Fuerunt qui michi carmen illud legerent non legendum traderēt: vt alia quoq3 ceterorum omnia. Ego autem ⁊ audiui: ⁊ longe magis q̄ par esset: more meo carmen laudaui. Addidiq3 pro iusti viri officio: ⁊ id quidem modestissimis verbis: tria tamen esse emendāda: vnum ex eorum preceptione qui grāmatici dicūtur: alterum geographorū historicorumue: tertium vero philosophorū. Nā neq3 merorem ⁊ fletum in fortem ⁊ ingenti animo virum cadere. Neq3 pncipem nostrum Franciscum Sphortiam: qui Mediolanensiū sit: ducem ligurum recte appellari. Nam vrbem Mediolanum nō in liguribus: sed in subribus sitam esse ab insubribus heduis. Nec abstine cum sit secunde: non tertie coniugationis: habere vltimam syllabam breuem: nec vlla propria ratione corripi posse huiusmodi syllabam siue ea verba secunde coniugationis duaꝝ sint syllabaꝝ siue etiam plurium. Natura enim id fieri ac vi propria nō numero syllabarū. Sic enim incipit candidanum epigramma. Nate patris quondam lux vnica: gloria matris. Te precor a lachrymis abstine nate pijs. Que quidem tria errata cum essent a me notata: id quod in ceteris quoq3 epigrammatis: vbi opus fuerat antea feceram:

subdidit quispiam e circunstantibus tuis scribis: at Petrus candidus carmen hoc edidit: tunc ego: bene res habet inq̄. Admonendus est candidus: hec vt corrigat. Nam in reliquis id michi satis probat. Res ita gesta est mi Cicche vt audis: id quod ex omnibus tuis ducalibus scribis potes intelligere. At non tulit candidus (vt est insolenti arrogantia) honestam admonitionem: sed continuo epistolam ad te dedit: que ita diceret: Dominus Philelfus cum meos versus legisset: deinde ad suos vertisset oculum ranarum in morem coaxantes: statim turbatus est. Audis atticam eloquentiā Cicche disertissime: q̄ eleganti initio rem aggreditur. Respondeatur igitur candido: et si erat philelfo honestius nichil omnino respōdere ineptissimo nebuloni: habereq3 dignitatis sue potius grauitatisq3 rationem: q̄ cuiuspiam conuitiose iniurie: presertim cu3 non sit nescius magni esse animi huiusmodi iniurias obliuisci ac pro nichilo ducere. Sed gerendus mos fuit Cicche vt scis: amicorum quorundam voluntati magis q̄ vlli meo instituto. Appellat me pro Philelfo pygostolus candidus philelcum: hoc est vlceris et sui quidem vlceris studiosum appellat: nec illius sane corporalis vlceris cuius tumore ac putrescēti scatescentia non minus torquetur assidue q̄ strangurie quam greci nominant decoriateq3 vesice pedumq3 ac laterum acerbissimis doloribus: sed animalis inquā vlceris: quo pre superbie inuidētieq3 vulneribus et dies cruciatur et noctis. Sum inquā studiosus stulticie tue et immanitatis candide mi Pygostole: et ea ratione studiosus istiusmodi vlcerum tuorum: vt vix aliud quicq̄ magis cupiam hoc tempore: q̄ te aliquando resipiscere ad sanitatēq3 redire. Sed quid male de te meriti sunt ducales scribe modesti sane et egregij adolescentes: quod eos ranas coaxantes appellas? Nam preter scribas alius aderat nemo. Dicis autem me turbatum. Et recte id quidem: si commiserationem dicas turbationem. Non enim ita eram ab humanitatis officio alienus vt non commiserem tui: qui dum velles haberi doctissimus: omni indocto homine te inferiorem ostenderes. At q̄ apte defendis erratum tuum. Argumentaris idem liceret tibi in abstine: quod Propertio et alijs licuit in caue et vide: que cum sint vt ipse affirmat: secunde coniugationis correpta tamen in vltima syllaba reperiuntur. Quod si Donatum: si Seruium: si Priscianū si alios latine lingue ꝓbatissimos auctores discere voluisses: intelligeres eiusmodi verba non esse secunde coniugationis: sed tertie:

cum habent e vltimam ſyllabam correptam in modo imperatiuo. Uerum tu gloriari ſoles: ꝙ nullo ſis vnꝗ doctore vſus. Qđ certe vnum: cum cetera mentiaris veriſſimum eſſe puto. Nam quod ais Propertium eſſe longe Philelfo doctiorem: id aliorum eruditiſſimorum hominum non tuo qui nichil ſani ſapis: iudicio relinquat. Unum Philelfus audet affirmare vel inſaniente candido neminē eſſe hac tempeſtate nec fuiſſe vnꝗ apud latinos: quantum conſtet ex omni hominum memoria: qui preter ſe vnum idem vnus tenuerit exercueritqȝ ⁊ grecam pariter ⁊ latinam orationem in omni dicendi genere ⁊ proſa ⁊ verſu. Tu ſi quem habes alterum: memora Quid taces homo miſerrime? Subdis deinde licuiſſe tibi vti amphimacro vt Uirgilio cum ait: Ferreiqȝ eumenidum thalami. Qđ licebat in ferrei: non licere in abſtine neceſſitatis lex iubet: nam ſimplex eſt tene: quod ſine vitio in verſu pētametro poni poteſt: modo ponatur ante. Poterat preterea diuidi abſtine: vt in prerapidum ⁊ inuicem ⁊ hactenus ⁊ in alijs compoſitis obſeruatum a poetis videmus. Sed alia eſt ratio: quā ipſe ignoras Leuce. Ferrei ſpondeus eſt non amphimacer. Nam dictio eſt biſyllaba per ſynereſin e. ⁊. i. duarum ſyllabarum in ſyllabā vnam: vt ⁊ furias Aiacis oilei Et talibus ilionei dictis. Rurſuſqȝ in eodem libro. Fit ſtrepitus tectis: voceſqȝ per ampla volutant Atria: dependent lychni laquearibus aureis. Merorem ⁊ fletum quos ipſos inuictiſſimo ſplēdidiſſimoqȝ principi noſtro inſanus homo tribuerat: non cadere in virū fortem ſatis concedit Candidus: vt eſt docticulus: cum nichil reſpondet. Ignoret enim philoſophos homo philoſomatus. Nec michi quiſpiā rerum grauiorum ignarus ea obiecerit: que a Uirgilio in ſexto eneidos ſcripta ſunt. Nox ruit Enea: nos flendo ducimus horas. Scimus enim eo loco Eneam aliud nichil ſignificare ꝙ ſenſitiuum appetitum: qui nobis eſt cum pecudibus cōmunis: ob idqȝ illum a Sibylla: que ratio eſt: tempeſtiue caſtigatum. Naȝ quod ad nature ⁊ pietatis affectuȝ attinet: id gemitu ac lachrymis non merore ⁊ eiulatu proſequendum ſapientes volunt. De duce ligurum ⁊ inſubrium addit ſe ſcripturum ad te poſtea: oſtēſurumqȝ Mediolanum: quod ⁊ ab inſubribus heduis: vt modo dicebā: conditum ſit: ⁊ Italie inſubribus ſitum eſſe in liguria: ⁊ id quidem auctoritate Plutarchi Solini ⁊ liuij: ſubijcitqȝ duo ad poſtremū: me nondum luiſſe cenam de epiſcopo hectore: ⁊ erratum a me eſſe in Sphortiade quātitate ſyllabe cū cecini: Sed ne ita Franciſcus

adhuc. Nā primā secundi pedis syllabam q̄ naturaliter fit breuis: esse a me productā. O lepidum caput. Nescit enim candidus eadē ratione licuisse michi ꝑducere syllabā vltimā in ita: sequente muta cū liquida: qua licuit ꝛ Virgilio ꝛ Homero. Legat tertiū versum iliados ad principium.

Legat apud eundē poetam cū paulo post tā vehemētius illius ire tanq̃ ꝑniciose quā ꝓposuerat causā in narraturus aggredit

At greca qui norit leucus: qui latina non tenet? Legat etiā Virgilius in buccolicis: Aspice connexū nutantem pondere mundum. Terrasq̃ tractusq̃ maris celūq̃ ꝓfundū. Et idem in Georgicis: Subit ardua silua lappeq̃ tribuliq̃ interq̃ virētia culta. Infelix lolium. Quā vero cenam somniet candidus: non intelligo. Scribit enī pygostolus in calce litteraꝝ: Nondū luit cenam Philelfus de episcopo hectore. Illud aūt scio ꝛ dixisse me interdum ꝛ scripsisse. Idem persepe significare episcopum apud grecos qđ regem apđ latinos ꝛ hectora apđ Homerum appellari episcopum. Preterea qđ candidus negat poni episcopum pro angelo: ꝛ angelum eundē esse apud christianos quem gentiles vocabant. Sed nunc paucis respōdeamus epistole vltime: quā de ligurum duce noster leucus ad te tandem scribit. Reiectis Liuio: Plutarcho ꝛ Solino: quos habet aduersos ꝛ tanq̃ preuaricatores: tris adducit ignorātie sue testes Frācis cum Petrarcham: Antonium Luscum: Et Coluciū salutatum: quos cum iunioris debuisset: nouioris appellat: verbū sane ꝛ inusitatum ꝛ ineptum. Utinā voluisset candidus ita illoꝝ illustriū viroꝝ benedicta vt errata imitari. Non satis erat se argui inscitie: nisi optimos illos viros secū traxisset in culpā. At videat q̄ nos vocat indoctos: Strabonem geographum candidus. Uideat vir doctissimus Claudium Ptolomeū cosmographum. Uideat Plinium nostrum libro tertio naturalis historie. Uideat Poliū: qui libro secundo suarū historiarū docet gallos ethruscis expulsis eam regionem que est circa padum occupauisse: atq̃ galloꝝ oīm primos lauos ꝛ lebecios ea loca tenuisse: que iacent ad padi ortus Post hos autē insubres: que gens erat maxima inter gallos: secutos esse. Et in subribus vrbem oīm primā esse Mediolanū ab illis cōditā. At post insubres secutos cenomanos. Ex altera aūt parte padi campos qui sūt circa appēninum ananes incoluisse. Et post ananes consedisse boios. Et post hos deinde ad hadriam ligones

Ultimos vero senones eos campos habitasse: qui mari adiacent. Et hec mi Cicche de arrogātissimi cādidi nostri peruicaci ignorantia satis nunc supq3. Quid enī memorē quot quantaq3 errauerit homo barbarus in grāmatica: quod eo magis miror: quod decebat hominem librariū vel ex ipsa excribendi consuetudine sine vllis doctoribus peritiam assecutum precepta litterarum atq3 latinitatis pulcherrime callere. Sed cū discit maledicere: dediscit bene scribere. Uale Mediolani ex edibus nostris. v. kalen. Martias. M. cccc. lxi.

Franci. phi. Thome theobaldo eqti aurato salutē.

v T tibi gratulor vehementer: quod secundis vsus fortune flatibus: te in portum quietum istum trāquillumq3 recepisti: ita michi non possum non dolere plurimum: quod per abitōnem amicissimi hominis ea sum priuatus consuetudine: qua dulcius ducere nichil poteram. Quis enim te vno prudentior? qs humanior? quis amicitie obseruātior? Quare non possum nō moleste ferre: quod tua careo presentia: cuius consilium graue est: pbitas singularis: eloquentia admiranda. Ut hanc tamē egritudinem meam feram modice: ea vincor ratione: quod amicus amandus est propter seipsum nullis etiam nostris cōmodis: presertim quod amicorum etiam commoda nobis cū illis communia sunt ducenda. Quare non tibi modo: sed michi quoq3 gratulor ipsi: qđ apud eū principē vitam tibi agendā delegeris: cuius summe diui neq3 virtutes tot tanteq3 sunt: vt vniuersam non modo Italiam sed etiam europā in admirationem sui cōuerterint. Quem enī inuenias in omni probitatis et excellentie genere: quem prestātissimo duci Borsio anteponas? Reliquum est: vt quam mutuam nō animorum sed corporum presentiam locorum aufert interuallum: eam crebritas inter nos litterarū assidue representet. Hoc aūt cū facillimum est futurum: tū vtriq3 nostrum iucundissimū. Uale ex Mediolano. iij. Calen. Martias. M. cccc. lxi.

Franciscus phi. Thome senece salutem.

c Um iuuenis quispiam tuas michi litteras vnas reddidisset: essetq3 pollicitus se apud me cenaturum: nā eū tua causa inuitarā: non modo apud me non cenauit: sed ne abiēs quidem quicq3 michi locutus est. Imitatus is certe ipsum te: qui cum maxime adesse debes: nusq3 appares: sed euanescis repente ex amicorum oculis. Itaq3 nichil potui ad ea tibi respondere: que scripseras. Significabas enī byrrhiam tuū nescio quē: dimisisse apud me tuos codices duos Solinum et innominatum alterum

Quis id tibi persuasit: aut somniabat: aut te somniantē captauit Nam neq ipse apud me vnq fuit sine te: neq libros reliquit vllos. Quare si posthac saniore consilio vsus fueris: vtilius cōsules tuis rebus. Scripseras etiam de tua re vxoria: id quod antea et audieram: et non admodum sum miratus: quod egregius quidā ab ineunte adolescētia mulierum amator iā vir septuagenarius aut aliquanto grandior tandē vxorius factus esses: et ita vir vxorius: vt propediem pater futurus dicereris. Te autē non intelligo: qd scribas te inde ab initio penituisse rei tā iucunde: tam sancte: tam laudabilis. Nescio quid tua sibi velit oratio nisi fortasse dubitaris te ex alieno labore futurum patrē quasi non tibi carius esse debeat bonū alieno labore partum q nec tuo nec alieno Fac igitur te intelligā Nā tua illa oratio monstri aliquid alere videtur Quid enim aliud opiner: cū te tā subito ab vxore abdicaueris? Et hac de re satis. Venit ad te bertholla noster ex quo intelliges qua michi in re tua opera opus est. Tu fac omnia mea causa vt cōsuesti semper et amice et diligēter. Tu diu hic multūq expectatus es frustra. Fecisti autē more tuo: vt semp tibi deterius prospicias. Vale ex mediolano. iiij. idus Martias. M. cccc. lxi.

Franciscus philelfus Hieronimo castello philosopho ac medico salutē plu. dicit.

q Ui tibi reddidit meas litteras qua michi i re tua sit opus opera: corā verbis meis exponet. Scio quāti me facis: et q tibi carus sum. Itaq nō eē opus intelligo vt te aut rogem hominē amicissimū: aut horter virū diligētissimū et optimum. Qd si dederis operā ne frustra in te spē precipuā collocarim: immortali me afficies beneficio. Vale Ex Mediolano. iiij. Idus martias. M. cccc. lxi.

Franciscus phil. Lodouico caselle sal.

s Ingularez tuā erga me beniuolētiā multis tuis permagnisq officiis sum expertus. Meus aūt in te animus qualis sit qualisq semper fuerit: ea tibi esse debet certissima coniectura: quod es de me sepe meritus q optime. Quo fit vt oībus meis in rebus non secus te vtendū existimem q et amicissimo et optimo viro. Itaq tuū est: vt beneficium beneficio cumules tibiq persuadeas eū michi animū esse vt si minus referre: habere tamen gratiam non minus possim q velim: nec minorem agam q debeā. Vale ex Mediolano. iiij. idus Martias. M. cccc. lxi.

Francisci Philelfi epistolarum Finis


THE TRUSTEES OF THE
PUBLIC LIBRARY
LUX
OMNIUM
CIVIUM
OF THE CITY OF
BOSTON
1852 1878